

gini. Et tantum
habet habitum ve
Ad quin
reuera sequatur
facilè consequentia
conuenien
mensuren
illos necesse
proportio, ne
peccato, ant
operetur remi
habitus gratiæ
intensionis: &
tudinem intens
rum. Qua in re
in hac vita tantu
charitatis propte
gloriæ meritis co
secundum doctrin
dicit in 4. Senten
articulo quarto, qu
retributio gloriæ
sed secundum diue
egregiè prosequit
ad argumenta Sco
profectò non bene
plus mereatur, nisi
cimus, quòd ille qui
vt quinque, plus
quæ consistit in vis
multiplicat actus v
eam ratione etiam
mus. Dubio sequen
Thomæ articulo præ
tatio char tis im
minus habere, & hoc
gendo, quòd p-fec
petur in anima. Hæc
quòd ille maiorem
vita perfectionem
anima: sed per soln
Thomas, vt patet
charitatis: per sola
charitas, quàm alia
actus remissos, nunc
habet vnicum actum
ligat: ac proinde
quantam ille qui plu
illum gradum gloriæ
bit: atque ita maius
titulo promeritus
pertinet ad substant
lis perfectio, secund
quod sæpius exercu
mum argumentum
mus, quòd intensio
intensione actus, & hab
dam continuationem
dem intensionis non re
tiale, optimè colligitu
tionè eiusdè actus. An
ubi o sequenti.

Ad sextum argumen
firmamus nostram sent
tum habitus infusi no
tanquam causa efficien
portione, acsi nos effic
Quemadmodum in
tio actus ad tantum
efficienter acquirer
ratio: quare nõ exig
sitio nostrorum actu
fusi. Nam sicut se ha
debet habere magis ad
consequentia. Et rat

idenlis pœna
ónis, q: relpon-
is, ſcilicet auerſio-
œna ſen à Theo-
onam co utabile,
odo De ſit parcior
uinz vi is pariter
tenus e ura pœna
ob.2. peccat in
temp , quæ cóm-
or, & an ſit
or au es ſunt inter
, opi uòd illa pœ-
opin er maiorem
iis p quod pœna ſit an-
a ro tate peccaue-
ca ginali moriũ-
m in. ſecundo
.2. ad quintum,
m creſcit quantùm
ſtialis eorum non
ſmultitudine dam-

eat, quod illa teſti-
an loco citato. 1. ad
ranoſtram ſenten-

qm ſequutus eſt in
tin ad hoc quod di-
omereri hominem
is dictum eſt & n
n loquendi, qu uis
anen non eli , ne-
qutum. H enus de
ulum dicta

ıte am dicamus de
do ſe habeant ad
ationem actus cha-
, vel mereatur ho-

illo Matth. 25. ha-
undum communem
tenti, ergo ſi Petrus
n charitatis vt quin-
n ſecundum diſpo-
ontinuet actum il-
augebitur habitus
oniam Petrus bene

d per continuatio-
minus intenſe di-
am ſi Petrus habeat
ur, vt diximus, aug-
empore continuat
augmentum chari-
in duobus inſtanti-
eretur augmentum
anti habeat vnicum
merebitur augmen-
.

quolibet actu cha-
concedunt, quod
nem actus. Verum-
portione erit ma-
t Deum per dimi-
cut alius diligit in
pondere. Quoniam
in cenſura de prima
ncludit, nullam eſſe
oria in illa ſua rele-
uatio actus, dupli-
eſſe iſta continua-
at rationem, qua-
ocunque tempore, ſi
duplicatur

✠
BIBLIOTECA
DEL REAL MONASTERIO
DE HUERTA.
Núm. 35.

Cart. 79
Ind. 1ª
Doc 17

Este 30
Fab 1ª
no 1


DIDACI STVNICAE AVGVSTINIANI SALMANTICENSIS, SACRAE THEOlogiæ Magiſtri, de Vera Religione in omnes ſui temporis Hæreticos, Libri tres.

QVIBVS HAERESES SINGVLAE HIS SEXAGINTA ANNIS *in Eccleſia natæ, methodo ac ratione diſpoſitæ, neceſſaria demonſtratione conuincuntur, & omnia aduerſariorum argumenta magna cura conquiſita explicantur.*

OPVS VTILE, TVM THEOLOGIS, ET IVRIS PONTIFICII peritis, quòd præcipua noſtræ religionis capita copioſè tractentur: Theologiæ difficillimæ quæſtiones, & quę magis ſemper Eccleſiam conturbauerint acriter, & eleganti ſtylo explicentur: multa ſacrę ſcripturæ loca accuratiùs explanentur: tum prælectoribus, & concionatoribus, vt ita loquantur, ne vlla in eorum doctrina hæreſis ſubſit ſuſpicio.

QVIBVS *acceßit Index copioſus rerum, & locorum ſcripturæ, quæ citantur.*

Ad PHILIPPVM II. Catholicum Hiſpaniarum Regem.



CVM PRIVILEGIO.

Salmanticæ Excudebat Mathias Gaſtius.

M. D. LXXVII.

BIBLIOTECA PROVINCIAL SORIA

DIDACI STVNICAE

AVGVSTINIANI SAL.

MANTICENSIS, SACRAE THEO-

logiæ Magistri, de Vera Religione in omnes sui temporis

Hæreticos, Libri tres.

GVIDVS HAERESES SINGVLAE HIS SEXAGINTA ANNIS
in Ecclesia natæ, methodo ac ratione diffusæ, necessaria demonstratione confutantur, & omnia
adversariorum argumenta cum accuratissima explicantur.

OPVS VTILE, TVM THEOLOGIS, ET IVRIS PONTIFICII
peritis, quòd præcipua nostræ religionis capita copiosè tractentur. Theologiæ difficillimæ quæstiones, & quæ magis semper Ecclesiam conturbauerint acriter, & eleganti stylo explicentur. multa sacræ scripturæ loca accuratissimè enarrentur. prælatoribus, & concionatoribus, vtilia loquantur, ne vlla in eorum doctrina barathi subsit fuspicio.

GVIDVS accessit Index copiosissimus rerum, & locorum Scripturæ, quæ citantur.

AD PHILIPPVM II. Catholicum Hispaniarum Regem.

CVM PRIVILEGIO

Salmanticæ Excudebat Mathias Gastius.

M. D. LXXVII.

EL REY.

POR quanto por parte de vos el Maeſtro, fray Diego de çuñiga, de la orden de Sant Auguſtin, nos ha ſido fecha relacion, que vos auiades compueſto dos libros, el vno de Vera Religione, contra todos los herejes modernos, y el otro Commentarios ſobre Zacharias Propheta, los quales eran muy vtiles, y prouechoſos, y nos ſupplicaſtes vos mandaſſemos dar licencia, para que vos, o quien vueſtro poder ouieſſe, y no otra perſona alguna, pudieſſedes imprimir, y vender los dichos libros por tiempo de veynte años, o como la nueſtra merced fueſſe; lo qual viſto por los del nueſtro conſejo, y como en los dichos libros ſe hizo la diligẽcia que la pragmatica, por nos agora nueuamente fecha diſpone. Fue acordado que deuiamos mandar dar eſta nueſtra cedula en la dicha razon, y nos tuuimos lo por bien. Por la qual vos damos licẽcia y facultad, a vos el dicho Maeſtro fray Diego de çuñiga, o a quié vueſtro poder ouiere, para que por tiempo de diez años primeros ſiguientes, que ſe cuenten deſde el dia de la fecha deſta nueſtra cedula, y no otra perſona alguna pueda imprimir los dichos libros, y venderlos en eſtos nueſtros Reynos, ſo pena que la perſona, o perſonas que ſin tener vueſtro poder los imprimieren, o vendieren, o hizieren imprimir, o vender, o traxeren de fuera parte impreſſos, pierdan la impreſsion, y los moldes, y aparejos cõ que los hizieren, e incurran mas cada vno dellos en pena de treynta mil marauedis: la tercia parte para la perſona que lo accuſare, y la otra tercia parte para nueſtra camara y fiſco, y la otra tercia parte para el juez que lo ſentẽciare. Con tanto que todas las vezes que durante el dicho termino, los hizieredes imprimir deſpues de impreſſos los traygays a taſſar al nueſtro conſejo, y corregirlos con el original que en el preſentaſtes, que van rubricadas todas las hojas, y firmado al fin dellas de Iuan Fernandez de Herrera nueſtro Eſcriuano de Camara de los que reſiden en el nueſtro Conſejo, y no los podays vender de otra manera: ſo pena de incurrir en las penas contenidas en las leyes, y pragmaticas de nueſtros Reynos, y mandamos a los del nueſtro conſejo, Preſidentes, e Oydores de las nueſtras audiencias, Alcaldes, Alguaziles, y otras qualeſquier juſticias deſtos nueſtros Reynos y Señorios, que os guarden y hagan guardar, y cumplir eſta nueſtra cedula, y lo en ella contenido, y contra ſu tenor y forma, no vayan ni paſſen en tiempo alguno, ni por ninguna manera. Fecha en Madrid a ſeys dias del mes de Mayo, de mil y quinientos y ſetenta y ſeys años.

YO EL REY.

Por mandado de ſu Mageſtad.

Antonio de Eraſſo.

QVID DOCTORES COMPLVtenſes de hoc opere iudicauerint.

QVANDO cenſura noſtra quæritur in eo opere, quod aduerſus omne hæreſum genus ab eruditiſsimo, & generoſiſsimo viro Fatre Didaco Stunica Auguſtiniano elaboratum eſſe fertur; ita nobis videtur de illo opere, quod à nobis perlectum eſt iudicare, ac cenſere, nihil illic contineri, quo pij homines offendi poſsint. Obſeruauimus inſuper multa in eo notatu, commendatione que digniſsima. Nam & artificio ſingulari totius operis ſeries texitur, ex ſacris etiam literis argumenta legitimo, germanoque ſenſu deprompta, dexteritate ſumma proferuntur, ex intima quoque philoſophia naturali petitæ rationes hæreticum aduerſarium illigant, & reuinciunt. Ac denique ingenio & elegantia non vulgari & confirmantur catholica, & refelluntur aliena.

El Doctor Villalpando. *El Doctor Trugillo.* *El Doctor Torres* *Frater Petrus Vzeda Magiſter.*

IESVS.

EGO *Alfonſus à Sandoual profeſſor Theologiæ in hoc noſtro Collegio ſocietatis Ieſu vidi ex commiſsione Senatus Regij duo volumina à Reuerendo admodum Patre Didaco Stunica Auguſtiniano edita, vnum videlicet de Vera Religione in omnes ſui temporis hæreticos, alterum in Zachariam prophetam. In quibus nihil reperi pietati & Doctrinæ Chriſtianæ diſſonum, quin potius animaduerti ſcripta hæc oſtendere ſatis aperte authorem pietatem cum ſingulari Doctrina Phyſica & Theologica, cum acri & perſpicua diuinarum literarum intelligẽtia ſumma dexteritate copulaſſe. Nam ſanctum Zachariam prophetam alioqui difficillimum preclare explicat & ſatis facilem reddit. Hæreticos item atque hæreſes acerrime impugnat & refellit. Interdum teſtimonijs ſacris quibus opportune ſemper vtitur (quod ea recte intellig at,) interdum rationibus è media philoſophia naturæ, ac morum petitis, vt in eius diſputationibus, neque Phyſicarum diſciplinarum, neque Theologicarum quæſtionum, neque ſacrorum voluminum intelligentia, aut vſus deſideretur, qua ex re fit vt vtiliſsima iudicem Reipublicæ ipſius ſcripta, & digniſsima, quæ in lucem exeant.*

Alfonſus à Sandoual profeſſor Theologiæ.

ALPHONSVS AYLLON
EMERITVS LATINAE LINGVAE professor, & Rhetor Lectori. S.



HABES amice Lector opus ab Stunica viro cum primis nobili, & religioso, & quo diuinarum literarum enarratore, hæc nostra Vrsaonensis Academia gloriatur, omnium, quæ hac ætate scribi potuerunt, vt optimum, ità & maxime necessarium: tum ad veram pietatem colendam, tum etiam ad Lutherum & Lutheri complices & socios amentiæ redarguendos, & ità conuincendos, vt velint nolint, aut manus dare, aut scientes & videntes perire, & in Orci cruciatus, cuius in castra à Christo transfugerunt, ire præcipites cogantur. Nam si diuinarum literarum testimonia desiderant, ecquis est in sacris vtriusque instrumenti libris, quem non summa perspicuitate ac fide, expositum habeant, & illustratum locum? Quod si rationibus & argumentis mouentur, quid his, quas per singulas disputationes sparsit, firmius, efficacius, aut potentius? & quibus nisi plane sint pecudes, & nullam consuetudinis, moris, & iuris descriptionẽ agnoscant, repugnare nullo modo possunt. Iam verò si sermonis splendore, & copia tantopere delectantur, est profecto oratio hæc, quoad quæstionum ratio sinit, adeo multiplex ac varia, & dicẽdi luminibus ita distincta, & clara, vt hæc scripta legenti lux quædam pene cœlestis in oculos, & mentem incurrere videatur. Quid multa? tres illæ partes quæ in dicendo maximè dominantur, inuentio, dispositio, & elocutio, sic toto in opere eminent, vt vtram magis rem eius auctor velit, religionem ne protegere, & pro vera pietate depugnare, an orationis vbertatem, & ornatum ostentare, & plane Romanam eloquentiam profiteri, nescias. Quid hac inuentione prudentius, quid accuratius, aut magis solicitum: quæ cunctas nostræ memoriæ hæreses (o misera tempora!) recensens, & quasi feras vnum in locum & septa concludens, fucos quibus illas impij colorant, & fugas quibus se eripiunt referens, eas acriter insectatur. Et iam Sacrorum Conciliorum Decretis tanquam venabulo transfigens, iam diuinarum literarum oraculis, vt ancipiti ense lethaliter vulnerans, iam rationum mole, & pondere, quarum partim tum à natura, quæ optima vitæ dux est & magistra, partim verò è philosophiæ, quæ de moribus disserit, adytis petuntur, obruit: ac non solum impias & nefarias, verum etiam spurcas & obscœnas, ac plane deliras & ridiculas esse demonstrat. Vt aliud non requirerent isti gurgites & sycophantæ, certè hoc po

terant esse contenti & quam longe à pascuis & septis Euangelicis deerrarent intelligere: quod piorum virorum vniuersitas hoc est Romana Ecclesia, nihil nisi cohærens & consentiens, nihil nisi rectum & decorum, nihil, quod non & mentem & corpus meliora faciat, præcipit. Ista vero Plutonis schola siue, vt vere dicam, sentina, quid nisi summam vitæ licentiam & nequitiem impudentissime petit? Relinque eam sibi, neque sacrorum institutorum & dogmatum auctoritate vrge, aut ariete concute, protinus tota secum, vt Cadmi milites, dissidens & discordans digladiabitur, & concidet, & mutuas in se Apologias & conuicia canens, plagas infliget & accipiet lethales. Quid de dispositione dicam, aut quæ par laus ei tribui potest, quæ tam varias, vagas, & inter se distantes sectas, vt fusos & fugatos hostes persequitur, & in eas angustias cogit, vt suo impetu & turba elisæ se comprimant & strangulent. Adeo enim ordine & artificio mirabili inter se vinciuntur & aliæ alijs succedunt, vt quasi Gigantum montes, ima præcisa, & veritatis impulsu reuulsa cæteræ ruinam trahant. Ita quæ res in se neque modum neque consilium habet vllum singulari eam modo & consilio profligat & vastat. Ea enim iacit doctrinæ fundamenta, ea fossa & vallo veræ religionis castra cingit, eas diuinorum testimoniorum acies instruit atque explicat, vt nisi odio pietatis, & suarum libidinum indulgentia lupi isti furerent, solo sanctissimarum, & grauissimarum rerum conspectu terreri, & in deditionem venire deberent, tota verò tractatio tres in libros ita digeritur, ac distribuitur, vt illorum singuli singulas sibi materias vendicent. Easque tam vberes & fœcundas, vt ex singulis etiam capitibus amœnissimos maximeque necessarios fructus carpere liceat. Quis enim est, cuius quandiu inter mortales versatur, non plurimum intersit perdiscere & ediscere, fidem nisi operosa sit & sedula, frigere & exanguem atque aridam esse: nec quenquam in vere Christianum & pium virum posse euadere qui sacramentis, fide, & rectis atque honestis actionibus tanquam fulgentibus armis tectus & munitus non incedat? quam vero est illud artificiosum, singula capita quasi virum à viro lectum cum singulis errorum monstris confligere: quibus rationum robore & sacræ scripturæ vaticinijs superatis parta iam victoria stillãtem gladium sanguine extergent! Elocutionem autem tantam esse affirmo, quantam qui calamum in manu sumpserit & tantis de rebus dicere parabit, experietur. Quid enim est in oratione non suaue, ornatum cõcinnum & expolitum. Ecquod est verbum, quod non planè sit Ciceronianum & splendidum? Sed in re non dubia vti testibus minime est necesse, præsertim cum tu ipse, Lector candide, quam bene hæc rebus congruant legendo experiri possis. *Vale.*

PHILIPPO II. CATHOLICO HISPANIARVM REGI,

Didacus Stunica Auguſtinianus. S. P. D.

QVONIAM tantum ſtudij (rex potentiſsime) operæ, & diligentiæ ponis in hæreticis, & perfidis hominibus è regno tuo æquis legibus, & ſeueris iudicijs exterminandis: qua tam pia ſolicitudine, eam laudem es conſecutus, quæ nullis Regibus, aut certè paucis poſt hominum memoriam contigit, vt ſacroſancta doctrina tam amplo regno tuo purè, & incorruptè tradatur: vel his temporibus, quo iſti domeſtici, & teterrimi hoſtes tot vrbes, & regna finitima conuellerint, in fraudem maximam coniecerint, à Fide, & Vera Religione abduxerint. Hac ergo de cauſa non ingratum tibi fore putaui, ſi mei de Vera Religione libri in nomine tuo exirent; quibus omnes errores, qui his ſexaginta annis in Eccleſia ſerpunt, & latiùs indies manant, coarguo, & perpetua oratione turpiſsimos eſſe demonſtro: vt non tantùm vi, & armis, ſed etiam rationibus, & argumentis tui gratia bellum aſsiduum iſtis Sycophantis moueatur. Quod pugnæ genus Eccleſia præter cæteras amat: qua & ipſe Seruator, & Imperator eius eximius Chriſtus, & Apoſtoli præclariſsimi duces duntaxat vſi ſunt; & quibus modò præſidijs per multos annos, antequam vllum Regem Patronum cooptaret, ſe à ſuperbis, & crudeliſsimis Regibus, qui vndique erant infeſti, defendit, & imperium ſuum longè lateque propagauit. Quocirca (Rex magne) non indignum tua tanta maieſtate hoc meum munus debes putare: quo ego obſequium, & obſeruantiam, quam, vt Domino, tibi debeo, profiteor, in mediumque profero. Nam qui æs, aurum factum, veſtes magnificas, & vaſa pretioſè cælata

Regibus

Regibus offerunt, munus non ita aptum mihi afferre videntur: nam ea dant egentes, quibus accipientes vehementer abundant: ita vt cariùs vendere potius velle, quam largiri videantur. Ego verò existimaui hos de vera religione libros tibi Catholico Regi accipienti, & mihi in his studijs diu versato danti, munus honestissimum fore. Quod si tibi gratum esse sensero, alia multa opera Deo duce, si vita suppeditabit, & ad Catholicam doctrinam, & ad optimas quasque artes, & disciplinas spectantia, in nomine tuo faciam vt appareant.

Vale Rex Potentissime.

DIDACI STVNICAE AVGVSTINIANI DE VERA RELIGIONE IN OMNES SVI TEMPORIS HAERETICOS

Ad Philippum II. Catholicum Hiſpaniarum Regem.

LIBER PRIMVS.

CAP. I. *Quo pacto inſtituenda ſit cum hæreticis diſputatio.*



Voniã Eccleſiam parentem, regnumque Ieſu Chriſti perditorũ armis, & profligatorũ libris ita oppugnari video, vt nulla eius prouincia, nullus ferè locus à tot, tantiſq; hoſtibus tutus ſit: quamuis nihil mihi iucundius eueniret, quàm armis in tali bello pugnando, meam illi vitam reddere, qui ſuam, vt Eccleſiã ſtabiliret, profudit: tamẽ arma capere vitæ meę inſtitutio non patitur: Ideo ſtationẽ, quæ mihi reliqua eſt tenebo, ſtylum in aduerſarios acuam: libris libros cõferam. Atque vtinam in hoc certamine, (quandoquidem in illo nõ licet) vulnera ſuſcipere, in cruciatum agi, animam denique efflare cõtingeret. Præclarè quidem mecum agi putarẽ, ſi illud in me Pauli cõueniret, cùm ad Timoth. ſcribens de ſuo Euangelio loquitur, In quo laboro (inquit) vſq; ad vincula quaſi malè operãs: ſed verbum Dei nõ eſt alligatum. Nullæ inſidiæ, nullæ minæ, nulli terrores, nulla tormenta, os, & ſtylum Pauli comprimere potuerunt, quouſq; in hoc tam præclaro cõflictu mortẽ obiuit. Cur igitur nos tacebimus, cũ tot perfidi homines loquãtur? Cur nihil ſcribemus, cum orbis terrarum perditorum hominum libris plenus ſit? Scio multos Chriſtianiſsimos, & eruditiſſimos viros contra hoſtes iſtos ſatis accuratè ſcripſiſſe: Tamen ſicut Marcum, Matthæus, qui prius ſcripſit, ab ſcribendo nõ retardauit: licet pauca ipſe addat: nec Lucam, Matthæus, & Marcus: neq; Ioannẽ, Matthęus, Marcus, & Lucas; Ita neque nos, alij doctiſſimi viri, qui ante nos ſcripſerunt: à tã honeſto ſtudio abſtrahere debẽt, quò minùs, quæ ſentimus, dicamus. Plures enim teſtes, plures præcones veritas amat. Alij præterea omnes hęreſes à Chriſto nato confutare volue

2. Tim. 2.

Qua de cauſa hunc librũ compoſuerit auctor.

A runt

runt: Alij cum vno, aut altero hæreti co manus conſerere inſtituerũt: Nos verò eam ſuſcepimus prouinciam, vt omnes hæreticos, quæ ab illo Eccleſiæ hoſte Lutero, vſque ad iſta tempora nos miſerè habent, & omnia regna, & omnes prouincias conturbãt, refellamus. Quod cùm egerimus, omnium ferè ſuperiorum tẽporum hæreſes confutauerimus: quas Luterus ab inferis excitauit. Verè enim cadere in illũ puto; quod accidit, cùm quintus angelus Apocalypſeos nono tuba cecinit. Vidit enim Ioannes ſtellã è cœlo in terram deſcendiſſe, & eſſe datam ei clauem putei abyſsi, aperuiſſeque puteum abyſsi. Eſt autem abyſſi puteus hæreſum omniũ colluuies; quas in tenebris felicibus Eccleſiæ tẽporibus iacentes, Luterus quondam bonus, ex optimo vitæ ſtatu, tãquam ex aſtris decidens, in eiſq; volutatus, rurſus in lucem reuocauit. Iam verò alij auctores non ſolum hæreticos cõuincere voluerũt: ſed etiam res alias, quas ipſi diuturno ſtudio intellexerunt, nobis declarare. Quare res multas alienas miſcent, loca multa ſacræ ſcripturæ proferunt, quę parũ aduerſariorum ſententiã refellunt: facileq; ab ipſis dilui poſſunt. Deinde quid attinet cùm argumenta neceſſaria ſuppetãt, probabilibus ludere? Atq; etiã cùm apertis Sacræ ſcripturæ, & Conciliorum teſtimonijs, ſententiam noſtram demonſtremus; quid attinet illos ad tres vel quatuor ſanctos Doctores alligare, quos ipſi cõtemnunt: neque vincere poſſumus nos, fidem eis eſſe habendam. Facileq; hos teſtes lucupletes eludunt, ſuos etiam Doctores viciſsim citando, abſterſoq; pudore producendo Neſtorium, Arrium, Pelagium, Ioãnem VVicleph, Ioannẽ Hus, Luterum, Melanctonem, Oſiandrum, Caluinum, & alias huiuſmodi feces. Nam Luterus, Ioãnem Hus ſanctum domini appellat: multiq; huius ſeculi hęretici, Luterum, tertium Heliam; Oſiandrum, ſecundũ vocant Enoch, longeq; melius multa fidei myſteria intellexiſſe dicunt, quã omnes ſimul noſtros ſacros Doctores. Beza etiam in cœnę intelligentia, Caluinum ſanctis omnibus prefert. Quid hominibus petulãtiſsimis facies? Cur eis peritiſsimos viros irridendi occaſionem dabimus? Preſertim, cũ Luterus in principio libri de articulis ſuis à Leone dãnatis, ea lege, atque cõditione nobiſcũ diſputare ſcribat: vt nullum hominẽ, prẽter ſacras literas, teſtẽ edamus. Et Anabaptiſtę in multis Germanię vrbibus, catholicos viros ad certamen auſi ſunt prouocare: dũmodo nihil, niſi Dei expreſſum verbũ citaretur. Et Luterani in vrbe Monaſterio in VVeſtphalia, ſacerdotes omnes catholicos expulerunt ex vrbe, quòd eos dicta lege ad diſputationem apud populi magiſtratum prouocantes, certamen recuſarunt: vixque vnus interceſſerat annus, cum Anabaptiſtæ Monaſterium venientes, Luteranos vrbe excedere coegerunt: quod illa conditione ac lege ſe cum illos manus conſerturos iactabant. Quam legem ego nunquam repudiabo: ſed ea conditione ad certamen prouocatus prodeo, ne literis Sacroſanctis hæreſes ſuas ſatis conuincinon putent: & quòd oporteat inter diſputantem de principijs conuenire, alioqui nunquam erit vllus diſputationis exitus. Quare aduerſus eos, qui hoc noſtro ſeculo omnia prorſùs fidei, & religionis noſtræ, atque adeò Ethica philoſophię prin-

Quodnã fuerit auctoritatis inſtitutum.

Apo. 9.

Luterum ſtellam eſſe quã è cœlo deſcendiſſe Ioannes vidit.

Luterus omnes ferè vetères hæreſes reuocauit.

In quo peccauerint qui hactenus in hæreticos ſcripſerunt.

Hæretici ſanctorum auctorum teſtimonia contemnunt.

Hæretici multos auctores hæreticos ſanctis auctoribus antetenunt.

Luterus qua lege nobiſcũ velit diſputare.

Luterani cur in quadam vrbe catholicos expulerit.

Anabaptiſtæ cur Luteranos expulerint.

Auctor eale ge quam Luterus vult, cũ eo diſputat.

Cum quibusdam huius tẽporis hæreticis cur auctor non disputet.

principia negant: fateor nolle me vllam in his libris disputationem inire: cùm, quoniã vt Dialectici docent, non est cum ijs, qui principia negant, de vlla re differendum: Tum, quoniam ego aduersus hæreticos tãtùm disputationem instituo, & non aduersus apostatas, & idololatras. Quare, sicut meę partes non sunt, cum Maumetanis contendere: ita neque cum istis, qui Maumetanis, & idololatris longè deteriores sunt. Nam atheistæ Deum prorsus esse negant: quod nunquam idololatręs, & Maumetani negarunt: omnia redemptionis, & seruationis nostræ mysteria irrident, ac pro nihilo ducunt. Libertini, & Quintinistę nihil magis detestantur, quàm germanam sacro sanctæ scripturæ sententiam, ac meras fabulas esse, blasphemant. Christum Satanam esse dicunt. Quod vitium & scelus esse morum, philosophia, vel ipsa natura docet; illi contra virtutem, & officium esse contendunt.

Quosdam hæreticos tanquam belluas vitam suam instituisse.

Ac rursus omnia licere, quæ cuiusque libido postulet. Nihilque esse peccatum, nisi is, qui facit, peccatum esse opinetur. Quid cum hominibus istis magis quàm cum belluis disputes? eadem enim belluarum conditio est, vt libidinem tantùm in rebus agẽdis ducem sequantur. Quamobrem cum hæreticis tantùm in arenam descendo; qui aliquod dant religionis, & fidei principium, Dei omnipotentis oracula. Philosophiæ principia non respuunt. Ad hæc igitur principia, vniuersa nostra disputatio reuocabitur; inprimis, ad Sacrosanctã scripturam, de quo principio libenter aduersarijs nobiscum conuenit. Concilia etiam, & traditiones, testes dabo. Nam licet ab aduersarijs negligantur; ex illis principijs, quæ concedunt, planum faciam, summa apud omnes Christianos auctoritate valere debere. Rationes etiam & demonstrationes ex certissimis naturalium scientiarum principijs proferemus; Dabit etiam nobis omnium sanctorum auctorum consensus testimonium; in quo magnam vim esse Concilium Tridentinum iudicauit. Iis ergo nos armis instructi, ad certamen euocati procedemus. Quando tamẽ nobis aduersarij doctrinę nouitatem obiecerint: antiquissimorum & doctissimorum auctorum testimonijs antiquam esse probabimus. Quando etiam aliquem sanctum auctorem testem citauerint: postquam eum interpretati fuerimus: alijs eiusdem dictis sententiam nostram tenuisse ostẽdemus. Quibus ego rebus existimo aptam, & pro dignitate cum hęreticis disceptationem instituí. Alijs autem rebus fateor nobis summopere illarum auctores, eruditionem, studium, & diligentiam suam commendare. Nos autem commendationem in vulgus, non ita multum curamus: id solummodò nobis proponimus, vt res nostras defendamus, & aduersariorum, quòad eius fieri possit, euertamus: nullamque rem necessariam ad hoc nostrum institutum Deo fauente prætermittemus. Reliqua omnia missa faciemus, ne legentium aures obtundamus; & ne dum eos rebus non necessarijs oneramus, necessaria reportare non possint. Et quemadmodum boni ducis est copias suas impedimentis leuare, & quantùm potuerit expeditũ exercitum instruere; atque adeò cum ad arma conclamatur, impedimenta in castris, vel vrbibus relinqui solent.

Ad quæ principia vniuersa disputatio reuocabitur.

Quo pacto cũ hæreticis aptè disputatio instituatur.

Res omnes necessarias ad hæreticum cõuincẽdum afferet auctor.

Res non necessarias cur prætermittat auctor.

Neque miles vllus eſſet, qui ſi ſciret, ita ſibi ſatis eſſe ſcutum, & enſem ad hoſtem ſuperandum, vt ſi his non ſuperetur, nullis armis alijs ſuperari poſsit, qui lorica etiam armaretur; niſi inani quadam oſtentatione delectaretur: Ita ego cum ad certamen cum hæretico venio, expeditus procedam: arma ſolummodò illa capiam, quibus ſi nõ effecero, vt manus mihi det hoſtis, nullis alijs terreri poſsit, ſed in reprobũ ſenſum à Deo eſſe traditum exiſtimandum ſit, Chriſtianoque homini vitãdum. Reliqua impedimenta in vrbe relinquam. Cùm congrediar cum amicis, proprijs locis à me explicabũtur, quare hic meus liber ad eam rem, vel ijs, qui reliquos habent in hæreticos libros, erit vtilis, quòd cum paruus ſit, ad manũ ſemper eſſe poterit, ſi quando inter hæreticos verſari contingat, qui paucis omnia fidei noſtræ præſidia ſuppeditabit, & aduerſariorum tela declinare docebit. Et quamuis multæ, diuerſæque hęreſes ſeculo noſtro manarint, ita vt centum & duæ de viginti ſectæ diſtinctæ extiterint; non alphabeti ordinem ſequemur, quòd nullum is ordo rebus lumen afferat: parumque doctrinæ ſtudioſos detineat: ſed via, atque diſciplinę ratione omnes ſtatus cauſæ noſtræ diſponemus, vt apti inter ſe, cónexique ſint. Talis igitur erit vniuerſa noſtræ diſputationis diſpoſitio, vt ea, quæ homini Chriſtiano, ad Chriſtianam religionem colẽdam neceſſaria ſunt, ordine explicemus. Quare tribus libris rem vniuerſam expediemus. Primo libro de fide, totius religionis maximè neceſſario fundamento, diſputabimus. Secundo libro oſtendemus fidem homini Chriſtiano non ſufficere, ſed opera etiam eſſe neceſſaria, de operibuſque diſſeremus. Tertio libro, nec fidem, nec opera ſatis eſſe demonſtrabimus: ſed ſacramenta etiam neceſſaria eſſe docebimus. ac de ſingulis Sacramentis ſermonem inſtituemus. Quæ omnia accuratè, & à fundamentis exponere, non inſtituimus: ſed eas tantùm res defendere, quas noſtri temporis hæretici, conuellere conantur: contra quos hanc diſputationem ſuſcepimus. Sed cùm illi magnas his rebus tenebras obducant: illis confutatis, non dubito, quin magna eiſdem lux afferatur. Dabimus etiam operam, vt varios, qui in his tribus rebus verſantur, errores, ita contexamus, vt non arena ſine calce, ſed perpetua diſputatio videatur.

Quam vtilitatem hic liber afferet ex eo quod breuis ſit.

Cur alphabeti ordinẽ non ſequatur author.

Qualis erit diſputationis diſpoſitio.

Quot libris tota diſputatio contineatur. Primus liber quid tractet. Quid ſecũdus

Quid tertius.

CAP. 2. *Fidem eſſe neceſſariam.*

AC primùm Zuinglius, Melancton, & Melchioritæ adeò fidem neceſſariam eſſe negant, vt tradant Numam, Scipionem, Catonem, & alios, quorum nomina gentium hiſtoriæ celebrant, ſine fide beatam, & æternam vitam fuiſſe conſecutos. Ita docet Zuinglius in libro quodam contra Vrbanum Regium. Qui quidem hæretici vel Lutero ſceleratiſsimo ſceleratiores videntur: quos arguit in vltima confeſsione, de cœna Domini. Et eſt quidem horum hominum abſurdiſsima, & ſtultiſsima ſentẽtia. Nemo enim ad eum locũ, quem neſciat, iter cõponit. Nemo ad eum finem ſua refert conſilia, quẽ, an ſit, ignorat. Oportet enim dicunt philo-

Zuinglius, Melanctõ & Melchioritæ fidem neceſſariam eſſe negant.

Lutherus in quoſdam ſcribit hæreticos.

Fidem eſſe neceſſariã quia finem demonſtrat.

philoſophi, priùs finem cognoſci, quàm vt illius cauſa aliquid agamus. Cùm igitur vita beata atque æterna, præſtantior finis ſit, quàm vt vllis ingenij viribus comprehendi poſsit: ſi non eam fide teneamus, ad eam nunquam tendemus, neque conſilia noſtra referemus: & ita nunquam eam conſequemur. Caſu autem rem tam eximiam vllo modo adipiſci poſſe putare, ſtultiſsimum eſt. Præſertim cùm illa, tanquam actionum noſtrarum præmium, propoſita ſit. Præmium autem, & merces præ ſe ferunt, vt nemini forte fortuna agenti, deferantur. Quocirca Chriſtus Marci vltimo dicit. Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. Et Paulus ad Hebræos ſcribit, ſancti per fidem vicerunt regna, operati ſunt iuſtitiam, adepti ſunt repromiſsiones. Et ad Romanos. Habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe filiorum Dei. Ad Hebræos etiam. Sine fide impoſsibile eſt placere Deo: credere autem oportet accedentem ad Deum, & quia eſt, & quòd inquirentium ſe, remunerator eſt. Et ſicut finis altior eſt, quàm vt à nobis cognoſci poſsit: Ita via qua ad illum peruenimus, tectior & occultior eſt, quàm vt à nobis inueſtigari queat: ideo fide opus eſt, qua eam monſtranti credamus. Idcirco Chriſtus dicit. Qui crediderit in filium Dei non iudicatur: qui autem non credit iam iudicatus eſt, quia non credit in nomine vnigeniti filij Dei. Iam inquam iudicatus eſt. quia cum nulli pateat ad ſalutem aditus, niſi per Chriſtum, quod ipſe dixit. Ego ſum via, veritas & vita. Qui hanc viam non ingreditur, Chriſto docenti, credendo, perſpicuum eſt ad vitam beatam peruenire non poſſe. Ideo facto ſuo, antequam ferat de illo Deus ſententiam, iudicatus, & damnatus eſt. Paulus etiam ſcribit, iuſtitia Dei reuelatur in Euangelio ex fide, in fidem. Iam verò cùm multæ difficultates, & plurima detrimenta in Chriſtiana pietate colenda frequenter occurrant, fieri non poteſt, vt tot labores diu, ſine vlla ſpe præmij, ſuſtentemus. Spes autem ſine fide non conſtat. Ideo dicit Abacuc: citaturque à Paulo, iuſtus ex fide viuit. Per fidem etiam docet Paulus quod gloriamur in tribulationibus, ſcientes, quòd tribulatio, patientiam operatur: Patientia autem probationem: probatio vero ſpem: ſpes autem non confundit. Denique in fide commendanda, neceſsitateque eius demonſtranda multus eſt Paulus in Epiſtolis, ad Romanos, Galatas & Hebræos. Quo loco vix Chriſtianè, & modeſtè diſputo, vix me contineo, quin ſtomachum meum in Melanctonem erumpam, qui ſæpiſsimè nos Euangelij rudes, & ignaros appellat: monetque vt Euangelium legamus vt ex eo veritatem, quam ipſe docet, diſcamus. Anne cùm ipſe ei, quam propoſuimus, ſententiæ, ſubſcribit, Euangelium legiſſe, aut primis labijs cuipiam attigiſſe videtur? Anne aliud propoſitum fuit Paulo præclariſsimo, vt ipſe fatetur, Euangelij præconi, Epiſtola ad Romanos, quàm vt doceat, nihil naturam, nihil legem per Moyſem latam, ſine fide prodeſſe: Nulliſque legis aut naturę officijs hominem poſſe ſalutem, aut Dei amicitiam, & gratiam ſine fide ſibi conciliare? ait enim. Quia

Caſu nemo felicitatem adipiſcitur.

Marc.16.

Hebr.11.

Rom.5.

Hebr.11.

Fides eſt neceſſaria quia viam ad finẽ oſtendit.

Ioan.3.

Rom.1.

Fides ad tolerandas difficultates eſt neceſſaria.

Abac.2.

Rom.1.

Rom.5.

Melãctõ nos Euangelij rudes appellat.

Propoſitum Paulo fuit in Epiſtola ad Romanos fidem eſſe neceſſariam, docere.

Rom.c.3.c.

ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro coram illo. Cùm dicit, legẽ, non ſolùm Moyſis, ſed etiam naturę comprehendit. Nam lex Moyſis amplectebatur etiam naturæ legem. eadem enim ſentẽtia ponitur, & probatur Galat. 2. Si per legẽ (ait) iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Quẽ locum Auguſtinus exponens, idem argumentum in naturam transfert. Si (inquit ille) per naturam, vireſque hominis naturales, & naturale lumẽ rationis eſt iuſtitia: Chriſtus gratis mortuus eſt. Cum igitur lex, & natura, ex ſententia Pauli, non poſsint nobis vllam ſalutem afferre; docet, vbi primùm ſalus, & amicitia Dei quærẽda ſit à gentibus, & Iudæis, dicens; Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum: non enim eſt diſtinctio; omnes enim peccauerũt, & egent gloria Dei. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Quo pacto autem huius Chriſti redemptionis participes ſimus, exponit ſtatim dicens, Quem propoſuit Deus propitiatorem per fidẽ in ſanguine ipſius. Igitur ſi Paulo fidem habet Melanctõn, eius ratiocinatione apertè conuincitur. Nã neq; per naturã, neq; per legẽ, ſed per vnã Chriſti redemptionẽ, criminũ, quibus omnes ad vnum tenentur, veniã impetramus. Redemptio verò nõ niſi per fidem incipit ad nos pertinere. Si quidem ſola fides, redẽptionis nos certiores facit. Fides igitur eſt ad ſalutem adipiſcendam neceſſaria. Deinde quaſi triumphãs Paulus de Iudęis atq; gentibus, quòd per ſe, ſine fide, non habeant de quo glorientur, vbi eſt ergo (ait) gloriatio tua? excluſa eſt per legem factorum tantùm? non niſi per legem fidei, id eſt, lex, quæ præcipit vt credamus, omnem ſibi gloriam aſſumens, nullam neq; legi, neque naturæ gloriam relinquit. Legẽ verò factorum, vocat legem Moyſis. Quod cũ multa facere præcepiſſet, nihil auxilij ſuggerebat ad ea facta faciẽda. Vt autẽ, quæ dicit, non ad Iudęos tantùm, ſed ad gentes etiam, quę lege ſolùm naturæ tenebantur, pertinere intelligantur, idipſe non ſolùm declarat, ſed graui etiã argumento probat. An Iudæorum (ait) Deus tantũ? nonne & gentium? imò & gentium. Quoniam quidem vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidem. Præputiũ nominat gentes, quoniã non circuncidebãtur. Ne autem vlla probabili ratione Luterani, qui vnam fidem ſufficere dicunt, in ſuam ſententiam hũc locum poſsint traducere, ſubiungit, Legem ergo deſtruimus per fidem? abſit, ſed legẽ ſtatuimus, id eſt, legi perfectiorem ſtatum tribuimus, facilioremque eius ſeruandi modum. Rurſus autem ad propoſitum rediens ait. cap. 4. Quid igitur dicemus inueniſſe Habraam patrem noſtrum ſecũdum carnem? ſi enim Habraam ex operibus legis iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed non apud Deũ. quoniam, vt probauit, Dei gloriam, non, niſi fide poſita, adipiſci quiſquam poteſt. Quocirca demonſtrat, quòd fuerit Habraæ gloriæ apud Deum, & iuſtificationis principium. Sed quid dicit ſcriptura? credidit Habraam Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiam, id eſt, fides cũ offi cijs coniuncta, fecit, vt iuſtus apud Deum eſſet. Nunquid ergo vlli videbitur Euangelium ſcire, aut legiſſe is, qui hæc tam multa, tam plana, & expreſſa ignorat? Ne ergo in nos Melanc-

ton

Auguſtinus.

Fidem eſſe neceſſariã, quia certiores nos facit redemptionis.

Legem factorũ cur Paulus vocet legem Moyſis.

Rom. 4.

Melanctõ videtur Euãgeliũ nõ legiſſe.

cton contumelijs insaniat, sibiq; Euã gelij scientiam arroget, nosq; præ se Euangelij imperitos dicat. Est igitur, vt proposuimus, fides necessaria ei, qui æternam salutem, & Dei gratiam consequi voluerit. Sed cuiusnam rei hãc fidem esse oportet? vtrùm illius, vt pro certo credamus, nos esse Deo gratos per Christum, vt Luterus, Cal uinus, & Melancton ipse dicit? Minimè quidem. Nã, vt secundi libri prin cipio demonstrabimus, talis nõ fides Iesu Christi, sed fabula, & meræ nugę sunt. Eam igitur fidem postulamus, vt credat is, qui Deo reconciliari stu det, se veniam peccatorum, non, nisi per Christum impetraturum, Iuxta illud Actorum, Huic omnes prophe tæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum nos accipere per ip sum. Is qui ad vitam beatam aspirat, credat, eam non nisi per Christum se cõsecuturum. Iuxta illud Actorum. Non est in aliquo alio salus, neq; est aliud sub cælo datum nomen hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Hoc autem quod dicimus, est vel implicatè, atque confusè, vel explica tè, atque distinctè credendum. Non enim nunc volumus cum catholicis fratribus argumentis contendere. Denique fidem, ope sola diuina, tributam postulamus, non viribus vllis aut humanis, aut angelicis comparatam. Angelos enim qui viribus hominibus, & ingenio longè præcellũt: aut Dei gratiam inire, aut ad vitã bea tam peruenire suis tantùm viribus innixos nõ posse arbitramur: nedum ipsos homines: vt enim iustitia, & vita Dei lõgissimè præstat, & hominum, & angelorum qui sunt, vel esse possunt naturę: ita nulla præter Dei natu ram suis viribus eius compos esse po

Cuiusmodi fides esse debeat quã necessariam dicimus.

Act. 10.

Act. 4.

Fidem angelis esse necessariam.

test. semper enim & vbiq; illam Pauli sententiam ad Ephesios stare oportet; Gratia estis saluati per fidẽ: & hoc non ex vobis. Dei enim donum est: non ex operibus, ne quis glorietur. Quæ sententia non minus in angelos quam in homines cadit. Quare petulantissimus hæreticus est Zuinglius, cum Zuinglianis suis: Melancton, cũ Melchioritis, quirem in sacris literis tam certam atque testatam, negare audeant. Sed longè est petulantior Petrus Abailardus superiorum temporum hæreticus: Aduersus quem, licet meæ partes non fuerint scribere, tãmen quia de hac eadem re insanius, & nefandius loquitur: eum silentio præterire nolui. Eius sententiam refert Bernardus Epistola centesima no nagesima. Qui docebat, nihil esse credẽdum, quod ingenij nostri vires ita superaret: vt eius causam, atque ra tionẽ intelligere nõ possemus. Quod sapientis Siphacis testimonio proba bat, dicentis. Qui citò credit, leuis est corde. Sed si ille significet nihil nobis auctoritatem solam humanam probare debere: primum valde absurdum est. Nam Romam esse credimus, licet eam non viderimus, quod crebris hominum sermonibus vsurpetur, stultusq; haberetur is, qui tot de illa rumoribus auditis, adhuc vtrũ esset, dubitaret. atque adeo Aristoteles librum edidit, de ijs rebus, quas quidem credebat, quòd plurimorũ hominum fama afferebantur: Minimè tamen earum causas intelligebat. Ipseq; Abailardus suis oculis multa vidit, quæ, qua fierent ratione, nõ intelligebat. Quare si omnino & in totũ vera sua sententia esset, ne suis quidem oculis fidem aliquando habere deberet. Deinde vt vera hæc eius sen

Petrus Abailardus.

Bernardus.

Eccli. 19.

Auctoritatẽ humanã momentum habere ad res persuadẽdas.

Nos non hominũ sed Dei auctoritate ad credendũ mouemur.

tentia sit, nihil facit contra nos, qui non hominum, sed Dei solùm auctoritate mouemur. Quòd si furere ille cœperit, Deique auctoritatem contẽnat; quis tantam ferat dementiam? Quo enim maiore argumẽto res vlla confirmari potest, quàm eius sententia, qui nec fallere, nec falli potest? Vtrũque enim Dei natura præ se fert. Quare qui tali argumento sibi quidquã persuadet, nec citò credere: nec leuis esse corde sapienti videretur. Quòd si Dei auctoritatem non negligat: sed negare audeat sacras literas à Deo esse traditas, cur igitur ille sapiẽtis testimonium profert? Nam si hominis solùm est, nullius esse momenti vult: sin autem Dei esse putet, negare non potest sacras literas Deo auctore scriptas esse. Quo fundamento tanquam primo suæ fidei principio verus Christi discipulus, tametsi ita debeat persistere, vt longiùs deduci nõ patiatur. Veluti Geometra cum ad id peruenit, vt dicat, lineam esse longã, sed nihil latitudinis habere: punctum esse aliquid in linea, quod neque vllã longitudinem, neque latitudinem habet. Extremitatem, aut superficiem esse, & longam, & latam; omnis tamẽ corporis expertem: licet hæc cuipiam valde difficilia videantur, Geometra tamen vltra demonstrando nõ procedit, quòd hæc sint artis suæ principia. Ita & Christianus cũ ad hoc deducitur, vt à Deo traditum esse dicat; hoc loco, nullis quæstionibus, & interrogationibus debet moueri, qd̃ suæ sit sciẽtiæ & doctrinæ principiũ. Tamen si probabilibus argumentis agendum sit; auderem dicere, rem nullam, quæ perspicua, & necessaria demonstratione non concludatur, tã probabilibus argumẽtis probari posse; quàm fidem, & religionem nostrã à Deo esse institutam. Primùm, quòd homines rudes, & literarum ignari, nemine docente, subitò tantam sapiẽtiam adepti sunt, vt philosophos peritissimos disputando superauerint: in suamque sententiam adduxerint: Qui cum nullis essent armis muniti, sed omni hominum præsidio distituti, regibus, principibus, viris̃que literatis resistentibus; & acerbissimè repugnantibus, in vniuerso orbe terrarum hanc nostram religionem stabilierunt. Quo igitur, nisi Deo defendẽte, ex tanto hostium impetu, & tanti belli ore ac faucibus erepta, & seruata est? Quæ quidẽ religio, si ea ex parte qua fidei præcepta dat; cum vera, de officijs naturaliq̃ scientia comparetur: nihil congruentius, nihil puto similius reperiri posse. Ex quo intelligitur homines allexisse, non morem eorum libidini gerendo: vt Mauметana, & Luterana secta: Imo verò ea vt pro nihilo faciant, præcipiẽdo, quæ homines natura expetere maximè solemus, diuitias, voluptates, honores, ijs illa nixa fundamentis, quæ infirma, humanę fortè rationi videri tur: post tot seculorum ætates stat, viuit, atque manet. Cùm historiæ narrent sex illam minimum imperatores Romanos, qui rerum potiebãtur, validissimè, & crudelissimè oppugnasse. In qua oppugnatione nullarũ copiarum, nullorum armorum, nullius bellici apparatus mentio fit, sed constantissimorum hominum sanguinis, vulnerum, plagarum, acerbissimorumq̃ tormentorum, atque cruciatuum. Miracula etiam magno argumento sunt, quę his etiam temporibus, vel ab ipsis Christi & sanctę Marię, & aliorum sanctorum imaginibus

Cur Dei auctoritas necessarium argumentum sit.

Quod sit fidei principium.

A fidei principio non debet Christianus deduci.

Nihil quod non demõstretur est probabilius quã religionem nostram à Deo esse institutã.

Argumenta probabilia ad fidem nostram probãdam.

nibus locupletiſsimorum teſtium teſtimonio edi exploratum eſt. Nec illud prætereundum eſt, quòd ego cenſeo argumentorum eſſe maximum; Quod tot ante ſeculis, quæ Chriſto, & eius eccleſiæ acciderunt, prædicta fuerint à prophetis. Quibus argumẽtis vehementer probatur, fidem, & religionem noſtram, à Deo fuiſſe inſtitutam. Quare, quamuis illa ad credẽdum in ea proponantur, quæ maiora ſint, quàm vt vllo hominum ingenio cognoſci poſſint, nequaquam facilè à nobis creduntur. Cùm nõ niſi tantis argumentis commoueamur. Quamobrem ſapientis, & ſani hominis iudicio leues non habebimur. Et quidem non eſſet Deus admirabilis prædicandus, ſi nihil maius in eũ conueniret, quàm quod homines intelligimus. Miramur enim ea duntaxat, quorum cauſas non cognoſcimus. Quare exploſa Abailardi ſententia ſit: qui rem nullam fidem habere dicit, quam hominis ingenium nõ aſſequatur. Quam hominis opinionem Paulus etiam conuellit armis illis potentiſsimis, quæ ſe habere dicit, ad deſtruendam omnem altitudinem extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei. Et in captiuitatem redigendum omnem intellectum in obſequium Chriſti. Ipſeque maximè laudat Habraam quòd contra ſpem in ſpem credidit, id eſt, quod fieri nõ poſſe videbatur, Deo promittente, ſperauit futurum. Maneat etiam ſine fide neminẽ perpetuam felicitatem adipiſci poſſe, contrà quàm his temporibus Zuinglius, Melancton, & Melchioritæ docent, & ſuperioribus temporibus, Pelagiani docuerunt.

2. Cor. 10.

Rom. 8.

CAP. 3. Nemini vnquam fidem negare licere.

Matt. 10.

Ed Anabaptiſtæ, qui Clãculanj dicuntur, fidem neceſſariam eſſe fatẽtur, fas tamen eſſe dicũt aliquo eminenti periculo, eam, & celare, & verbis, ſi fuerit opus, negare: dummodò id ex animo nõ fiat. At omne mẽdacium, ſcelus, & crimen eſt natura ſua: etenim veritati contrarium eſt, quę per ſe, viq; ſua res probanda eſt. Quo circa mendacium non poteſt non eſſe improbum. In religitur tam grauis, atq; tam ſancta, mẽtiri, grauiſſimum ſcelus, atque flagitium eſt. Et veſdmẽter Petrus reprehenditur, quòd Chriſtum timore perculſus, negarit. Ipſeque grauiter ſe deliquiſſe intellexit. Siquidem Matthæus amarè eum fleuiſſe dicit. Ac longè profectò aliud quàm iſti homines arbitrantur, Chriſtus, & exemplis, & verbis docuit. Nam apertè, & palàm doctrinam ſuã exponebat, & in occulto nihil fuiſſe locutum ipſe teſtatur. Ac quãquam à Phariſæis, & improbis pericula intẽdebantur, & formidines opponebantur, & in medio crudeliſsimorum hoſtium poſitus, omni hominum auxilio deſtitutus, deſpectus, abiectus, verborum contumelijs laceratus, varijs conuitijs vexatus, ignominijs denique omnibus appetitus; tamen quoniam eſſet rogatus ab eis, qui non niſi maledicendi, accuſandi, & in cruce agendi occaſionem quærebant: magno, & conſtanti animo ſe Chriſtum eſſe reſpondit. Qua fronte igitur ſe Chriſtianos audent iſti nominare, qui quocunq; denũciato periculo, Chriſtum ſibi abnegare permittunt? Chriſtus etiam diſcipulis ſuis id, auctore Mat-

Anabaptiſtæ clanculanj.

Luc. 9.

Mendacium cur natura ſit improbũ.

Matt. 26.

Ioan. 18.

Chriſtus verbis & exemplis fidei confeſſionem docuit.

Turpiſſimum eſt Chriſti diſcipulo Chriſtum abnegare.

Matt.10. Matthęo,præcepit.Quod dico vobis in tenebris, dicite inluce. Et quod in aure auditis,prædicate ſuper tecta; & nolite timere eos, qui occidunt corpus.Quæ cùm dicit, manifeſtè declarat,velle eos,nullo,neque ignominię, neque mortis terrore,ab eius tradenda doctrina abſtrahi. Et paucis interiectis ſubijcit, Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo, qui in cœlis eſt. Et apud Lucam Chriſtus ipſe ait. Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere,perdet eam. Qui me erubuerit,& ſermones meos, hũc filius hominis erubeſcet coram angelis Dei.Pudeat igitur hos ſe Chriſti eſſe dicere: qui non modò periculis ſe pro Chriſto offerre non audent: ſed etiam eum erubeſcendi, atque deſerẽdi, timorem, honeſtam excuſationem ducũt. Cur igitur viri ſancti, tot ſe periculis committebant, in tot ſe tormenta dabant? Cur indignè necari? cur ad extrema, & crudeliſsima ſupplicia, ne Chriſti fidem negarent, deprimi patiebantur? Si honeſtè tot incommodis leuarentur,tot mala, fidem celando,depellerent.Quando illa fortitudine,& animi magnitudine ſummoperè ſacris literis,& philoſophorum libris commendata nobis vtendum eſt?ſi fas eſt,in religione defendẽda abijci! Turpe eſſet amicum, mortis metu deſerere; & Deum honeſtum erit negare? Puerilis omnino, perridicula, & turpiſsima iſta licẽtia eſt. Quare illud certiſsimum ſit,nemini vllo denunciato periculo fas eſſe à Chriſto,& eius doctrina non ſtare.

Luc.9.

Sancti viri multas acerbitates propter fidei confeſſionẽ perpeſſi ſunt.

CAP. 4. *Improbos homines ad Eccleſiam pertinere.*

SEd cùm fidem noſtram Dei auctoritate niti dixerimus; ita,vt ea quæ credimus,non homine, ſed Deo auctore,nobis perſuadeamus:rogabit fortè quiſpiam: Vnde ſciamus, à Deo,quæ credimus,eſſe tradita.Nũ Deum vnquam,quę ſacris literis conſignata ſunt, dictantem audiuimus? Preſertim cum Eccleſiaſticus, liber Iudith,liber Tobię,libri duo Machabæorum,& hiſtoria Suſannę,Draconis Bel,liber Sapientiæ,liber Baruch, & Epiſtola Hieremiæ,paucis ab hinc annis in libris ſacris numeremus; cũ iam pridem ſcripta illa fuerint. Quare cum antea illa legeremus,Dei oracula non putabamus, modò verò putamus? Fatemur neminem noſtrũm Deum illa dictantem vnquam audiuiſſe: ſed ideo Deo auctore ſcripta fuiſſe credimus,quòd ita Eccleſia docet. Illi autem libri quos cenſuimus, erant illi quidem Dei auctoritate monimentis mandati: id tamen nõdum nobis notum,atque teſtatum erat:Eccleſię igitur(dicet aliquis) nõ Dei auctoritate credimus: ſed non,rectè cõcluditur.Nam quemadmodum propoſitionibus Euclidis, antequam ab illo, vel à Photione demonſtrarẽtur, non aſſentiebãtur diſcipuli: Poſtquã verò illæ demonſtratę, & explicatę ſunt,aſſentiuntur:ſed nõ propter magiſtri auctoritatem, ſed propter illa prima principia. Ita nos in credendis ijs, quę ad fidem, & religionem ſpectant:vtimur eccleſia magiſtra; credimus autem,non propter Eccleſiã,ſed propter Deum dicentem. In qua ratione dicendi, nobis aduerſarij non multum reſiſtunt. Si tamẽ adhuc inſtes, & vrgeas, quę nam iſta Eccleſia eſt tanta auctoritate prędita? Hoc loco

Cur libros Sanctos Deo auctore ſcriptos eſſe credamus.

Quo pacto licet Eccleſia ſit fidei magiſtra nõ eius ſed Dei auctoritate ad credendũ moueamur.

co magna nobis cum aduerſarijs cõcertatio eſt. Quare priùs de Eccleſiæ partibus: deinde de eius qualitate, tertiò de modo, quo nos illa doceat, deque eius auctoritate diſſeremus. Luterus, Caluinus, Melanctõ, & Brentius, & reliqui omnes aduerſarij noſtri, ex bonis duntaxat Eccleſiam conſtare docent: iniquos verò, & improbos homines, ad eam minimè pertinere. Quamobrem Eccleſiam fingunt neſcio quam, quæ noſtris oculis non ſubijciatur: ſed Deo tantùm cognita ſit. Sed aperuit (vt principio diximus) Luterus puteum abyſſi, & hunc errorem ex Donato, peſſimo hęretico, hauſit: quem longa diſputatione Pater Auguſtinus libris contra Donatiſtas refutauit. In hunc etiam errorẽ rapti ſunt Rogatiani, Circunceliones, & Ioannes Hus. Quod ſi verum eſſet (vt aduerſarij opinantur) non haberet vllus Eccleſiæ magiſtratus poteſtatem in peccatorem animaduertẽdi. Nam vt Paulus docet, de ijs quæ foris ſunt, ad Eccleſiam iudicare non pertinet: ſed Dei Opt. Max. iudicio reſeruantur. Nullos etiam certos iudices, nullos certos magiſtratus in Eccleſia haberemus. Nam ſi iniquus iudex ad Eccleſiam non pertinet: non poteſt ius dicere Chriſtianis. Nec Epiſcopus, peccato vllo contaminatus, paſcere poſſet Chriſti oues. Miſcerentur igitur, & conturbarentur in Eccleſia omnia: ſoliciti omnes de iudice, de paſtore, & antiſtite eſſe deberent: cùm non ſolùm aliorum, ſed etiam propria cuiuſq; ſanctitas nemini ita nota ſit, vt non ſit reliquus magnus dubitandi locus. Sed nihil ijs rebus aduerſarij noſtri cõmouentur. Siquidem omnia illi perturbare, omnes Eccleſiæ ordines cõfundere, vniuerſam rempub. labefactare, & cõuellere volunt: optãt nullum flagitiorum ſuorum iudicem, nullum animaduerſorem habere, ſcelerum impunitatem, & ſempiternam licentiam conſequi cupiunt. At Paulus in Corinthiũ fornicarium animaduertit: & Chriſtus apud Matth. Petro præcepit dicens. Si peccauerit in te frater tuus, vade, & corripe eum inter te, & ipſum ſolùm ſi te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verbum: quòd ſi eos nõ audierit, dic Eccleſiæ. Si autem Eccleſiam non audierit, ſit tibi vt ethnicus, & publicanus. Quare ſi fidelis, poſtquam peccauerit, adhuc frater à Chriſto appellatur, dareque iubet operam præpoſitum, vt illũ à peccato reuocet: quòd ſi non aſſequatur, ab Eccleſia puniri vult: minimè extra Eccleſiam eſſe cenſendus eſt. Eccleſiæ verò magiſtratus propter eos gerẽtium peccata, neque infringi, neq; vllo pacto imminui facilè intelligitur ex capite ſecundo, & tertio Apocalypſeos. Nam illos angelos, de quibus loquitur Ioannes, & ex verbis ipſius, & ex omnium interpretum ſententia, illarum ciuitatum præſules, & Epiſcopi fuerũt. Ac licet nõnulla eorum accuſet peccata, in magiſtratibus tamen illos eſſe ſignificat. Nam angelo, id eſt, Epiſcopo Epheſi Ioannes verbis his nunciare iubetur. Memor eſto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. ſin autem, venio tibi, & commouebo candelabrum tuum, de loco ſuo, niſi pœnitentiam egeris. Qua ſententia, non candelabro, id eſt, Eccleſia ſua pulſum, ſed pellẽdum ſignificat. Atqui Iudę non eſt apoſtolatus abrogatus,

Aduerſarij nobis reſiſtũt in Eccleſia declaratione.

Luterus, Caluinus, Melanctõ, Brẽtius.

Aduerſarij fingunt Eccleſiam inuiſibilem.

Auguſtinus. Donatiſtæ. Rogatiani. Circũcelliones Ioan. Hus.

Oportere Eccleſiã ſubſenſum caderent certos iudices habeat.

Quid aduerſarij ſpectent cum Eccleſiã ponunt inuiſibilem.

1. Cor. 5.

Matth. 18.

Peccator à Chriſto frater appellatur.

Eccleſiæ magiſtratus non imminui propter eos gerẽtium peccata.

Apo. 2. & 3.

tus, quòusque mortuus est. Nam & in duodecim numerabatur, & sacerdos insuper factus est. Facilè etiam intelligitur in Ecclesiæ partibus peccatores numerari, ex rebus ijs, quibus à Christo Ecclesia confertur. Etenim Matth. 13. Simile, inquit Christus, est regnum cœlorum, id est, præsentis temporis Ecclesia: sagenæ missæ in mare, & ex omni genere piscium congreganti, id est, bonos & iniquos homines: & simile etiam esse dicit regnum cœlorum decem virginibus, quarum quinque erāt fatuæ, & quinque prudentes. Eam etiam comparat agro, in quo est zizania, & triticum. Neque paterfamiliās zizaniam euellere passus est. Alio loco eam cōfert areæ, in qua sunt grana simul & paleæ. In alio, vineæ, in qua sunt vites ferentes vuas, & ferentes labruscas. Apud Lucam iniquus homo comparatur à Christo cum arbore, quę tametsi nullum fructum ferebat, per aliquot tamē annos Dominus vineę, rogante cultore, passus est, vt in vinea sua esset, vt experiretur, vtrùm eā circunfodiendo, & stercoratā terram aggerendo, fructum ex ea vllum perciperet. Ex quo facilè cognoscitur, peccatores, non solùm in Ecclesia manere, sed multa etiam à Deo, Ecclesia rogante, accipere beneficia. Audiunt enim Christi doctrinam, suppeditantur eis sacramenta: quibus officijs si nihil illi respondeant: vt arbores inutiles, vt in ignem mittantur, id est, ad inferos propellātur, detruncabūtur. Sed suam probant aduersarij sententiam testimonio diui Pauli dicentis, Christus dilexit Ecclesiā & seipsum tradidit pro ea, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: sed vt sit sancta, & immaculata. Fateor hunc ad finem Christum mortem obijsse: sed nōdum eum est consecutus, neq; consequetur: quousque vniuersorum hominum iudiciū exerceat. Cum tradiderit regnū Deo patri, cum euacuauerit omnem principatum, & potestatem, & virtutem. At dicūt aduersarij: Paulus ait, si quis spiritum Christi non habet, hic non est eius. Si Christi nō est, ergo neque Ecclesiæ, quę est corpus eius. Sed non est Christi, quia non est eius cohæres: vt Paulus eodem capite eos, qui Christi sunt, appellat. Neq; in eius regnū si nō resipiscat impius, recipietur. Aliter enim sceleratus, aliter vir bonus in Ecclesia est: vir bonus, vt membrum viuum in corpore eiusdem animę, ac naturę particeps: sceleratus autem, vt membrum mortuum, aut vt capilli & vngues in corpore sunt. Quę tamē nō eandem, quam corpus vitā viuūt: non eadem sunt natura prædita: Verùm ad corpus pertinent, auulsa non sunt: suo etiam munere vngues, & capilli funguntur. Ita peccatores ad Ecclesiam pertinent: vt in numero vocatorum à Christo ponantur, sed non in numero electorū. Iuxta illud Christi apud Matth. multi sunt vocati, pauci verò electi. Ex quo intelligitur illud Iohannis, quod nobis etiam aduersarij obijciūt. Qui facit peccatū, ex diabolo est, id est, in iniquis numeratur, diaboliq; partes sequitur, Diaboliq́ue pœna afficietur. Tolerabitur tamen per aliquod tempus, si fortè derelicto dęmone ad Deum conuertatur. Sed tamen iustos non inficiunt, neq; vlla ratione contaminant iniqui homines, qui inter illos versantur. Quod difficilè aduersarijs videtur, eoq́ue nobis resistunt, cū dicat Ecclesiasti-

Christus docet peccatores in Ecclesiæ partibus numerari.

Matth. 13.

Matth. 13.

Matth. 25.

Luc. 13.

Ephe. 5.

Quando sit Ecclesia sine macula exhibenda.

1. Cor. 15.

Rom. 8.

Peccator quo pacto non sit Christi.

Quo pacto iniquus in Ecclesia sit.

Quo pacto vir bonus.

Matth. 22.

1. Iohan. 3.

Quo pacto ex diabolo sit qui facit peccatum.

Eccl.13. fiaſticus. Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiam. Nam nulla in ſceleribus ſocietas, nulla coniunctio inter eos intercedit. Sed magna potiùs, & aſsidua ſimultas. Siquidem eos ſemper exemplo, & verbis nonnunquam increpant. Concedo nihilo minus multos bonos viros, ini quorum pernicioſo exemplo, & peſſima cõtagione ſæpenumerò permoueri, & quandoque infici: ſed hoc illis periculum cum alijs multis, quàm diu peregrinantur à Domino, vt Paulus ait, impendet. Eoſque id tangit ca uere. Sed rogant aduerſarij, quo maiore vinculo peccatores, quàm pagani, & à fide alieni homines ab Eccleſia teneantur. Longè tamen maiore. Nam illi fidem habent, iſti verò illa carent: illi participes ſunt ſacramentorum, & ſacrificiorum Eccleſiæ: iſti verò minimè. Quare ſunt infideles inter fideles, ſicut hoſpites, & peregrini. Ciues autem ſunt iniqui, dum ſint fideles non illius Hieruſalem, quæ in cœlo eſt, ſed huius, quæ in terra. Quare Eccleſiæ legibus obligantur: pagani autẽ, & Mahumetani nullis eius inſtitutis, legibuſue tenentur. Sancta verò Eccleſia dicitur, non quòd nullos iniquos habeat, vt aduerſarij errore inflati autumant: ſed quòd multos viros ſanctos habeat, egregiaque virtute præditos: Quòd legibus ſanctiſsimis adminiſtretur: quòd multa habeat inſtrumenta, quibus homines ſancti fiunt: Chriſti ſanguinem, Chriſti doctrinam, ſacramenta, merita denique omnia Chriſti, atque ſanctorum: quòd præter cæteras reſpublicas ſtudioſa ſanctitatis, ac mẽtis puritatis, & nitoris ſit. Ex quo facilè refellitur illud, quod magnis clamoribus aduerſarij iactant: quod cùm tãtum odium Deus habeat iniquorũ, ea Dei Eccleſia dici non poteſt, quæ tam ſceleratorum, & iniquorum hominum plena ſit. Neque eius caput Chriſtus appellari patietur. Sed tot iniqui impedimento non ſunt, quominus Eccleſia ſanctiſsima, atque præſtantiſsima ſit: ob eas cauſas, quas diximus. Idque ex eo facilè probatur: quod ſæpè Deus populum illum veterem profligatis hominibus, frequentem populum ſuum, atque adeò filium ſuum primogenitum appellet. Non enim Deus ita iniquos horret, dum hanc vitam degunt, vt eos penitus abijciat. Imo propter peccatores in hunc mundũ venit: propter peccatores paſſus eſt: prius peccatores amat, quam ab eis ametur. Non quaſi nos dilexerimus eum, ſed quoniam prior dilexit nos (Ioannes ait.) Neq; quòd ſcelerati in Eccleſia ſint indigna eſt, quæ domus Dei appelletur. Nam in magna domo, vt Paulus ait, non ſolũ ſunt vaſa aurea, & argẽtea, ſed lignea, & fictilia; quædam quidem in honorem, quædam quidem in contumeliam. Atq; domus hæc magna, quę talia vaſa habet, non niſi huius æui Eccleſia eſt. Nam ea, quam triumphantem dicimus, minimè talibus indiget vaſis. Quippe quæ omnia vaſa, quæ habet, plenè, ac perfectè repurgata, ac nitida ſunt: ita vt inquinari iterum, & infici non poſsint; neq; amplius vllo modo repurgari. Verum huius æui Eccleſia, quam militantem appellamus: quoniam ſemper in ſuorum vaſorum mundatione, ac repurgatione verſatur: vaſis indiget inquinatis, quę has purgandorum ſordes excipientia, illa purgent, & abſtergant, ac Dei felici, ac beata menſa digna reddant.

Quod detrimentum afferant iniqui bonis viris.

2.Cor.5.

Quo maiore vinculo peccatores quàm pagani ab Eccleſia teneantur.

Eccleſia cur ſancta dicatur.

Iniqui impedimento non ſunt quo minus Eccleſia ſancta ſit.

Exo.3.&.5.

Exod. 4.

1.Ioan.4.

2.Timo.2.

Eccleſiæ militãtis cur opus ſit vaſis in cõtumeliã: triũphanti vero cur non?

Non enim, vt pater ait Auguſtinus, inutiles in hoc æuo ſunt improbi: manent enim ac viuunt, vt per eos boni exerceãtur. Ac denique cum iniquo & ſcelerato viro in domo Dei vixiſſe Dauid diſertis verbis teſtatur, dicens. Nam ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtique: tu verò vnanimis dux meus, & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos, & in domo Dei ambulauimus in conſenſu. Quem non ſocium ſolum: ſed ducem, ac principem ſuum hoc loco nominat. Non ſolùm igitur improbi Eccleſia non excluduntur, ſed illius præſtantiſsima nonnunquam munia obeunt. Quibus argumentis, & alijs multis Eccleſia ducta in Concilio Conſtantienſi, Seſsione decimaquinta per multa capita hoc ita eſſe decreuit, Ioannemque Hus ſecùs putantem, hæreticum eſſe iudicauit.

Pſal. 44.

Concil. Conſtantienſe.

CAP. 5. Pontificem Maximum eſſe totius Eccleſiæ caput.

DIſſeruimus de vniuerſo Eccleſiæ corpore: & ex quibus illud partibus cõſtet, expoſuimus. Sequitur vt de capite, parte eius principe, diſputemus: quam aduerſarij totis viribus infringere conantur, vt totum corpus interimant. Nam cùm nos Pontificem Maximum Eccleſiæ caput, ſucceſſorem Petri, vicariũ Chriſti confiteamur: id Luterus, & omnes ad vnum huius temporis hæretici, æquo animo non patiuntur. Nihil enim grauiùs ferunt, quàm Papæ nomen, quem multis verborum contumelijs lacerant, maledictiſque vexant. Regnum Babylonis, & potentia Nemroth à Lutero appellatur. Caluinus, idolum noſtrum eſſe dicit. Quo errore primùm imbuti ſunt Armenij, qui à Concilio Calcedonenſi, vſque ad Concilium Florentinum, à principe Romano defecerunt. In eodem fuit errore Marſilius Paduanus, Ioannes VVicleph, Ioannes Hus, qui omnes negant obediendum eſſe Pontifici Maximo. Quorum hominum contumeliæ, atque maledicta, nos parũ mouere debent: quòd non ſanorum, ſed inſanorum ſint, & hominum, conſilio, & mẽte deſtitutorum. Ex quibus illud primum rogabo. Vtrùm Eccleſia vna ſit, vel plures? Non illi negant eſſe vnam, idq; etiam atq; etiam à nobis petit Paulus, vt idẽ omnes dicamus, ne ſint in nobis ſchiſmata. Vna ſponſa in Canticis appellatur: vnum corpus ab Apoſtolo dicitur. Eſt denique vnum ſpirituale regnum, & ita nõ regna, ſed regnum cœlorũ multis Euangelij locis à Chriſto appellatur. At vnum corpus, vnũ modò caput poſtulat: vnum regnum, non niſi regem vnum habere poteſt. Qui ergo caput eſt Eccleſiæ, qui rex eius ſpiritualis, hunc nos vicarium Chriſti, & Pontificem Maximũ eſſe dicimus. At dicũt aduerſarij, Chriſtus nunc rex, Chriſtus nũc caput Eccleſiæ eſt: Nihil eſt quòd aliud ei caput affingamus, niſi monſtrum multorum capitum fingere volumus. Ingenuè fatemur nos, Chriſtum eſſe modò Eccleſiæ caput: id enim Paulus teſtatur: Omnia ſubiecit ſub pedibus eius, & ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam, quæ eſt corpus ipſius, & plenitudo eius. At eo modo caput noſtrum eſt, quo modo caput antiquæ Synagogæ fuit. Ex plenitudine enim eius omnes

Caluinus.

Armenij.

Marſilius Paduanus.

Ioannes VVicleph.

Eccleſia eſt vna.

1. Cor. 1. Rom. 12. 1. Cor. 10.

Pontifex Maximus eſt Eccleſiæ caput, & eius ſpiritualis rex.

Luterus.

Hereticorum conuitia in Pontificem Maximum.

Ephe. 1. *Chriſtum eſſe modò Eccleſiæ caput, ſicut & Synagogæ fuit.*

omnes accepimus, inquit Ioannes.
Ioan. 1. Ita vt non solùm virtus passionis eius ad nos, verùm etiam ad veteres illos Patres redundauerit. Et quamuis nobis pleniores gratiæ fontes reliquerit, copiosam nihilominus illis gratiam suppeditauit. Ex qua tam eximia virtute, & sanctitate viri extiterunt. Anne verò quòd illorum caput esset, aliud nullum eos habere noluit? Nonne Pontificem Maximum Aaron constituit, & eius posteros, qui sacris præessent? Nonne Duces, nonne Imperatores, nonne Reges, qui Ecclesiam illam administrarunt, delegit? & cùm populus
1. Reg. 8. regem postularet, Deus Samueli dixit. Non te, sed me contempserunt, hoc est, quòd Duce, ac moderatore à me facto non sunt contenti. Si ergo in illo populo homines sui vicarios esse voluit, cur eos modò respuet, cùm non clariùs se nobis, quã populo illi præsentem ostendat?
Aliter se Christus modo nobiscum gerit, quã cũ nobiscum viueret. Longè enim alia ratione se Christus nobiscum gerit, quàm cum nobiscum viueret. Ex quo fit, vt ex hac vita migraturus, Patrem, vt Ioannes
Ioan. 17. testatur, ita roget atque obsecret: Pater, serua eos in nomine tuo, quos dedisti mihi; vt sint vnum sicut & nos. Cum essem cum eis ego seruabam eos in nomine tuo, quos dedisti mihi. Si quæ inter discipulos controuersiæ orirentur, eas ipse sedebat: vt illam sedauit, quando facta
Luc. 24. est contentio inter eos; vt Lucas ait; quis eorum esset maior. At illa de veteris legis abrogatione, quæ illo mortuo inter discipulos facta est,
Act. 15. longè alia ratione dirempta est. Christum enim non perinde consulere potuerunt, ac si inter illos versaretur. Quamuis enim Christus viuat, nobiscum tamen non viuit, neque communicat: molles, & segnes homines verbis non excitat: bonos non adhortatur: malos non reprimit. Quare vicario & alio pastore opus est, qui hæc munera exequatur.
Petrus factus fuit pastor, & Christi vicarius. Huiusmodi vero pastor, & Christi vicarius, Petrus fuit. Nam ei dictum fuit à Christo. Pasce oues meas. Ioan. 22. Ex quibus verbis apertissimè intelligitur: Christum in sui locum, Petrum suffeciss̃e. Sed rem tam claram, tam perspicuam, & manifestam, cæcus Luterus, mentis, & consilij inops, vnà cum suis satellitibus non videt, non intelligit, non considerat. Nam hoc loco se explicare conantur dicentes, verbis istis à Christo non munus mandari, sed amorem requiri. Ter enim priùs è Petro
Pasce oues meas, quomodo intelligatur. quæsiuit, vtrùm illum diligeret. Sed homines stultissimi, vel potius impurissimi non animaduertunt, quæ sequuntur. Pasce oues meas. Concedo enim has Petro partes esse impositas, propter summum eius erga Christum amorem: sed aliud est amor, aliud quod propter amorem tribuitur. Nos missum modò faciamus amorem, cuius significatio illa Christi interrogatione declaratur. Simon Ioannis diligis me? De illo, quod statim sequitur, verba faciamus. Pasce oues meas. In quo amoris præmium perspicuum est significari, munusque pascendi oues ei esse delatum: stulteque Luterus concludit: propter amorem hoc Petro munus mandatum est. ergo quoties Petrus, & eius successores sine amore fuerint, hoc munere priuantur. Nã sine pœnitẽtia sunt dona, & vocatio Dei, vt Paulus ait. Summũ etiã sacer- Rom. 11.
dotium delatum est Aaron, & filijs

eius, propter eius erga Deum merita. Quod ei detractum non eſt, cùm in aquis contradictionis vnà cum Moyſe peccaret: Neque filijs eius, licet iniqui, & peſsimi viri nonnulli fuerint. Regnum etiam eſt Dauidi, & eius filijs tributum, propter Dauidis erga Deum pietatem. Eo tamen nō eſt ſpoliatus: etſi ſcelera nonnulla grauiſsima admiſerit. Habuit poſteros ſceleratiſsimos: eius tamen poſteritas regnum non amiſit. Superiori etiam capite demonſtraui, quanta confuſio, & perturbatio in Eccleſia eſſet, ſi, quę tradit Luterus, vera eſſent. Quare fatemur charitatem eſſe neceſſariā ad paſtoris munus pro dignitate traducendum: omnia tamen ſua munia ſine charitate paſtor præſtare poteſt. At (dicit Luterus) paſcere, non regere, non præeſſe, ſed ſeruire ſignificat. Magnæ tamen id ſtultitiæ eſt. Nam ποιμένα λαῶν. ſępiſsimè rex, & imperator Agamemnon ab Homero appellatur. At dicunt aduerſarij: vt paſcere, adminiſtrare ſignificet, id muneris Petro tantummodò datur. nam ei ſolo dicitur, Paſce oues meas: cur ergo hoc munus ſibi tot homines arrogant, quos Papas nos appellamus? Sed ridicula nimis hæc argutia, & calumnia eſt: quaſi eas modò Chriſtus oues habuerit, quas Petrus ſeruauit: ipſoque viuente fuerint: & non infinitas alias ad finem vſque mundi in hoc æuo habiturus fuerit. Cuius ergo eas cuſtodiæ commiſit? cui paſcendas tradidit? aut cur de illis, quas Petrus ſeruauit, ſollicitus fuit; & reliquas omnes, quæ mortuo Petro conſecutæ ſunt, neglexit? Nullo modo id poſſunt aduerſarij explicare: niſi plures Petri muneri vicarios ſucceſsiſſe nobiſcum fateantur. Chriſtus etiam, vt Matthæus narrat, Petro dixit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam. Quo pacto ergo explanari poteſt, ſuper Petrum Eccleſiam ſuam Chriſtum fabricaſſe, niſi eius ipſi principatum, & adminiſtrationem tribuendo? aut quo pacto Eccleſiam perpetuis temporibus duraturam, poterat ſuper Petrum mortalem, & caducum hominem ædificare, niſi plures Petri vicarios ponamus, qui ſucceſsione ſua, ad extremos vſque fines, atque terminos præliantis Eccleſiæ pertingant? Sed huius loci vim, & auctoritatem ſummam, hoc argumento Luterus ſibi videtur infringere. Chriſtus (ait ille) dicit, Portæ inferi non præualebunt aduerſus Eccleſiam, ſiue petram hanc. Sed Romanus Pontifex cum Eccleſia ſua multis vitijs & peccatis tenetur. ergo tales petras non intelligit Chriſtus non ſuperandas: ſed petra iſta, de qua loquitur, vel Chriſtus ipſe, vel fides erga eum eſt. At quamuis multi peccatores in Eccleſia ſint, ob eam rem inferorum viribus non vincitur. Nam multi ſemper reliqui fiunt viri præſtantiſsimi, magna & eximia virtute prædi ti, qui acerrimè pro Eccleſia pugnant, quos vniuerſa inferorum vis ſuperare non poteſt. Nam ſemper Eccleſia eſt populus fortis, ciuitas gentium robuſtarum, vt Eſaias teſtatur. Quæuis enim Reſpub. licet viros multos imbecilles habeat: ſi eis tamen non careat, qui eam ab omni hoſtium obſidione, impetu, & furore defendant, ita vt nunquam in deditionem redigatur; illorum hominum imbecillitas non impedit, quò minùs Reſpub. fortiſsima nominetur.

Non detrahitur paſtoris munus, quòd à charitate deſciſcat.

Paſtor ſine charitate, ſua munia præſtare poteſt.

Regē appellat Homerus paſtorem populorum.

Ex illis verbis, paſce oues meas, neceſſe eſt cōcedi plures eſſe vicarios Petri.

Matt. 16.

Matthæi locus accuratè exponitur.

Eccleſia non vincitur, licet plures in ea peccatores ſint.

Maxi-

Maximum autem Pontificem priuatis flagitijs nonnunquam contaminari fateor. Nego tamen, atque defendo, in adminiſtranda Eccleſia ita erraſſe vnquam, vt eius ſtatum cõuellat. Quod fieret, ſi aliquid Eccleſię ſanctę credendũ proponeret, quod eſſet cõtra fidem, religionemq; noſtrã. In quare, ſi aliquod Pontificis Maximi peccatũ proferret Luterus, tũc de nobis fortè triũpharet. Nos autẽ exemplum præclariſsimũ, & illuſtriſsimũ adhibemus, ex quo intelligatur, quãta vis, quantaq; opinionũ cõmutatio in hoc gerẽdo magiſtratu ſit, quantũ Deus faueat, & adeſſe ſoleat ijs, qui illum ingrediuntur. Nã Vigilius, quantum in ſe fuit, contendit, vt Liberium Põtificem Maximum abire magiſtratu cogeret: cui ea conditione, atq; lege Auguſta auxilium tulit: vt Artemium in Eccleſiam Conſtantinopolitanã, qua eũ propter ſua flagitia, atq; peccata Liberius expulerat, reſtitueret; ſeq; magiſtratu Liberius, Auguſta, Vigilioque cogente, abdicauit, in eumq; Vigilius venit: omnia tamẽ potiùs perpeti, & acerbiſsimè, magnaq; ignominia mori maluit, quã acceptã conditionẽ ſeruare, Artemiumq; reſtituere. Quo exemplo valde ſententiã noſtrã probari exiſtimo. Nãquod iniquus Pontifex, quod ad ſe attinet, ſit, nihil impedit, quò minùs Deus per eum vim ſuam exprom at, ita vt frugi Eccleſiæ ſuę ſit. Nã miracula edi, futura prędici à Deo p iniquos homines, experti ſæpe ſumus; Chriſtuſq; apud Matthæum teſtatur, multos homines condemnandos, ei, in extremo iudicio, dicturos: Nõne in nomine tuo prophetauimus, virtutes multas fecimus? Balam etiam & Caiphas vaticinati ſunt; licet homines iniqui fuerint. Quod verò Marcellinus fidẽ negauerit, nihil ſententiæ noſtrę repugnat. Ex eo enim tantùm cõcluditur, Põtificem Maximum poſſe peccare. quod nos minimè negamus. Nam Petrus etiã timore perculſus, Chriſtum negauit, ea tamen de cauſa irritum, & infectũ nõ fuit, quod Chriſtus loco citato Petro promiſit, ſuper ipſum ſuã Eccleſiam ædificaturum, quam inferorum vniuerſa vis non poſſet expugnare. Sed multis alijs modis hunc locum, tanquã firmiſsimũ cauſæ noſtrę præſidiũ, aduerſarij eleuare conãtur. Nã dicunt, illud Eccleſiæ ædificiũ de quo Chriſtus loquitur: non ad Petrũ tantũ, ſed ad reliquos etiã Apoſtolos referri. Vos eſtis ciues ſanctorũ & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentũ Apoſtolorũ & prophetarũ: vt Paulus teſtatur. Quod autẽ Chriſti ſermo ad omnes referatur Apoſtolos, probant ex eo, quod Chriſtus omnes rogauit dicẽs: vos aũt, quẽ me eſſe dicitis? Petrus ergo verbis omniũ reſpõdiſſe videtur: ac proinde omnibus Chriſtus eſt in eandẽ ſententiã locutus. Sed vt locum attentè cõſidere mus, eũ altiùs repetamus, vt ex eo cõiecturã faciamus: vtrũ ad omnes Apoſtolos poſsit referri. Beatus ait, es Simõ Bariona; quia caro & ſanguis nõ reuelauit tibi, ſed pater meus, qui in cœlis eſt, & ego dico tibi: quia tu es Petrus, & ſuper hanc petram, ædificabo Eccleſiam meam: & tibi dabo claues regni cœlorũ; & quodcunq; ſolueris ſuper terrã, erit ſolutũ & in cœlis, &c. Num ſi cum duodecim loqueretur, Simõ tantũ, eumq; filium Bariona appellaret. Quis nam præter Petrum Simon Bariona nominabatur? Deinde dicit, dico tibi. Si cũ omnibus loqueretur, non tibi, ſed vobis diceret. Si-

Pontifex maximus nũquã ita errauit, vt ſtatum Eccleſiæ conuelleret.

Exemplo Vigilij docetur quanta vis ſit in Pontificis Maximi munere.

Poteſt Deus per iniquos homines vim ſuã exprimere.
Matt. 24.

Quemodo aduerſarij explicent illud, ſuper hãc petram ædificabo, &c.

Illud, tu es Petrus & ſuper hanc petram &c. nõ refertur ad omnes Apoſtolos.

cut quando Petrus omnium verbis locutus eſt; Ecce nos reliquimus omnia, &c. Chriſtus, quia ad omnes reſpondit, vos dixit, qui reliquiſtis: non tu, qui reliquiſti, &c. Deinde ſuperiori loco ex Petri nomine beneficium ei præſtandum expreſsit. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Quare modis omnibus Chriſtus contendiſſe videtur, verba ſua ad Petrum tantum referre. Sed vrgent adhuc aduerſarij hoc loco munitiſsimo nos euertere conantes. Auguſtinus (dicunt) ait Petrum Eccleſię ſuſtinuiſſe figuram cũ claues ei collatæ ſunt. Ergo non Petrus, ſed Eccleſia per Petrum claues accepit. Sed fatemur nos Petrum Eccleſiæ figuram fuiſſe, quæ petra firmiſsima eſt: ſed ita figura fuit, vt in ipſum verè cadant, quæ attribuuntur ei. Sicut Dauidis regnum, regni Chriſti figura fuit: ita tamen vt verè regnaret Dauid. Salomonis ſapientia figura fuit Chriſti ſapientiæ: ita vt verè ſapiens Salomon etiam fuerit. Iudas item, auctore Auguſtino, perſonã ſuſtinebat inimicorum Chriſti: ſic tamen vt verè fuerit ipſe inimicus. Nã eiuſmodi figuræ non ſunt de earum figurarum numero, quę fuerint, necne, nihil ad rei veritatem attinet. Vt illa de decem virginibus, de patrefamiliâs, qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Sed illarum, quæ figuræ dicuntur, quòd multò perfectiùs, quod ad eas pertinet, in rem quam repreſentant, conueniant. Vt regnũ Chriſti perfectiùs fuit, quam regnũ Dauidis, quod non ad aliquod tempus: ſed perpetuum fuerit, ſecundum illud quod angelus Marię dixit: Et dabit illi Dominus ſedem Dauid patris eius, & regnabit in domo Iacob in æternum. Sacerdotiũ Aaronis, figura fuit ſacerdotij Chriſti: illud tamen mortale, atque caducum: Chriſti verò perpetuum: ſecundum illud: Tu es ſacerdos in ęternũ, ſecundum ordinem Melchiſedech. Ita Petri poteſtas figura fuit Eccleſiæ poteſtatis, quòd illa peritura, hæc verò perpetua futura ſit. Sed quoniam Auguſtinum pro ſe citare audẽt, ego quid Auguſtinus de hac re varijs in locis loquatur, proferam. Libro 4. de agone Chriſtiano c. 30. ait. Non ſine cauſa inter omnes Apoſtolos huius Eccleſię catholicę perſonam ſuſtinet Petrus: huic enim Eccleſię, claues regni cœlorum datæ ſunt, cùm Petro datæ ſunt. Ecce claues Petro datas eſſe dicit. Et Epiſtola centeſima ſexageſima quinta, numerat omnes ſucceſſores Petri vſque ad Anaſtaſium, qui ſuo tempore Pontifex erat: ad quos pertinere docet, quod Petro totius Eccleſiæ figuram gerenti dictum eſt. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Et ſuper Pſalmum 108. Sicut quædam (ait) dicuntur, quæ ad Apoſtolum Petrum propriè pertinere videantur: nec tamen habent illuſtrem intellectum, niſi cùm referuntur ad Eccleſiã, cuius ille agnoſcitur in figura geſtaſſe perſonam, propter primatum quem in diſcipulis habuit: ſicuti eſt. Tibi dabo claues regni cœlorum. Ecce apertè dicit ad Apoſtolum Petrũ propriè pertinere illud. Tibi dabo claues regni cœlorum. Quòd verò Luterus eam petram, de qua Chriſtus locutus eſt, Chriſtum, aut fidem in ipſum exponit, fateor, ne nimis cõtentioſè agere videamur: hanc expoſitionem, qua ex parte Chriſtum hanc petram eſſe dicit, placere Auguſtino ſermone decimo

Petrus Eccleſiæ figuram fuiſſe.

Figurarum duplex differentia.

Quo pacto Petrus Eccleſiæ fuit figura.

Luc. 1.

Auguſtinus quomodo de Petri poteſtate loquatur.

Auguſtinus quomodo explicet illud, ſuper hanc petram. &c.

cimotertio: sed multò aptiùs eã, quã nos posuimus, in hunc locum quadrare: ita vt vix huic spacium relinquat; ex eo intelligi licet, quod illa promissio, prẽmium illius Petri confessionis fuit, qua illum filium Dei viui testatus est: id quod ipse verborum contextus declarat. Nam illa præclara cõfessione habita, illum statim Christus laudauit, dicens. Beatus es Simon Bariona quia caro, & sanguis non reuelauit tibi, &c. Deinde laudatæ virtutis præmium posuit, vt ipsa id dicendi forma manifestat. Nam dicit. Et ego dico tibi, quia tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiã meam. Quod si suæ illud præmiũ cõfessionis est illa, de qua loquitur, Ecclesiæ suæ ædificatio, nõ super ipsum Christum, nam id Petri præmium nõ esset: sed super ipsum Petrum futurã intelligit. Hęc etiam nostra explicatio aptiùs congruit cum eo, quod sequitur. Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris super terram, &c. Quo loco satis muniti consistemus, si nos aduersarij, Augustini auctoritate vrgentes, loco superiori pellant. Non enim aliter intelligi potest, Petrum claues habere regni cœlorum, quàm totius militantis Ecclesię principatum gerendo: quæ quidem pro virili parte ad cœlum aspirat, ad quod, nisi Petro duce peruenire non potest. Iam verò quid attinebat Simonis nomen mutare, vt Euangelistæ narrant, ita vt non Simon, sed Petrus appellaretur, nisi vt petræ nomen referret: vt agnominatione vtẽs quod vellet declararet. Quare nõ dubito, quin à nobis tradita, germana huius loci expositio sit. Sed missa iam huius loci munitissimi, & superioris propugnatione, signa Luterus conferre cupit, ac de re tota nobiscum certare. Probare contẽdit, nullo modo fieri posse, Petrum Apostolorum fuisse principem. Quoniam Actorum octauo ab Apostolis vna cum Iohãne missus fuisse narratur. Si autem esset princeps (ait ille) non missus, sed sua volũtate profectus fuisse diceretur. Sed eodem argumẽto Luterus probaret, vt Arrius, filium Deum, minorem esse Deo Patre: ac Spiritum sanctum filio fuisse minorem. Quoniam frequẽter Christus à patre missus fuisse testatur, & à se Spiritum sanctum mittendum promittit. Sed inane & valde puerile argumentum est. Siquidẽ non semper mittitur subditus, & inferior: sed nonnunquam de publico & communi consilio, principi, & excellenti viro negotium procurãdum mandatur, quòd tanta auctoritate egeat: ac tum mitti ad illud tractandum dicitur, si aliquo iturus est: vt Iosue vigesimo secũdo dicitur, missum fuisse Eleazarum sacerdotem, & decẽ principes cum eo, singulos, de singulis tribubus, vt exposturarent cum tribu Ruben, & Gad, & dimidia tribu Manasses, de altari illo, quod secundũ Iordanem ædificasse videbatur. Non solùm igitur inferiores, sed etiã principes in sacra scriptura mitti traduntur: prẽsertim quòd eam Christus rationem imperij constituerat, qua minimè principes, vel seruorum muneribus fungi dedignarentur. Eos enim Christus in vltima cœna morti vicinus, ita instituit. Scitis, quia principes gentium dominantur, & qui maiores sunt potestatem exercent inter eos: non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister: & qui voluerit inter vos primus esse: sit vester seruus, sicut filius

Illud, super hanc petram &c. non dici de Christo, sed de Petro.

Non semper mittitur subditus & inferior, sed nonnunquã princeps.

Iosue 22.

Christus quot principes instituerit.

Matt. 20.

lius hominis non venit miniſtrari,ſed miniſtrare. Quare cum ita Petrus fuerit à Chriſto inſtitutus, mirari nō debet Luterus,ſi cum eſſet princeps, miniſtri munere fungeretur. Et ob eam rem fortaſſe ab Apoſtolis miſſus fuiſſe dicitur;quòd habito de hac re, ſenatu,de omnium ſententia huic negotio Petrus præfectus eſt:nō vt ſubditus, & inferior, vt diximus, ſed vt princeps, cuius præſentia res multò meliùs adminiſtraretur;vt Samaritanos à Philippo iam excitatos, pro ſua ſumma vi in miraculis edendis ſtimularet, & ad Chriſtianam religionem toto pectore ſuſcipiendam impelleret. Sed dicunt aduerſarij, quî fieri poteſt, vt princeps Petrus eſſet Apoſtolorum, cui ſe in faciem reſtitiſſe Paulus teſtatur! Quaſi verò eos Chriſtus principes, & præſides informaſſet,qui blandientes,& morem gerentes ſubditos amarent; recta verò monentes, & increpantes, nonnunquam & à peccatis auocantes, negligerent. Sed talis eſt Mundi ac Carnis inſtitutio. Pietas verò ac religio noſtra tales imbuit,atque inſtruit,qualis erat Regius ille vates,qui dixit; Corripiet me iuſtus,& increpabit me; oleū autem peccatoris non impinguet caput meum. Petrum verò Apoſtolorum fuiſſe principem,præter illa duo à me citata loca,quę id apertè cōuincunt, infinita & in Euangelio, & in Actis notari poſſunt. Nam cùm Petrus non fuerit à Chriſto cęterorum Apoſtolorū primus vocatus, in Apoſtolis recenſendis, ſemper primo loco ipſe ponitur. Ei etiam claues regni cœlorum dediſſe Chriſtum Matth. loco citato narrat:cęteris autem vim remittendi, & retinendi peccata, vt Ioannes dicit. Dubium autem nō eſt quin verbis ſuperioribus illuſtrior quædam poteſtas ſignificetur. Facta etiam inter diſcipulos controuerſia, quis eorū maior eſſet futurus: poſtquam Chriſtus leni quadam oratione principem chriſtianum informaſſet:Petrum tantùm appellans ait. Simō, ecce Satanas expetiuit vos, vt cribraret ſicut triticum: ego autem rogaui pro te, vt non deficiat fides tua: & tu aliquando conuerſus, confirma fratres tuos. Cur Petrum ſolum appellauit: niſi vt de principe ſermo ad illum imprimis pertinere ſignificaret? Cur Petro tantùm cōfirmandorū fratrū partes impoſuit: niſi quod reliquorum diſcipulorum, & Apoſtolorum Petrum quaſi patrem conſtitueret? Chriſto etiā à mortuis excitato, Angeli mulieribus hanc rem Petro nominatim nunciare iuſſerunt dicentes. Dicite diſcipulis eius, & Petro. Sed dicunt aduerſarij, nunquam fuiſſe Petrum principis munere functum. At eo functus quidem fuit, cū diſcipuli Hieroſolymis frequētes Spiritum ſanctum expectarent, oratiōnē habuit ad eos Petrus de alio Apoſtolo in locum Iudę ſufficiendo. Ad populum etiam diſcipulos ebrietatis arguentem, ipſe ſolus orationem habuit. Hieroſolymis etiā concilio coacto,vt deliberaretur, an iam lex Moyſis antiquata eſſet; quamuis adeſſet Iacobus Hieroſolymitanus Epiſcopus, ipſe nomine totius concilij de hac re conſultum fecit. Ex quibus rebus facilè intelligitur, & Petrū fuiſſe Apoſtolorum principem à Deo conſtitutum,idque muneris ſępè fuiſſe executum. Argumentatur prętereа Luterus,quòd contra religionem, & pietatem chriſtianā eſſe videatur, quod cùm Chriſtus,ſcriptura ſępè teſtante,

&

Gal.2.

Quos religio principes poſtulet.

Pſal.140.

Petrum apoſtolorum fuiſſe principem.

Petrus in apoſtolis recēſendis ſemper primo loco ponitur.

Petro claues ſunt regni cœlorum datæ.

Ioan.20.

Petrus quā defuerit principis munere functus.

& Ecclesiæ caput, & petra sit, hæres in alium hominem conferre. Sed nó eadem ratione qua Christus, Petrus caput, & petra est. Nam Christus per se, viq́ue sua caput & petra est: caput, quòd vitam membris cæteris, sensumque præbeat. Petra, quòd ex eo perennis ille fons manet aquæ viuæ, quæ vniuersam, vt ait Zacharias, & Ezechiel, rigat Ecclesiam. Petrum verò & eius successores ob eam rem capita, & petras esse dicimus, quòd huius vitæ, & aquę viuę sint principes dispensatores. Eis enim Christus peregrè profectus, claues credidit regni cœlorum. Itaque sunt illi quidem nó domini: sed alieni iuris, & dominationis vicarij. Nam Christum Ecclesiæ semper interesse, par non fuit: eaque de causa, suppositæ est in Ecclesia administranda, maximorum Pontificũ fides Christi Iesu operæ vicaria. Ita fit vt quę in Christum cadũt, eis aliquo modo conueniant: vt sint cum alijs hominibus comparati caput; quòd in maiore, quàm alij, dignitatis gradu collocati sint, eisque omnes obtemperare debeant: sint petra, quòd ex eis, cùm à Christo discedimus, vniuersa Ecclesia pendeat. Sicut autem vicarius nihil de principis dignitate detrahit: nec dispensator, aut œconomus de iure dominationeque domini: ita neque caput, & petra vicaria de vero illo, & perpetuo capite, sempiternaq́; petra. Hac de causa, Christus pro se tantùm, & pro Petro didrachma publicanis solui iussit: quo significasse videtur, caput, & principem secundũ se futurum. Instat prętera Luterus, quòd in distinctione 21. c. in nouo. docetur, Episcopos omnes, successores Apostolorũ esse, & (colligit ille) omnes Apostoli non minorem quàm Petrus potestatem habuerunt: pares ergo sunt Pontifici Maximo reliqui omnes Episcopi. Ex quo fit, vt non sit ille caput ac princeps. At ex decreto, quod nobis Luterus obijcit, apertè cognoscet, si perfidus nó sit, Petrum Apostolorum fuisse principẽ: quod illo loco planè ab Anacleto traditur atque decernitur: ac proinde eisdem nos vestigijs, quibus ille cõcludemus. Pontifex Maximus ex illo decreto Petro succedit, reliqui vero Episcopi cæteris Apostolis: ergo sicut Petrus cæterorum Apostolorum princeps fuit, ita & Pontifex Maximus erit reliquorum Episcoporum princeps. Quare concedimus Episcopos Apostolorũ partes suscipere. Pontificem verò Maximum Petri partes: sed alia ratione. Nam Episcopi succedunt in eandem dignitatem, & officium: sed non in eandem specialem Ecclesiam. Nullus enim est modò Episcopus Hierosolymitanus, nullus Indus, quas Ecclesias Apostoli administrarunt. Neque vllus Apostolus fuit Episcopus Toletanus, aut Salmanticensis. Ex quo fit, vt necesse non sit, Episcopos pares numero Apostolis esse. At Pontifex Maximus non solùm in eandem Petri dignitatem suffectus est, sed in eandem etiam Ecclesiam: quòd sicut Petrus vicarium totius Ecclesiæ caput fuit: ita & Pontifex Maximus. Ex quo fit, vt vnum tantùm Pontificem Maximum esse semper oporteat. Quod autẽ Luterus colligit, Episcopos parem Pontifici Maximo potestatem habere, sicut Apostoli Petro parem habuerũt. Non rectè concluditur. Nam licet Petrus fuerit Apostolorum princeps effectus: illorum tamen potestatem à Christo prorogatam existimo. Ita vt non minor eis quàm Petro fuisset, neque

Non eadẽ ratione qua Christus, Petrus caput, & petra est.

Zach. 13. Ezec. 46.

Apostoli, & Petri vicarij, sunt non dñi, sed alieni iuris vicarij.

Apostolis ali quomodo conueniunt, quæ in Christum cadunt.

Episcopos. apostolorum partes suscipere: pontificẽ vero maximum Petri partes: alia tamen ratione.

Episcopos necesse non esse pares numero apostolis esse.

Pontifex Maximus non solum in eandẽ Petri dignitatem suffectus est, sed etiam in eandem Ecclesiã.

Non minor quam Petro apostolis potestas fuit.

que ex Petri penderet arbitrio. Quare neque Petrus illam aſtringere, neque adimere potuiſſet. Quod propter magnam Apoſtolorum dignitatem à Chriſto fieri conſentaneũ erat: tum quòd erant in varias, & longo interuallo diſtantes prouincias ſeparandi. Eius rei coniecturam facio ex eo, quod Matthæus in cœlum iam iã diſceſſurum, vndecim tantùm Chriſtũ dixiſſe narrat: Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo, & in terra, euntes ergo docete omnes gentes: quo plenam eis omnibus ab eo poteſtatẽ dari, ſignificari mihi videtur. Tanta tamen Epiſcopis Apoſtolorum ſucceſſoribus non datur poteſtas. Nam toti ex arbitrio Pontificis Maximi pẽdent: ita vt penes eum ſit, vel eorum aſtringere, vel prorogare poteſtatẽ. Quare non ſequitur, tanta eſſe Epiſcopos poteſtate, quanta Pontificem Maximum, quòd tanta fuerunt Apoſtoli, quanta Petrus. Nam apoſtolis à Chriſto non per Petrum, ſed per ipſummet Chriſtum poteſtas tributa eſt. Idcirco Petrus quod non dederat, adimere non potuiſſet. Epiſcopis verò datur à Chriſto non per ſe, ſed per Pontificem Maximum. Quare poteſtas illius eſt, vt poſsit impedire, quò minùs ad eos tanta poteſtas deriuetur. Clamat præterea Luterus, à ſe Cyprianum, Hieronymum, Auguſtinum, & Gregorium ſtare. Cypriani locum non citat. Dubium tamen nõ eſt quin mentiatur. Nam Cyprianus palàm ſententiam noſtram teſtatur primo libro epiſtolarum ſcribens ad Cornelium Papam. Nec enim aliunde, ait, hæreſes obortæ ſunt, aut nata ſunt ſchiſmata, quàm inde, quòd ſacerdoti Dei non obtemperatur. Nec vnus in Eccleſia ad tempus ſacerdos, & ad tempus iudex vice Chriſti cogitatur. Hieronymum citat Epiſtola ad Euagrium, vbi ſacerdotes laudibus illuſtrans, eos cum Epiſcopis ęquare videatur. Id tamen ſolùm Hieronymus ſignificat, rem eſſe tantam, poſſe vinum, & panem in Chriſti corpus, & ſanguinem conuertere, vt quicquid tantę poteſtati addatur, parùm ſit. Cęterùm epiſtolam ad Galatas ca. 2. declarãs, Petrum Apoſtolorum principem appellat: & libro primo in Iouenianum ſibi opponentem, in Petro fundatam, & conſtitutam Eccleſiam fuiſſe: Reſpondit, licet id ipſum alio loco ſuper omnes Apoſtolos fiat: tamen inter duodecim vnus eligitur, vt capite conſtituto, ſchiſmatis quoque tollatur occaſio. Idem docet in epiſtola ad Damaſum Papam: & in epiſtola, quam Luterus citat. extremis literis, honorum Eccleſię gradus, in diaconos, presbiteros, & Epiſcopos diſtinguit. Gregorium autem primum, ob eam rem ſecum facere Lutherus exiſtimat, quòd libro 4. Regiſtri, epiſtola 32. ſcribit hoc modo. Cura totius Eccleſiæ principatus Petro cõmittitur, & tamen vniuerſalis Apoſtolus non vocatur. Sed ridiculus homo iſte, vel bellua eſt: Si cura totius Eccleſiæ committitur ei ex Gregorij ſententia: Ergo ex eiuſdem ſententia Eccleſię caput, & princeps eſt. Quod autem dicit Gregorius, vniuerſalem non appellãdum, eò dicit, ne quiſpiã exiſtimet, eum ſolum totius Eccleſię Epiſcopum eſſe; ita vt nulli præter eum ſint Epiſcopi. Vel ob eam rem dicit, vt doceat, viros magnos, magnificas, & præclaras appellationes non multũ curare debere. Sicut ipſe Gregorius, qui cùm omnium eſſet chriſtianorum princeps, ſe tamẽ ſeruum ſeruo-

Matth. 28.

Non tanta Epiſcopis, quãta Apoſtolis datur poteſtas.

Petrus nõ poterat Apoſtolis poteſtatem adimere.

Cyprianus.

Hieronymi locus declaratur.

Gregorij locus explicatur.

Viros magnos non multùm curare debere magnificas appellationes.

seruorum Dei appellabat. Cæterùm homilia. 21. ipse ait. Qua in re considerandum nobis est, cur omnipotens Deus, eum, quem cũctæ Ecclesiæ præficere dispoſuerat, ancillæ vocẽ pertimescere, & seipsum negare permisit: quod nimirùm magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor Ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset. Exquibus verbis facilè intelligitur Petrum, Gregorio auctore, fuisse totius Ecclesiæ caput. Sententiam Augustini etiam esse iactat, illud, Pasce oues meas, non ad vnum generalem pastorẽm pertinere, sed etiam ad omnes speciales pastores. Locum tamen Augustini non citat: quare de suo addi certum est. *Augustinus.* Nam Augustinus vbique Petrum totius Ecclesiæ caput appellat, vt videre est Sermone. 124. de tẽpore, & in Psalmo contra partem Donati. *Ad Petrum tantũ & eius successores pertinẽt illa verba, pasce oues meas.* Quòd autem illa verba, Pasce oues meas; ad Petrum tantùm pertineant, eiusque successores, ipsa id historia declarat. Nã è Petro solùm ter, vtrùm illum amaret, quæsiuit: Petro tantùm semel, & iterum dixit: pasce agnos meos, & tertio: Pasce oues meas. Quî ergo illa verba ad cæteros Apostolos potiùs, quã ad singulos vulgo homines pertinebunt, si non magis cum illis, quàm cũ alijs longè distantibus hominibus loquebatur? At dicet fortasse Luterus, Cum solo etiam Petro loquebatur, cum diceret: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque ligaueris u per terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque solueris super terrã, erit solutum, & in cœlis: Tamen ad alios Episcopos, & sacerdotes etiam id attinere arbitramur. Sed fatemur nos, ligare, & absoluere, aliorum, præter Petrum, esse munus: id tamen non intelligimus ex illis verbis, Petro solummodò dictis, sed ex illis: Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorũ retinueritis, retẽta sunt: quæ alijs etiã Apostolis dicebantur. Sed quoniam Luterus nos ad alios testes, præter Sacrosanctos, allegauit: quos nõ solùm ab eo non stare, sed etiam ei demonstrauimus repugnare, nõ grauabitur, puto, eosdem audire: nec legẽ in principio disputationis positam nos violare iactabit: Præsertim quòd nõ vnũ, aut alterum auctorem citauimus, sed omnes auctores, qui integerrimi, & incorruptissimi in Ecclesia habentur; testes huius nostræ sententiæ classicos edant: ex quorum omnium dictis, non leue, & probabile tãtùm, sed firmissimum argumentum elicitur. Ita Concilio Tridentino decernente Sessione tertia, ad coercenda petulantia ingenia, ne quisquam audeat contra vnanimem consensum Patrum, quidquam docere. Omnium autem piorum patrum, hanc nostram sententiam esse, vt intelligant aduersarij; quoniam nimis longum esset eorum hic sententias scribere, illorum modò loca notabo, ex quibus facilè, qui legere voluerint, intelligent hanc, quam hactenus explicuimus, illorũ etiam esse doctrinam. Augustinum, præter illa eius loca quæ dudum retuli, videant tractatu. 56. In Ioannem: libro etiam. 2. contra Donatistas. Hieronymum in Epistola ad Damasum Papam; qua mirabiliter huic sanctæ se ditioni subijcit, eiusque vehementer amare dicit animaduersionem: & in eandem sententiam, quam nos, locum illum interpretatur. Tu es Petrus, & super hanc petram, &c. Videant

Aliorum præter Petrum esse munus ligare & absoluere Ioan. 20.

Omnes classici auctores subscribunt sententiæ nostræ de potestate Põtificis Maximi.

Concilium Tridentinum.

Augustinus.

Hieronymus.

Ambroſius. deant etiam Ambroſium in ſermone de pœnitentia, & fide ad Petrum.
Gregorius. Gregoriũ homilia. 21. Bedam in multis homilijs. Lactantium Firmianum
Beda. Lactantius. Tertullianus. lib. 6. inſtitutionem diuinarum. Tertullianum lib. 9. de præſcriptionibus hæreticorum, qui dicit Petrum ædificandæ Eccleſiæ petram dictum.
Bernardus. Bernardum lib. 2. de cõſideratione cum Eugenio Pontifice loquentẽ. videant etiam iuris ciuilis titulum de ſumma Trinitate, & fide catholica. hi omnes teſtes locupletiſsimi apud Latinos habentur. In eandem ſententiam Græci auctores diſcedũt, Chriſoſtomus,
Chriſoſtomus explicans illud Matth. Quodcunque ligaueris ſuper terrã, &c. & illud Pſalmi. Si iniquitates obſeruaueris Domine. Athanaſius ad Marcum Pontificẽ.
Athanaſius. Dionyſius
Dionyſius c. 3. de diuinis nominibus.
Origenes. Origenes in principio Ioannis.
Baſilius. Baſilius lib. 2. in Eunomium.
Theophilactus. Theophilactus exponens illud. Tu es Petrus, & ſuper hanc petram, &c. Cirillus lib. 1.
Cirilus. Euſebius thesaurorũ. Euſebius Cæſarienſis lib. 2. de hiſtoria Eccleſiaſtica c. 14. Tantorum ergo virorum vna eadem ſententia, magnam fidem facere debet ei, qui non perfidus eſſe voluerit. Audent tamen aduerſarij abſterſo pudore, iactare, nunquam Eccleſiam Græcam, tam ſanctis hominibus abũdantem, ſe Romanæ Eccleſiæ ſubieciſſe:
Eccleſia Græcia, Africa & Aſia, Romano ſe Pontifici ſubiecerunt. Nec Pontificem Romanum Aſiæ, & Africæ Eccleſijs præfuiſſe vnquã. Expoſuimus iam, quot, & quantis Græcis teſtibus iſtorum hominum impuriſsimum mendacium conuincatur. Præterea extant multæ ſancti Gregorij ad Græciæ Epiſcopos epiſtolæ. Ex quibus apertè intelligitur, quàm ſollicitus ille, de illa eſſet Eccleſia. Extãt etiam hiſtoriæ, quæ narrant, Chryſoſtomum, Maximum, Flauianum, & Ignatium, ſuis magiſtratibus ab hæreticis pulſos, per Pontificem Romanũ eſſe reſtitutos. Aſianã Eccleſiã idem etiam ſenſiſſe, declarat Baſilius Epiſcopus Aſianus, loco citato, & in epiſtola. 52. Extat etiã Concilium Aſianum, Concilij Calcedonenſis Calcedonenſe ſcilicet; quod, actione præſertim ſecunda, honeſtatis, & amplitudinis cauſa ſæpe Romanum Pontificem appellat; ac Dominum eum noſtrum dicit; Petrumque per eum fuiſſe locutum, principemq; eſſe, ac paſtorem, & doctorem Eccleſiæ. Africana autem Eccleſia redarguat horũ hominum mendacium, per Auguſtinum, Epiſcopum Africanum, locis iam citatis: per Athanaſium etiam Epiſcopum Alexandrinum loco iam citato: Tum quòd magnam ei opem tulerit contra aduerſarios ſuos Pontifex Romanus. Hieronymus etiã Africanæ Eccleſiæ filius, tantam iniuriam ab hominibus iſtis illatam Eccleſiæ ſuæ propulſabit. Concilium etiam Concilij Mileuitani Mileuitanum iſtos mendacij arguet, auctoritate Innocentij primi coactũ, & confirmatum; cui interfuit Anſelmus eius legatus. Extat etiam Concilium Carthaginenſe. 6. cui adfuerunt Romani Pontificis legati, Fauſtinus Epiſcopus, Philippus, & Aſellus preſbyteri. Quibus hiſtorijs, non ſolùm aduerſariorum argumentum explicuimus; ſed etiam apertè demonſtrauimus, quanta illorum temeritas, & inſania ſit, qui eam obedientiam abijcere audeant, quam vniuerſa Eccleſia profeſſa eſt. Accedit ad hoc, quod ego magni momenti iudico, Eccleſiæ iam inde à Chriſti temporibus perpetua cõſuetudo. Nam in manibus habentur hiſtoriæ, quibus Petri, vſque ad noſtra tempora, perpetua ſucceſſio narratur. Omnia etiam vera concilia,
Concilij Carthaginenſis
Petri perpetua fuit in Eccleſia ſucceſſio.

Omnia vera cõcilia Maximi Pontificis fuerũt auctoritate coacta.

cilia, quæ de fide, atque religione egerunt, Summi sunt Pontificis auctoritate coacta: Nec ab Ecclesia perfectè rata habebantur, antequàm à Pontifice Maximo comprobarentur. Concilio Niceno, Osius Cordubensis Episcopus legatus Iulij Pontificis Maximi, præfuit. In concilio Chalcędonensi; Leonis primi legati fuerunt, Paschasinus Lilibetanus Episcopus, & Innocentius Episcopus Esculanus, & Bonifacius presbiter Romanus. Concilium Mileuitanum comprobauit Innocentius Papa, Patribus id omnibus concilij petentibus, vt Augustinus epistola 90. & 91. scribit. Concilium Thelense comprobari postulauit à Sericio Papa. Concilia Africana, partim Zozimi, partim Bonifacij sunt auctoritate roborata. Conciliũ Bracharense, vt ex eodem concilio constat, de auctoritate fuit Pontificis Romani conuocatum. Iam verò si non esset quispiam totius Ecclesiæ iudex, amplissima auctoritate præditus, qui contractas in ea lites componeret: quis nam litium esset finis: præsertim cum non ita facilè concilium semper cogi possit? Hunc etiam Ecclesia iam inde à superioribus seculis morem tenuit, vt nata dubitatione, aut controuersia aliqua, Pontificem Maximum consuleret: cuius interposito iudicio, tanquam accepto diuinitùs oraculo, mox dissensio, & omne dissidium tollebatur. Cuius rei, testimonium impertiunt Decretales, quæ vocantur epistolæ. Sed duobus adhuc argumentis Luterus, & Ioannis VVicleph nobis infesti sunt. Luterus, eius, quam tradimus doctrinę, consequens esse ducit, eos, qui apud extremas terræ Insulas vitam degũt, qui Pontificem Maximum esse ignorant, Dei gratiam sibi conciliare, & æternam felicitatem consequi non posse. Sed non necesse est christianos singulos ea omnia, quæ fidei, & religionis nostræ sunt tenere. Non enim oportet sancta omnes theologia esse imbutos: illud tantum vehementer opus est christianis omnibus, mimmè ea si exponantur, proteruè negare. Ioannes verò VVicleph ait: cùm omnis potestas sit à Deo: verisimile non esse inquit hominibus, quales Papæ nonnunquam sunt, permitti. Sed stultissimus homo, suo se ipse argumento implicat. Nam si omnis potestas à Deo est, cùm multi perfidi, & profligatissimi homines, quales Mauretani, & idololatræ sunt, amplissimam habeant potestatem: verisimile igitur est iniquis Deum hominibus nonnunquam potestatem tribuere. Denique vt manum summam huic disputationi, quasi colophonem addentes, imponamus: multis concilijs doctrina hęc, pro certissima, ac religiosissima traditur. Quid Chalcedonense concilium de Romano Pontifice senserit, exposui iam. Concilium item Constantiense damnans. 45. articulos Ioannis VVicleph, trigesimus sextus est, Ecclesiam Romanam esse synagogam Satanę: neq; Summũ Pontificem esse proximum vicariũ Christi. Sessione 15. eiusdem concilij quadãnantur proposita Ioannes Hus, septimũ est: Petrus non est, neq; fuit caput Ecclesiæ sanctæ catholicæ. In sessione octaua eiusdẽ cõcilij dãnantur propositiones Ioãnis VVicleph, quarum 40. est, non est de necessitate salutis, credere, Romanam Ecclesiã esse supremam inter Ecclesias. Item cõcilium Florentinum, Eugenio Pontifice habitũ, ita decernit: Definimus

Pontificem Maximum esse necessarium ad lites Ecclesiæ componendas.

Non esse necesse Christianos singulos omnia quæ religionis sunt tenere.

Iniquis hominibus Deum potestatem nonnunquam tribuere.

Concilium Cõstantiense.

Concilium Cõstantiense.

Concilium Florentinum.

ſanctam Apoſtolicam ſedem,& Romanum Pontificem in vniuerſum orbem tenere primatũ:& ipſum Romanum Pontificem ſucceſſorẽ eſſe beati Petri,principis Apoſtolorum, & verum Chriſti vicarium,& totius Eccleſię caput, & omnium chriſtianorum patrem, ac doctorem exiſtere, & ipſi in beato Petro paſcẽdi, & gubernãdi vniuerſalem Eccleſiam à Domino noſtro Ieſu Chriſto plenam poteſtatem traditam eſſe:quemadmodũ etiã geſtis œcunomicorum cõciliorum, & in ſacris canonibus continetur. Teſtatum igitur,& exploratum ſit, Petrũ fuiſſe totius Eccleſiæ caput,principẽque Apoſtolorum, in eundemq; locum reliquos omnes, qui conſecuti ſunt Pontifices Maximi,ſucceſsiſſe.

CAP. 6. *Eccleſiam eſſe viſibilem.*

DIſſeruimus de Eccleſiæ partibus, eãq; ex bonis, & iniquis hominibus cõſtare,demõſtrauimus:caput autem eius, partemq; principẽ eſſe Pontificem Maximum ,ſiue iuſtus ille ſit,ſiue iniuſtus. Sequitur, vt de qualitate eius diſſeramus, quod ſecũdo loco,c.4. tractãdũ propoſuimus. Ex ijs autẽ,quę quarto , & quinto capite diximus,facilè intelligitur, Eccleſiam noſtris oculis eſſe ſubiectã , contrà quã aduerſarij noſtri exiſtimant: qui ad vnũ ferè omnes , Ioãnem VVi clephũ ſequẽtes, dicunt, Eccleſiã eſſe inuiſibilem:eo inflati errore,quo ſibi perſuadent,ex bonis tantùm, & Deo gratis hominibus,Eccleſiã componi. Cũ autẽ bonitas,& gratia,apud Deũ, ſub aſpectũ nõ cadat, opinãtur Eccleſiam aſpectabilẽ nõ eſſe. At caput , & reliquę omnes eius partes cernũtur. Homines enim nõ ſpiritus,aut angeli ſunt: ergo tota Eccleſia cerni poteſt. Nam multis argumẽtis c.4.probauimus , minimè peccatores ab Eccleſia ſeparari, quòd Deum non retineant. Nã eſt valde abſurdũ,& ab omni prorſus ratione alienum,tanto errore inflari, vt homines ſingulos quiſpiam ſub ſenſum cadere opinetur: hominum verò cœtus,nullo ſenſu cõprehendi.Iam verò ſi ſub ſenſum non cadit Eccleſia,ab hominibus regi,&adminiſtrari non poteſt. Nullos igitur iudices, nullos magiſtratus haberet Eccleſia: non Reſpub. ſed mera eſſet ſolitudo. Quas oues Chriſtus Petro commendauit paſcẽdas, ſi Petrus eas nunquã cognouit? Aut quorũ hominũ adminiſtratio ad Epiſcopos,& reliquos Eccleſiæ Præſules pertinet , ſi qui ſui iuris, ac ditionis ſint, non cognoſcunt? Stultiſsimũ deniq;, & abſurdiſsimũ eſſet, eam rempub. alicui adminiſtrandã ac gerendã committere,quã ipſe,neq; cognoſceret , neque vllo pacto cognoſcere vnquã poſſet. Nam Paulus docet,eos, qui intra Eccleſiam ſunt,ab Eccleſia eſſe iudicandos:eorum verò,qui extra ſunt,iudicium Eccleſiam non tangere . Cadũt igitur ſub ſenſum, cõprehendiq; poſſunt,qui ad Eccleſiã pertineant. Chriſtus etiã Petro prȩcepit,vt ſi eũ frater increpantẽ, & à crimine auocantem, audire renuerit,vt Eccleſiæ dicat.Cui nã Eccleſię, ſi nulla cognoſci poteſt? Paulus itẽ ingenuè fatetur,Eccleſiam fuiſſe perſecutũ: ergo videbat Eccleſiã eã,cui mala tanta inferebat . Ex ijs igitur,quos Paulũ inſectatũ fuiſſe ſacroſancta ſcriptura tradit : qui nã illi ſint,qui ad Eccleſiã pertineãt, intelligemus.Hos Ananias exponit,cũ Chriſto ipſo,cuius ſpeciẽ videbat, loquẽs. Hic(inquit)habet poteſtatẽ à principibus

Ioannes VVi cleph.

Eccleſiam aſpectabilẽ eſſe.

Eccleſia mera eſſet ſolitudo,ſi ſub aſpectum non caderet.

1.Cor.5.

1.Cor.15.

Act.9.

In actis ſcribitur qui ad Eccleſiã pertinent.

pibus ſacerdotũ alligandi eos, qui inuocãt nomen tuũ. Omnes igitur qui Chriſtũ inuocãt, intra Eccleſiam ſunt.

Eccleſiæ diffinitio.

Quare eſt Eccleſia hominum cœtus, eadem Chriſtiana religione ſociatus. Melanctonq; in locis cõmunibus, ijs fortè argumentis conuictus, Eccleſiã eſſe concedit, quæ oculis ſubijciatur.

CAP. 7. *Hæreticos homines in Eccleſiæ partibus numerari.*

QVanquam ſtatuerã hoc toto libro cũ catholicis hominibus minimè verbis contendere: quoniam tamẽ nonnulli in circũſcribenda Eccleſia, & ſuis quaſi cãcellis terminãda, periculoſè ſatis (vt leuiſsimè dicam) loquũtur, nonnihilq; in hęreticorũ ſententiã, qui Eccleſiã eſſe volũt inuiſibilẽ, diſcedũt: eos hoc loco ſilẽtio prętereundos nõ duxi: Tũ, vt perfectè intelligatur, quænã oueshę ſint, quarũ curã apud Eccleſię præpoſitos Chriſtus excubare velit. Dicunt itaq; nõnulli (Melchiorẽ Canũ, virũ cętera doctũ, & piũ ſequẽtes) hęreticos hoſtes ad Eccleſiam nõ pertinere, neq; in Eccleſię partibus eſſe numerãdos. Ex horũ igitur hominũ ſententia, homines tantũ, qui fide præditi ſunt, ad Eccleſiã ſpectãt. At fides hæc, qua Eccleſię partes diſtinguũtur, eſt inuiſibilis: partes igitur Eccleſiæ oẽs ſunt inuiſibiles. ac proinde Eccleſia tota: quod hęreticũ eſſe probauimꝰ. Tũ pro certo haberi nõ poteſt, quiſnã fidẽ habeat, hęreticusq; non ſit. Accidit enim ſæpe, vt quiſquã fidem negarit: foris autẽ, pœnę metu, eã profiteatur. Quare ex cõfeſsione fidei, quæ foris fit, nemo certò cognoſcit, quiſnã hęreticus nõ ſit: nullaq; aliavia reliqua eſt, qua id inueſtigare poſsimus. Si ad Eccleſiã igitur hæretici non pertinẽt, intelligi certò nõ poteſt, quiſnã ad Eccleſiam pertineat: valẽtq; omnia in iſtos argumẽta quæ poſuimus aduerſus hæreticos, improbos hoſtes Eccleſia excludentes. Nã miſcerẽtur, & turbarentur in Eccleſia omnia: ſolliciti oẽs de principe, ac iudice eſſent. Nã ſi epus ſit hęreticus, ſicut nõ eſt Eccleſię pars, ita nec caput, neq; prępoſitus eius. Pro certo autẽ non habetur, nũ epiſcopus ſit catholicus: ergo nec pro certo habetur, quiſnã ſit epiſcopus. Quo pacto autẽ illi argumẽtũ hoc explicauerint, explicabunt Luterani, & quod aduerſum ipſos affertur. Tũ epiſcopus ſcire minimè poſſet, quęnã oues ſuæ eſſent: paſtorq; fieret earũ ouium, quas nũquã cognitas, & exploratas poſſet habere. Nullos igitur certos, & teſtatos magiſtratus, nullos cognitos, & exploratos ſubditos haberet Eccleſia. Quod quidẽ cùm nullæ tã calamitoſæ reipub. cõtigit: tũ fieret omnino inuiſibilis, id quod moliũtur hæretici. Huc accedit, quòd Eccleſia ius dicit hęreticis, eosq; pœnis ac ſupplicijs mulctat. Sed Paulus loco citato, ait, Eccleſiæ iuris non eſſe, qui ſunt extra Eccleſiã. Iam verò Paulus apertiſsimè docet, hęreticos ad domũ Dei ſpectare: quæ nõ eſt alia, niſi Eccleſia, vt Auguſt. & Cyprianus explicant. Nec locus aliter rectè poteſt explicari. Ait autẽ Paulus: Profana autẽ, & inaniloquia deuita: multũ enim proficiũt ad impietatẽ, & ſermo eorũ vt cãcer ſerpit: ex quibus eſt Hymineus, & Philetus; qui à veritate exciderunt, dicẽtes reſurrectionẽ eſſe iã factã, & ſubuertunt quorũdam fidem. Dubium non eſt ex verbis Pauli, quin Hyminæus, & Philetus hæretici fuerint. Nam à veritate excidiſſe dicit, quæ non eſt alia, niſi fidei, ac religionis noſtræ: & affirmaſſe præterea, reſurrectionem

Nõnulli Chriſtiani in circunſcribẽda Eccleſia periculoſè loquũtur.

Melchioris Cani optimo de locis lib. 4. c. 2.

Putant nonnulli, tantùm qui fide præditi ſunt ad Eccleſiã pertinere.

Hæreticos ad Eccleſiã pertinere.

Miſcerentur in Eccleſia omnia, ſi hæretici ad Eccleſiam non pertinerẽt.

2. Timo. 2.

Auguſtinus. Cyprianus.

nem iam eſſe factam: quæ hæreſis nefaria eſt: eos tamen nihilominus ad domum Dei, id eſt, ad Eccleſiam ſtatim pertinuiſſe dicit: monetque Timoth. ne iſtorum hominum inconſtantia moueatur. Nam in magna domo (ait) non ſolùm ſunt vaſa aurea, & argentea, ſed & lignea, & fictilia: quædam quidem in honorem, quædam autem in contumeliam. Vocat igitur tales hæreticos, vaſa domus Dei lignea, atque fictilia, & in contumeliam cõparata. Eſt etiam hæc expreſſa Auguſtini ſententia lib. 4. de baptiſmo cõtra Donatiſtas. c. 12. eãq; non ſolùm ſimpliciter ſcribit, ſed argumentis etiam per caput totum cõfirmat, explicans in hanc ſententiam locum Pauli citatũ. Teſtem etiam citat Cyprianum, ac refert omnia eius verba, quibus Cyprianus grauiſsimè increpat ſecùs opininantium temeritatem: dicens, eos humilitatis, & lenitatis oblitos, & arrogantia tumidos, ſe poſſe putant, quod Apoſtolis non fuit conceſſum, zizaniam à tritico diſcernere: aut quaſi eis Dominus conceſſerit aream purgare, paleas à tritico ſeparare poſſe putant. Et quidem non minorem arrogantiam, ac temeritatem eſſe puto, velle fideles ab infidelibus diſcernere, quàm pios, ab impijs. Nam ſicut pietas, & impietas in animo eſt, Deoq; tantũ cognita: ita fides, & perfidia. Eſt autem hæreticũ, illud Eccleſiæ munus eſſe putare. ergo & hoc ſaltem periculoſum, & temerariũ eſt. Probatq; rurſus id Cyprianus (vt Auguſtinus refert) loco illo Pauli à nobis citato. Quare ex ſententia Cypriani, & Auguſtini, Paulus eſt in noſtram ſententiam explicãdus. Puerilè autem eſt, & nonnihil proteruitatis habere videtur velle hunc Cypriani locũ in aliam ſententiam traducere: quẽ Auguſtinus ita interpretatur, & ipſa eius verba id apertiſsimè declarant. Quare vehementer catholicos hoc loco Auguſtini auctoritas commouere debet, quam ſecùs opinãtes, nec negant, nec negare poſſunt, à nobis ſtare. Et eò magis, quòd Auguſtinus capite citato dicat, inuitum ſe ab ipſa veritate conuictum in hanc ſententiam trahi. Nã vellem (ait) intelligere foris fuiſſe. Idcirco debet catholici viri potiùs, tanti, & tam antiqui Patris auctoritatem amplecti, quàm Melchioris Cani noui auctoris. At dicunt: multis alijs locis Auguſtinus tradit, hæreticos homines ad Eccleſiam non pertinere. Sed proferrent locum aliquem, quo tantis verbis, tantis argumentis, quantis, loco à me citato contrà Auguſtinus dicat. Quod autem obiter, & ad alia properans ſecùs dicat, mirum non eſt. Cum apto loco de re eadem diſſerens, veram poſuerit, & probauerit ſententiã. Quod non vitioſè fieri poſſe, Ariſtoteles, optimus docendi magiſter, exemplo ſit qui aliter de re loquitur, quam leuiter tangit, quàm cùm eam accuratè tractet: vt cernendi modũ aliter tangit multis locis, & aliter de eo ſuo loco verba facit. Præſertim quòd vera Auguſtini ſententia conſecuta, cætera eius loca ad eam metienda, & exigẽda ſunt, facileq; poſſunt explicari: vt intelligatur, hæreticos extra Eccleſiã eſſe: vt excõmunicatos, qui vocantur, eiectos, & repulſos ab Eccleſia dicimus, quòd participes non ſint beneficiorum Eccleſiæ: ita & hæretici, cũ ſint & ipſi excõmunicati. Quare nõ dubito, quin ſint ſecùs opinãtes, ab Eccleſię prępoſitis, & iudicibus monẽdi, & leniter increpãdi: quandoquidẽ à Cy-

Auguſtinus.

Cyprianus.

Hæreticos ad Eccleſiã per tinere docet Paulus ex Cypriani, & Auguſtini ſentẽtia.

à Cypriano, loco, quem Auguſtinus citat, increpãtur, cogendiq; ſunt mutare ſententiam. Vt igitur quis ſit cœtus chriſtiana religione ſociatus, quẽ Eccleſiã eſſe diximus, certò ſciamus: dico, eos omnes, qui nomẽ pre baptiſmũ ſemel Eccleſiæ dederunt, ad eam pertinere, & vniuerſam ex illis Eccleſiã cõponi. Et ob eã rem baptiſma ſacroſanctum characterem imprimere exiſtimo, quò ſit ouiũ Eccleſię ſignũ: vt quemadmodum nullis tantis flagitijs, nullis hęreſibus poteſt hoc ſignũ ſemel inuſtum deleri: Ita qui ſemel ſe Eccleſiæ ſubiecerit, nõ poteſt iugum eius excutere. Eſt enim Eccleſia, quaſi ſagena in mare miſſa, vt Chriſtus ait. Et quemadmodum piſces, qui ſemel ſagena implicantur, elabi nõ poſſunt: ita qui ſemel Eccleſiã ingreſsi fuerint. Iam igitur certã, & ſub aſpectum cadẽtem damus Eccleſiam. Nam certò ſcit Eccleſia, qui nomen ei per baptiſma dederunt: in tabulis enim ac faſtis Eccleſię referuntur? ita vt tametſi baptiſma quis ſuſcipere ſimulauerit, Eccleſia poſsit cũ eo, vt cũ ſubdito agere. vt dux cũ eo, qui fictè, & per ſimulationẽ ſe militię aſſcripſerit. Idquod mos ab Eccleſia ab antiquis temporibus retentus confirmat, atque declarat. Vt enim iudices eius, aliquem religionis cauſam dicere cogant: nihil aliud quærunt, niſi, anne baptiſma receperit. Omnes igitur qui ſacro ſunt baptiſmate abluti, oues Chriſti ſunt, aut pro ouibus habendi, & huiuſmodi oues, prępoſitis Eccleſię, Chriſtus paſcendas dedit, quas omnes, aut verè nõ fuiſſe baptiſmate inſignitas, aut perfidas, aut iniquas, aut earũ cœtũ, ac ſocietatem non eſſe ſanctam, nefarium, & hęreticũ eſt exiſtimare. Itaq; quãuis nonnullę huiuſmodi oues à fide, & religione deficiant: Epiſcopi, ac prępoſiti partes ſunt, pro virili parte curare, vt in viam redeant: ita vt ſi ſua culpa nõ redierint, minimè Deus eam ab eo excuſationem accipiet: quòd erant hęreticæ, & ab Eccleſia alienæ. Quam rem nos Paulus exemplo docet, qui Galatas ſuos, cùm à fide, & vera religione defeciſſent, vt ipſe in principio Epiſtolę teſtatur, dicens. Miror, quod ſic tam citò tranſferimini, ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangelium &c. Tamen pro parte ſua eos ad fidem, & verum Euangelium reducere conatur: eoſque filios ſępe ſępiùs appellat, atque adeò dicit, filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Quòd autem iniqui homines oues Dei appellentur, teſtatur Ezechiel. Vos autem greges mei, hęc dicit dominus, ecce ego iudico inter pecus, & pecus arietum, & hircorum, &c. Nec vllius iniquitatis fit exceptio: ſed quemadmodum ad populum Iſraeliticum pertinebant, quotquot fuiſſent circunciſi, tametſi à Deo ad idola defeciſſent: Si quidem Deus ipſe populum ſuum appellat eum, quem prædicat Idolis eſſe deditum: Populus meus (ait) in ligno ſuo interrogauit. Et baculus eius annunciauit ei. ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Ad eundem igitur modum omnes qui ſunt ſacro abluti baptiſmate, quod circumciſioni ſucceſsit, in populo Dei, id eſt, in Eccleſia catholica debent numerari. Quibus ductus argumentis, non ſolùm falſam, ſed etiam periculoſam, & erroris affinem contrariam ſententiam exiſtimo.

Omnes homines qui ſemel baptizati ſũt ad Eccleſiã pertinere.

Qui ſemel ſe Eccleſiæ ſubiecit, non poteſt iugũ eius excutere.

Oſtẽditur certa & ſub aſpectum cadens Eccleſia.

Religionis cauſam dicere cogitur qui ſemel fuit baptizatus.

Quas oues Chriſtus prępoſitis paſcendas dedit.

Epiſcopi partes ſunt reuocare qui à fide defecerunt.

Gal. 1.

Ezech. 34. *Iniqui homines oues Dei appellantur.*

Ad populum Iſraeliticum pertinebant quotquot fuiſſent circunciſi. Oſee. 4.

CAP. 8. *Nullam certam fidei ac religionis regulam ab hæreticis tradi.*

Hæretici non poſſunt explicare quo pacto nos Eccleſia doceat.

ECcleſię partibus expoſitis, ita vt facilè cognoſci, & ob oculos poni poſſint: ſequitur vt de ratione, qua nos Eccleſia doceat, diſſeramus. Quã quæſtionẽ aduerſarij explicare minimè poſſunt: quòd Eccleſiã quam fingunt, ſub aſpectum venire non patiuntur. Quocirca varios modos comminiſcuntur, quibus devera doctrina certum habeant. Brẽtius iudicium vniuſcuiuſque hominis regulam eſſe dicit, quòd in Apocalypſi dicatur; Feciſti nos Deo noſtro regnũ, & ſacerdotes: & auctore Matth. Chriſtus ſingulis hominibus dicat; Cauete à falſis prophetis. Singulorum igitur hominum iudicium eſſe debet, cognoſcere, qui veram doctrinam afferant, & qui ſecùs. Sed quid hac opinione abſurdiùs dici, aut excogitari poteſt? Nam ſi vniuſcuiuſque hominis iudicium, eſt certa fidei, religioniſque regula: cùm diuerſi diuerſa ſentiant: opiniones contrariæ, & longè diuerſæ, veræ ſimul erunt. Verũ erit, fidem homini Chriſtiano non ſufficere: quoniam ita multis hominibus videtur. Verum etiam erit, fidem ſufficere: ſiquidem ita Luterani opinantur. Deniq́ue cùm ortę fuerint de fide controuerſiæ, & qui ait, & qui negat, vera dicet. Nam vtraq́ue pars à ſe habet, ſtans aliquod humanum iudicium. Nunquam hæreſes in Eccleſia erunt. Nulla enim hæreſis eſt, quę ad fidei, & religionis regulam, quam tradit Brẽtius, exacta non ſit. Siquidem nulla hæreſis tanta eſt, quę alicuius hominis iudicio non defendatur.

Brentius quã ponat fidei regulam. Apoca. 5. c.

Varios modos hæretici comminiſcuntur, quibus de vera doctrina certum habeant.

Vniuſcuiuſq; hominis iudicium, non eſt certa religionis regula.

Non erit igitur hęreſis, Deum non eſſe putare; quia quidam Atheiſtæ ita his temporibus iudicant: Neque hæreſis erit, Chriſtum eſſe Satanam; ſacram ſcripturam meras fabulas; virtutem vitium: quoniam Quintiniſtis ita videtur. Planè Brentius illum errorem antiquiſsimum inducit, qué Ariſt. 4. Metaphyſico. cõuincit: Omnia ita ſe habere, vt vnicuique videtur. Nonne Chriſtus Iudęos, cæcos, & duces cęcorum appellat? quomodo illum toties in ſcriptura repetitũ locum Brentius explicabit; vt videntes non videant, & audientes non intelligant? Et Paulus ad Timoth. ſcribit, habens fidem, & bonam conſcientiam, quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt. Quare no certam, ſed peruerſiſsimã rationem intelligendi, quæ ad fidẽ ſpectant proponit Brentius. Sed reſpondet ipſe. Hoc ſanctę, & religioſæ doctrinæ iudicium fieri debere, ſacris ſcripturis conſulendis: non ingenio noſtro nitendo: affertq́ue illud Actorum, cũ Paulus, & Sylas ingreſsi ſunt Synagogam, & eos, qui ſummo genere nati erant, recepiſſe ſermonem, quotidie ſcrutantes ſcripturas, an hęc ita ſe haberẽt. Sed quiſnam hæreticus eſt, qui non iactet, ex ſacris ſe ſcripturis, quæ dicit, probaturum? Nonne multa citant ſacræ ſcripturę teſtimonia ad hęreſes ſuas defendendas? Atque adeò nonnũquam accidit, vt catholici nullo ſacroſanctæ ſcripturæ loco apertè ſententiam ſuam poſsint demonſtrare: hæretici verò ea pro ſe loca citent, quę nonullam difficultatem habeãt: vt ſanctam matrem Dei Mariam, virginem fuiſſe, catholici ſanctè, & religioſè credũt: quòd nullo ſanctæ ſcripturę loco probant. At contrà Eluidius

Brentius, quẽ errorem inducat.

Luc. 8. Matth. 13. Ioan. 12. Mar. 4. Eſai. 6. Rom. 11.

1. Timo. 2.

Act. 17.

Vniuſcuiuſq; ingenium, fidei nõ eſſe regulam, licet ſcriptura ſacrã nitatur.

Catholici non nunquã nullo ſcripturæ loco ſuam apertè probãt ſententiam.

dius dicit, nonnullis citatis ſcripturę locis, vt illis, quibus Chriſtus fratres habuiſſe dicitur. Nō igitur certa ſem per fertur de fide noſtra ſententia, ſacris ſcripturis humano ingenio conſulendis: præſertim quòd multa ipſarum loca variè explicari, & diuerſas in partes accipi poſſunt. Et Petrus ait, in Pauli epiſtolis eſſe quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionē. Non igitur certa, ſed planè prauiſsima regula eſt, ad quam Brentius fidei noſtræ iudicium dirigi præcipit. Sed hoc iudicium tunc certiſsimè fieri ait Brentius, cùm nobis illud Pauli contigerit: vt inſtructi ſimus in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus, in agnitionem myſterij Dei, & patris Chriſti Ieſu. At hoc loco Paulus fidem perfectam, & charitatem poſtulat: Nemo autem poteſt cognoſcere certa ſe eſſe fide, & charitate præditum. Nam ipſe Paulus de ſe dicit, nihil ſibi conſcium eſſe: ſed in hoc non iuſtificatum fuiſſe: quod nos libro ſecundo multis argumentis probabimus. Nemo igitur vnquā certum feret de noſtra religione iudicium: præſertim quòd aduerſarij ipſi, qui iactant ſe de ſua eſſe iuſtitia, & bonitate certos, multū inter ſe in fide, & religione diſcrepent: adeò, vt de ipſa iuſtificatione, quam certò ſcire prædicant, pluſquā viginti ſint apud eos opiniones longè diuerſę. Quare non certam ex verbis Pauli fidei regulam Brentius colligit: verùm enimuerò Paulus verba illa non ad certum de fide noſtra faciēdum iudicium refert, ſed ad perfectam conſolationem habendā, qua certè fruuntur ij, qui perfecta fide, & charitate ſunt: quamuis ipſi tales ſe eſſe ignorent. Nam dicit Paulus, ſi verba eius paulò altiùs repetamus: vt conſolētur corda ipſorum inſtructi in charitate, &c. quod planiùs Græcè ſcribitur. Nam ille nominatiuus inſtructi, in genitiuo ponitur, adiungiturque genitiuo illi, ipſorum, hoc modo ἵνα παρακληθῶσιν αἱ καρδίαι αὐτῶν συμβιβασθέντων, &c. id eſt, vt cōſolentur corda ipſorum inſtructorū, &c. quod verò hic vertit vetus interpres plenitudinē, Græcè eſt πληροφορία, quod certam rei alicuius, plenamq; fidem aut ſcientiam ſignificat, ita vt nihil iam dubij relinquatur, ſicut πληροφορία, certiſsimè cognoſco, vt alio loco dicit Paulus: ἕκαστος ἐν τῷ ἰδίῳ νοΐ πληροφορείσθω vnuſquiſque mentis ſuæ certus ſit. Et Lucas ait, multi conāti ſunt ordinare rationem, quæ in nobis cōpletæ ſunt rerum, Græcè, πεπληροφορημένων, id eſt, quæ certiſsima fide cognitę ſunt. Sententia igitur illius Pauli loci eſt, vt eorum animi cōſolationem accipiāt, cùm charitate fuerint inſtructi, vſque eò, dum omnes diuitias certiſsimę cognitionis habeant, quod attinet ad cognitionem myſterij Dei, & patris. Quamobrem tantam fidei & charitatis perfectionē Paulus quęrit: non vt certa illa ſit fidei noſtrę regula, ſed vt magnā in malis omnibus, conſolationem habeamns. Illud autem Apocal. quod Brentius citauit: Fecit nos regnum, & ſacerdotes patri ſuo: longè à noſtro propoſito eſt alienum. Nam id tantùm Ioannes ſignificat, Chriſtum, pro ſua erga nos miſericordia, ſanguine ſuo noſtra abluiſſe peccata; vt digni eſſemus, qui regnū eius, & ſacerdotes eius diceremur. Regnum, quod non peccatum in nobis, ſed Deus ipſe regnaret: ſacerdotes, vt ei ſacrificium laudis quotidie

2. Pet. 3.

Coloſſ. 2.

Rom. 14.

Luc. 1.

Apoc. 1.

Brētius quan do vniuſcuiuſque iudicium fidei regulā eſſe putet.

Pauli locus accuratè exponitur.

Ioannis locus accuratè exponitur.

faceremus. Alluditque Ioannes hac ratione dicendi, ad illas magnificas appellationes, de quibus populus antiquus gloriabatur, quòd esset populus Dei; essent sacerdotes Dei. Quod obijcit Brentius. Cauete à falsis prophetis: fateor singulos homines sibi cauere debere, ne à falsis prophetis decipiantur, sed huiusmodi doctrinam, nõ iudicij sui regula metiri debent: sed quòd sit contra ea, quę sibi ab Ecclesia parente tradita sunt ad credendum. Quod affert illud Pauli, & Sylę quotidie scrutantium scripturas, vtrùm hęc ita se haberent: Fateor sacram doctrinam, veheméter sacræ scripturę testimonijs comprobari: & ea de causa Sylas, & Paulus ad sacras scripturas illos ingenuos viros allegabant, vt ex illis religionem veram eis persuaderent: ita tamen in earum studijs versari debemus, vt cùm in loca difficilia incidamus, non ea nostro, sed totius Ecclesiæ iudicio exponamus, nihil errore inflati statuentes, quod ei doctrinę repugnet, quam parens Ecclesia tradit. Sed parùm Brentius meritò fidens regulæ huic ab eo propositę, aliam affert fidei, religionisq; regulam: reipublicæ principes, Sycophantam, & stultum hominem: quibus vtitur ille dolis, & præstigijs, vt morem gerat principibus: quò illorum sibi gratiam, & præsidium cõciliet. Quod dum ille adipiscatur, nõ veretur stultissimas dicere de religione sententias. Quot enim principes à vera religione defecerunt, & in eundem errorem populum induxerunt? Nonne de Ieroboam, filio Nabat, passim dicitur in libris Regum, tertio, & quarto, Israelem peccare fecisse, eúque reges alios fuisse secutos? Nonne Salomon sapientissimus, turpissimè in religione errauit, & fide? Nonne tẽporibus ijs rex Angliæ impio fuit errore affectus, & in sceleratissimos, vniuersum ferè regnum, rapuit errores? Quis ergo ita se principibus credet, vt quicquid illi de nostra religione decreuerint, ratum esse putet? Iam verò quid attinet principibus iudiciũ de nostra religione deferre: cùm nullũ ipsi regni Christi magistratũ gerant? nullum honorem administrent? In quo facilè istorum hominum error, & stultitia singularis deprehenditur, qui res ad Christi regnum pertinentes, nolint ad principes regni eius, magistratusque sacros deferre, sed ad profanos, & à religione remotos. Dicente præsertim Malachia: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem ex eius ore requirent. Angelus enim Domini exercituum est. Et in Deuteronomio. Non principes profani, sed sacerdotes, de ijs, quæ ad religionem spectant, rogari iubentur: ait enim Moyses. Si difficile, & ambiguũ iudicium apud te esse prospexeris inter sanguinem, & sanguinẽ, causam, & causam, lepram, & non lepram, & iudicum intra portas tuas videris verba variari: Surge, & ascẽde ad locum, quem elegerit Dominus Deus tuus, venieśque ad sacerdotes Leuitici generis, & iudicem, qui fuerit illo tempore: quęresque ab eis, qui iudicabũt tibi iudicij veritatem, & facies quæcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Et is mos semper in Ecclesia fuit, vt principes profani, sacris principibus dicto sint audiẽtes, in ijs, quæ ad fidem nostram, religionemque pertinent. Cuius rei pręclarissimum exemplũ memorię proditum est à principe Constantino, in

Matt. 7.

Qua ratione cauere vnusquisq; debeat à falsis prophetis.

Act. 17.

In scripturis quo pacto versari debeamus.

Brentij alia fidei regula.

Principes nõ esse fidei regulam.

Multi principes populũ in errorem induxerunt.

Res regni Christi, ad sacerdotes, & sacros magistratus potius quã ad profanos sunt deferendæ.

Malach. 2.

Deut. 17.

Mos semper in Ecclesia fuit, vt principes profani audiant quæ fidei sunt, ex sacris principibus.

conci-

concilio Niceno editum. Nam cùm frequentes Episcopi,& sacerdotes ex diuersis mundi partibus conuenirẽt, litesque apud principem essent inter eos:seque inter se criminarentur, & dicas scriberent,quas principi dabãt: eas ipse complicatas apud se, & in sinu suo seruauit:quasomnes,antequã aperiret,ad cõcilium detulit:hæc verba(vt in eodem concilio scribitur)dicens,Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi: ideo nos à vobis rectè iudicamur:vos autem non potestis ab hominibus iudicari:propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium,vt & vestra iurgia,quæcunque sunt,ad illud diuinum reseruentur examen. Vos enim nobis à Deo estis dati dij. Conueniens non est vt homo iudicet Deos:sed ille solus, de quo scriptum est: Deus stetit in Synagoga deorum,in medio autem Deus discernit.Et ideo his omissis,alia,quę ad fidem Dei pertinent, absque vlla animorum contentione discutite. Factoque illo diuino senatusconsulto, quo Christus ὁμοούσιος decernebatur,delatum fuit ad Constantinũ cõcilij consultum,atque decretũ,quod tanquam Dei oraculum amplexatũ, ac veneratum fuisse narratur. Cõtrà verò proferret Brentius vllum profani principis decretum,quod Ecclesia sanctè,& religiosè obseruandum,ac tenendum putaret. Nam esset quidẽ absurdissimum,eum decernere,& statuere res ad rempub.& regnumChristi pertinentes , qui nihil ad eius regnum attinet. Nam regnum Christi spirituale est, totumque ad animum spectat: profanum verò regnum,totum circa corpus versatur, neque vllam animi potestatem obtinet. Multa verò nos in medium producemus maximorum Pontificum decreta , à mille antè annis,vsque ad nostra tempora sancta,& religiosa habita. Qualia sunt decreta Clementis, Anacleti, & Euaristi,& aliorum. Et illud certè maximo mihi argumẽto est, summũ Ecclesiæ magistratum, summam religionem habere. Quòd cum varij & infiniti homines illum administraue rint,nullus vnquam Pontifex Maximus subditos in errorem induxit: quamuis aliquo fuerit ipse imbutus errore: vt Ioannes fuit vigesimus secundus, existimans, animas pioruni hominũ corpore exutas, diuina gloria, vsque ad corporum resurrectionem,non frui.Contrà verò plurimorum principum , regumque culpa, subditi magnis fuerunt erroribus capti. Quare si Pontificem Maximum fidei regulam Brentius esse diceret, non tam turpiter erraret, quàm profanis principibus hoc munus attribuendo. Ad aliam regulam religionis nostræ doctrinam, Caluinus, & Antisuencfeldiani dirigi volunt,concionatores , scilicet : quæ regula similis Brentianæ est: quare ex eisdem argumentis,quàm stulta sit, intelliget ur. Nã si certa illa omnia essent,quæ concionatores tradunt , centum & decem & octo de religione sectæ,longè inter se diuersę, his temporibus ortæ,veræ simul essent. Nam singulæ, concionatores, & magistros habent, à quibus prædicantur,docentur, magnaque pertinacia defenduntur. Verum esset, fidem solam esse necessariam,quod Luterus ita prędicat: verum etiam erit,fidem non esse necessariam:quod ita Zuinglius tradit: verę etiam erunt viginti longè diuersæ,de iustificatione sententiæ,quas refutat

Exemplum Constantini.

Concilium Nicenum.

Ecclesiæ summũ magistratũ, summam religionem habere.

Error Ioãnis vigesimi secundi.

Caluini, & Antisuencfeldianorum regula fidei.

Concionatores, fidei non esse regulam.

Luterus.

Zuinglius.

Quid inter regnum Christi, & profanum interſit.

Oſiander. futat Oſiander; quòd ſingulæ ſint ab aliquo magiſtro, & cõcionatore enũciatæ. Verũ etiam erit, eas omnes eſſe falſas; quòd ita Oſiandro cõcionatori videtur, cũ Enoc, vt diſcipulis ſuis videtur, comparando. Quis intolerabilem horum hominum ſtultitiã ferat? quis illos diſputatione, aut de religione colloquio dignos ducet? quis eam doctrinam, aut potiùs temeritatem maledictis omnibus non execrabitur: quæ tam inſanis, & temerarijs fundamentis nitatur? ſi vera ſemper concionatores proponerent; cur Paus diceret? Si nos, aut Angelus de cœlo aliter euangelizet vobis, prę terquã quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit. Sicut prædixìmus vobis, & nunc iterum prædico: ſi quis vobis euangelizauerit, præter id quod accepiſtis, anathema ſit. Cur illud etiã ad Timotheum? Volentes eſſe legis doctores, non intelligentes, neque quæ loquũtur, neque de quibus affirmãt. Quomodo illud Petri Caluinus exponet? In vobis erunt magiſtri mẽdaces, qui introducunt ſectas perditionis. Quomodo illud ad Timoth. Profana autẽ, & inaniloquia deuita, multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit, ex quibus eſt Hyminæus, & Philetus. At dicunt aduerſarij; Oportere concionatores legitimè eſſe vocatos, vt fidei regula habeantur. Sed iam quam poſuerant ſacræ doctrinæ normam, planè confundunt, & incertiſsimam reddunt. Quis enim intelliget, vtrùm legitimè ille ſit vocatus concionator, qui me docet: niſi velint hanc vocationem non à Deo fieri oportere; ſed ab Eccleſia; ita vt ille legitimè vocatus habeatur, cui Eccleſiæ Præſules, cõcionandi munus mãdauerint. Habent igitur aliquã Eccleſiæ magiſtratus religionem, quam iſti prorſus irridẽt: cùm tamẽ ſine illa, ſtultitias ſuas non poſsint defendere. Ecquid mirãtur, ea apud nos Pontificẽ maximum cum concilio auctoritate valere, qua apud illos ſinguli concionatores valent? Sed iſta potiùs, quam habere volunt concionatores, auctoritas, meritò irridenda, & contemnenda eſt. Nã Salomon non ſolùm ab Eccleſia, ſed etiam à Deo ipſo legitimè fuit vocatus ad docendum; in ſceleratiſsimos tamen populum errores induxit. Legitimè fuit ab Eccleſia vocatus Nicolaus, vt ſcribitur Actor. 7. improbiſsimas tamen ſparſit hæreſes. Nam iniquæ Nicolaitarum ſectæ mentio fit Apocalipſeôs primo capit. Legitimè fuit vocatus Luterus; nam Præpoſiti concionandi partes illi dederunt: nefandis tamẽ erroribus vniuerſum impleuit orbẽ terrarum. Quare non certa eſt fidei noſtræ regula, quam Caluinus, & Antiſuencfeldiani Chriſtianis proponunt.

Gal. 1.

1. Tim. 1.

1. Petri. 1.

2. Timot. 2.

Concionatores legitimè vocatos, fidei non eſſe regulam.

Nonnulli concionatores legitimè vocati, in errorẽ populum impulerunt.

Actor. 7.

Apocal. 1.

CAP. 9. *Eccleſiam eſſe veram religionis magiſtram.*

VErum igitur, & perfectũ quæramus noſtrę religionis magiſtrũ, de quo certũ habeamus, quòd nos minimè fallet. Et primùm, licet aduerſarij nuſquam, quod ego ſciam, tradant, Eccleſiam non eſſe fidei, & religionis magiſtram: ea tamen dicunt, ex quibus id apertè concluditur. Nam & inuiſibilem eſſe contendunt: duos modos, per quos certiſsimum eſt, nos ab Eccleſia doceri, irridẽt; traditiones, & concilia.

Eccleſiã, ex aduerſariorũ ſententia, fidei nõ eſſe regulam.

Nullo

Eccleſiã eſſe veram religionis magiſtram.

Nullo igitur modo tueri poſſunt, Eccleſiam eſſe magiſtram. Quod idem nos modò oportet probare. Nam principiò, Eccleſia eſt omni doctrina ſcriptis mandata, antiquior. Quare vidiſſe, & audiſſe potuit veram doctrinam. Sic enim Lucas argumento nobis eſſe vult, verum ſe, & certiſsimum Euangelium ſcribere: quòd ſcribat ea, quæ ex teſtibus oculatis audiuit. Idem Ioannes argumentum affert dicendo, quod audiuimus, quod vidimus, quod manus noſtræ contrectauerunt. Et Petrus ait, non indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem, & præſcientiã: ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. Eiſdem argumentis pari, atq; adeò meliori iure vti poteſt Eccleſia, quòd omnibus Doctoribus, & Euangeliſtis antiquior ſit. Quare quæ proponit, meritò nobis perſuadere debet, ſiquidẽ teſtis oculatus, & locupletiſsimus eſt.

Luc.1.

2.Ioan.1.

2.Petr.1.

Eccleſia eſt omni doctrina ſcriptis mandata antiquior

Eccleſia mater noſtra eſt.

Accedit ad hoc, quod mater noſtra ſit; & ea mater, quę nos imprimis docere cupiat, & ad verã religionem informare. Quod ſi ſapiẽs in Prouerbijs filio præcepit, vt matri obſecundet: quanta maiore obſeruantia, ac pietate erga tam antiquam, ſapientem, & religioſam matrem eſſe nos vellet? Iã verò ea potiſsimùm de cauſa dicto eius audientes eſſe debemus, & certiſsimum, quicquid illa docuerit, putare; quòd docendi & erudiendi chriſtianos omnes, & veræ religionis teſtificandæ partes, ei Chriſtus dederit.

Act.1.

Eccleſiæ Chriſtus dedit docendi partes.

Nam Chriſtus diſcipulis dixit; Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos, & eritis mihi teſtes in Ieruſalem, & in omni Iudæa, & Samaria, vſque ad vltimum terræ. Quas partes, non ſolùm pluſquàm quingentis diſcipulis, qui tunc ibi aderant; ſed etiam vniuerſæ Eccleſiæ, cuius illi perſonam ſuſtinebant, detuliſſe putandum eſt. Nam illos teſtes ſuos eſſe vult vſque ad vltimum terræ. At certum eſt multas fuiſſe oras, quas per diſcipulorum tempora Euangelij fama non peruaſerit. Nam vt recentes Coſmographi terrarum orbem in tres partes diuidunt; duæ, quas alij duas vocant Americas, ab hinc centum annis plùs minùs cognitæ ſunt; cùm fuiſſent ſuperioribus ſeculis prorſus incognitæ. Quare illa Chriſti mandata, non diſcipuli tantùm, ſed vniuerſa etiam explicauit Eccleſia. Et ita Paulus intelligendus eſt, explicans illud Pſalmi. In omnem terram exiuit ſonus eorum: vt non ad ſolos diſcipulos, ſed ad vniuerſam etiam Eccleſiam pertineat, cui à Chriſto negotium promulgandi Euangelium imprimis delatum eſſe, ex loco citato intelligendum eſt. Eodem modo explicandum eſt illud Matth. Euntes, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia, quęcunque mandaui vobis. Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi. Quæ verba ad ſolos diſcipulos eſſe dicta, exponi non poteſt. Non enim vſque ad ſeculi conſummationem eorum vita ſuppeditauit. Ita igitur cum illis loquebatur, vt eius oratio ad vniuerſam Eccleſiam pertineret, quæ ad orbis vſque terrarum interitum perpetuanda erat. Ex quo intelligi licet, illud, quod proximè eiſdem diſcipulis dixiſſe cõmemorauimus; Accipietis virtutem ſuperueniẽtis Spiritus

Eccleſia teſtis eſt Euangelij vſque ad vltimum terræ.

Rom.10.

Mat.28.

Act.1.

Vniuersam Ecclesiã, virtutem Spiritus sancti accepisse.

tus sancti in vos: hanc virtutem, vniuersam etiam Ecclesiam accepisse: quòd hoc loco dicat ipse: Ego vobiscum sum, vsque ad consummationẽ seculi. Cuius singularis, & eximia præter cæteras orbis partes, in Ecclesia præsentia, non nisi virtutem ei, & præsidium Spiritus sancti suppeditando, intelligi potest. Quare promissiones illæ, & diuinæ sententiæ: Non relinquam vos orphanos: non deserã vos, neque derelinquam. Cum venerit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. Paracletus autem Spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia, quæcũque dixero vobis. Non habetis necesse, vt aliquis doceat vos: Sed vnctio docebit vos de omnibus. Et si quæ sunt alia similia enunciata: non sigillatim intelligenda sunt; vt vlli speciali personæ, aut Ecclesiæ dicta existimentur: sed ad vniuersam Ecclesiam pertinere existimandum est. Nam labuntur miserè nonnunquam speciales personæ, grauiterque Dei gratiam exulcerant: ita vt promissis eis Spiritus sancti auxilijs, sua culpa destituãtur. Ecclesia tamen generalis manet atque consistit, & Spiritus sancti subsidio nunquam orbatur: Quẽadmodũ leges, quæ ciuitatibus à Regibus feruntur: & potestates, quæ eis conceduntur: licet cum ciuibus loquantur præsentibus, ad omnes eorum posteros quamdiu ciuitas permãserit, spectant: ad eundem modum hæc Christi verba, non vt priuilegia, sed vt leges generales accipienda sunt. Quare qualis, quantæque auctoritatis ea religionis magistra existimanda est, quæ omni tradita doctrina antiquior est, quæ mater sit amantissima, cui Christus partes præcipiendi, atque docendi dedit, ac cui Spiritus sancti subsidium semper præstò sit?

Ioan. 14.

Promissiones Christi ad vniuersam Ecclesiã pertinere.

CAP. 10. *Per maiorum traditiones Ecclesiam verè docere.*

PRobauimus Ecclesiã veram esse fidei, ac religionis magistram; sequitur vt declaremus, quomodo nos illa doceat, & ad veram religionẽ informet. Quod duobus præcipuè modis fit. Vno modo, consensu omnium præcedentium Ecclesiarum, & catholicorum virorum conspiratione: quòd in rebus, quæ ad fidem, & religionem spectant, Dei oraculum existimandum est per eorum manus ad nos delatum. Quod genus docendi, traditiones vocamus. Altero modo, legitimè coactis concilijs. Vtrumque modum aduersarij contemnunt. Nam dicunt tantùm scripto Dei verbo fidem esse habendam. Sed primùm, de primo modo disputemus: deinde verò de altero. Sed quoniam Ecclesia tanta auctoritate est, quanta superiori capite probaui: quicquid illa Dei verbum esse decreuerit, licet non sit sacris literis consignatum, sanctè, & augustè accipiendum est. Nam multò antè Dei habuit oracula, quàm vllis essent mandata literis. Cõstat enim Moysen omnium primum Dei responsa scripsisse: At Ecclesia iam inde à Mundi principio fuit; quæ doctrina reuelata carere nõ potuit. Quare nihil attinet, doctrinã reuelatam, scriptam, vel non scriptã esse: vt talis habeatur. Ecclesia, Euãgelium habuit, simul ac Christus cœpit docere:

Duobus modis Ecclesiã docet.

Per traditiones Ecclesiã verè docere.

Ecclesia habuit antè Dei oracula, quã essent scripta.

Matthæus primus scripsit Euangelium, & quo tempore.

docere: literis tamen illud omniū primus mandauit Matthæus, anno vigesimo à Christo passo, vt Hieronymus,& Eusebius testantur. Anno verò sexagesimo, omnium vltimus Ioannes scripsit Euãgelium. Quocirca dubium nō est,quin viginti annis verbo tenus traderetur hominibus Euangelium:ea verò, quæ Ioannes scribit,sexaginta annis.Planum igitur est, longè antiquiorem in Ecclesia traditionem,quàm scripturam esse. Nec minori esse momento ad testificandum Dei Opt.Max.oraculum, quàm scripturam. Vocamus enim traditionē, eam doctrinam,verbo tenus ab ipsis, qui à Deo illam acceperunt, ad alios homines per manus deriuatam. Ante quàm ergo scriberetur Euangelium, ij,quos Apostoli docebant, traditione illud tenere dicebantur.Eodem etiam pacto multa Dei oracula per manus data, Ecclesiam nunc habere contendimus:vt quòd pueri sint baptizãdi;modus celebrãdi eucharistiam, & baptismum. Itē alia,quæ propter hæreticorum pertinaciam,concilijs posteà decreta,atq; definita sunt: vt matrem Christi sacrosanctam virginem semper permansisse:Ecclesiam esse catholicam. Alia etiam non in sacra scriptura,sed in Symbolo Apostolorum reperta:vt Christum ad inferos descēdisse; communionem esse sanctorū. Non enim dubium est, quin multò plura Apostoli verbo, quàm scripto docerent: sicut ipse Christus multò plura fecit,atq; docuit, quàm Euangelistæ scripserunt:vt & Ioannes vltimo capite auctor est, dicens: Sunt & alia multa,quæ fecit Iesus,quę si scriberentur per singula, neq; ipsum credo mundū capere posse eos, qui scribendi sunt,libros.Quæ si non omnia, plurima saltem viua voce ab Apostolis hominibus doceri, certum est.De Christo etiam Lucas scribit: Post resurrectionem suam præbuit seipsum discipulis suis viuū, per dies quadraginta apparens eis,& loquens de regno Dei: cuius sacrosanctæ doctrinæ, discipulis diebus illis traditæ,vix mille simam partem literis consignatam esse puto. At non ea de causa,eā Christus discipulis doctrinam tradebat, quò eam ipsi comprimerent,& apud se custodirēt: sed vt per eos exiret, & in Ecclesiā vniuersam emanaret. Nā Christus docuit discipulos, quò ipsi Ecclesiam docerent. Quippe qui illis præcepit: Quod dico vobis in tenebris,dicite in lumine;& quod in aure audistis,prędicate super tecta. Paulus etiam de se ingenuè fatetur: Si euangelizauero,nō est mihi gloria: necessitas enim mihi incūbit: væ enim mihi,si non euãgelizauero. Quæ eadem necessitas reliquis Apostolis etiā imposita est prædicandi, docendi,tradēdiq; Euangelij,non solùm vt est ab Euangelistis scriptum, sed etiam vt est eis à Christo traditum.Ridiculum enim est existimare, non plura Ioannē docuisse, quàm scripserit; non plura Matth. cùm vnus Euangelista plura scribat, quæ ab alio scripta non sunt; quæ nō ab eo neglecta,sed verbo tradita fuisse, existimandum est. Tum aliorum Apostolorum doctrinā, qui nihil scripserunt,quibus terminis circunscribemus?. Iam verò Christus ipse,eximius,princepsq; magister,minimè necessarium esse duxit, ad discipulos,& Ecclesiam imbuendam,literis vllis,aut libris vti; sed viua tantùm voce contentus fuit:atque adeò discipulis suis non dixit,Scribite, sed prædicate Euangelium. Nec si tantùm il-

Antiquiorē traditionem quàm scripturam esse.

Quid sit traditio.

Multa Dei oracula per traditionem accepit Ecclesia.

Plura Apostoli docuerunt, quàm scripserunt. Ioan.22.

Multa Christus discipulos docuit, quæ scripta non sunt. Act.1.

Christus docuit discipulos, quò ipsi Ecclesiā docerent. Matt.10. 1.Cor.9.

Christus non necessarium putauit scriptis vti ad Ecclesiam docēdam. Marc.vlti.

li ſcriberent, Chriſti pręceptũ tenuiſſe putaremus; pręſertim quòd omnes operam prędicationi dederunt: pauci tamen literis quidquam mandarunt. Cur igitur eum erudiedi modũ vllus audebit contenere, quę Chriſtus, & Apoſtoli plurimi fecerunt? cur ea docendi via Eccleſiæ detrahetur, quam imprimis è Chriſto ſponſo ſuo, & ex principibus filijs ſuis didicit, & expreſsit? Erãt præterea quędã ſumma fidei, & religionis myſteria, quæ non niſi ſolis perfectis, & eximia quadam virtute prędĭtis Chriſtianis, ab Apoſtolis tradebantur. Quare nõ ſcripto, ſed verbo docebantur: paterent enim ſcripta omnibus, ſicut Paulus ait, ſapiẽtiam loquimur inter perfectos: loquimur, inquit, non ſcribimus. Et alio loco clariùs, Ego fratres non potui vobis loqui, quaſi ſpiritùa libus, ſed quaſi carnalibus: tanquam paruulis in Chriſto, lac vobis in potũ dedi, non eſcam, nondum enim poteratis, ſed ne nunc quidem poteſtis: ad huc enim carnales eſtis. Chriſtus etiã multa diſcipulis ſeorſum à turbis exponebat, quæ à turbis nolebat intelligi. Quæ igitur viua voce ab Apoſtolis tradebantur, eadem ſi non omnia, ſaltem nonnulla, per maiorum noſtrorum, & ſuperiorum Eccleſiarum manus, & cõciliorum approbationes ad nos peruenisſe exiſtimandum eſt. Non enim minore vi, ac virtute Eccleſia nunc, quàm ſuperioribus temporibus prædita eſt. At olim pluſquam per duo annorum millia ab orbe condito, verbo tenus filios ſuos fideles omnes ſacra, & reuelata doctrina inſtruebat: cur eadem ipſa vis ei multò maioribus beneficijs auctæ detrahetur? Pręſertim cùm multa ſacrarum literarum teſtimonia hanc docendi rationem in Eccleſia vſurpatam fuiſſe probent. Nam de Paulo, & ſocijs eius dicitur: quod cùm pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata, quæ erant decreta ab Apoſtolis, & ſenioribus, qui erãt in Hieruſalem. Et Paulus Corinthijs ſcribẽs ait: Laudo vos fratres, quòd per omnia mei memores eſtis, & ſicut tradidi vobis pręcepta mea tenetis. Theſſalonicẽſibus etiam ſcribit, Tenete traditiones meas, quas didiciſtis, ſiue per ſermonẽ, ſiue per Epiſtolam. Ex quo facilè perſpicitur, de multis eos rebus docuiſſe non literis ſolùm, ſed etiam ſermone. Et in Epiſtola prima ad Corinthios, contentioſis hominibus, non verbum obijcit ſcriptum, ſed conſuetudinem in Eccleſia vſurpatam, dicẽs: Si quis videtur contentioſus eſſe: nos talem conſuetudinem non habemus, neque Eccleſia Dei. Hanc etiam diſcendi rationem Moyſes patres veteris teſtamenti ſeruaſſe docet cùm ait, Interroga patrem tuum, & annunciabit tibi maiores tuos, & dicent tibi. Hac via populum incedere Hieremias monebat, cùm dixit: State ſuper vias antiquas, & videte, & interrogate de ſemitis antiquis, quæ ſit via bona, & ambulate in ea, & inuenietis requiem animabus veſtris. Et Eccleſiaſticus dicit, Non te prætereat narratio ſeniorum: ipſi enim didicerunt à patribus ſuis: quoniam ab ipſis diſces intellectum, & in tempore neceſſitatis dare reſponſum. Denique concilij Tridentini extat huius rei grauiſsimum decretum his verbis. Sacro ſancta œcumenica, & generalis Tridentina ſynodus in Spiritu ſancto legitimè congregata, præſidentibus in ea tribus Apoſtolicæ ſedis legatis,

Chriſtus & Apoſtoli docuerunt modum per traditiones docendi.

Erant quædam myſteria quæ ſolis perfectis viris docebantur. 1.Cor.2. 2.Cor.3.

Multa ſacræ ſcripturæ loca modũ tradunt per traditiones docendi.

Act.16.

1.Cor.11.

2.Theſſa.2.

1.Cor.11.

Deut.33.

Hierem.6.

Eccleſ.6.

Concil. Tridentini Seſſione.3.

tis,

tis,hoc ſibi ante omnia perpetuò pro ponens , vt ſublatis omnibus erroribus,puritas ipſa Euangelij in Eccleſia cõſeruetur:quod promiſſus ante Prophetas in ſcripturis ſanctis dominus noſter Ieſus Chriſtus, Dei filius, proprio ore primũ promulgauit.Deinde per ſuos Apoſtolos , tanquam fontem omnis ſalutaris veritatis,& morum diſciplinæ, omni creaturę prædicari iuſsit: Proſpiciensque hanc veritatem,& diſciplinam contineri libris ſcriptis : & ſine ſcripto traditionibus ipſius Chriſti , quæ ab Apoſtolis acceptæ , aut ab ipſis Apoſtolis Spiritu ſancto dictante, quaſi per manus traditæ , ad nos vſque peruenerunt: orthodoxorum Patrum exempla ſecuta, omnes libros , tam veteris, quàm noui Teſtamenti(cùm vtriuſq; vnus Deus ſit auctor) necnon traditiones ipſas , tum ad fidem , tum ad mores pertinentes,tanquam vel ore tenus à Chriſto , vel Spiritu ſancto dictatas, & continua ſucceſsione in Eccleſia catholica cõſeruatas , pari pietatis affectu , ac reuerentia ſuſcipit, ac veneratur. Sed Brentius ait , In ſcriptura eſt omnis doctrina ad ſalutem ſpectans: quod probari poſſe videtur ex illo Ioannis : qui poſtquam dixerat, Sunt & alia , quæ ſi ſcribantur per ſingula, neq; ipſum quidem mundum capere poſſe , qui ſcribendi ſunt libri. Adiungit, Hæc autẽ ſcripta ſunt, vt credatis, quòd Ieſus Chriſtus eſt filius Dei. Quò ſignificari videtur,literis ea eſſe mandata omnia, quæ homini Chriſtiano credere neceſſe eſt. At Ioannes his verbis ſolùm ſignificat, ea de cauſa ſe Euangelium ſcripſiſſe, vt Chriſtum verum Dei filium eſſe probaret. Quod ſatis ex eis,quæ ab ipſo ſcripta ſunt probatur . Nam ſi in eam partem , quam Brentius exiſtimat,verba eius accipi poſſent; ſequeretur alia multa, quę ab ipſis Euangeliſtis traduntur, & in Actis,& epiſtolis Apoſtolorum ſcribuntur, credere neceſſarium non eſſe : quod vel ipſe Brentius impium , & hæreticum iudicaret. Sed inſtãt aduerſarij, & probare contendunt, nihil eſſe nobis,niſi quod ſacris literis cõſignatum eſt, credendum. Quòd in Deuteronomio dicatur à Moiſe: Quod præcipio tibi, hoc tantùm facito: neque addas quidquam, nec minuas. Sed vt ex eo capite facilè perſpicitur, externum in eo Dei cultum populo præſcribit; & magnoperè cauere vult, ne quiſquam idolorum cultus irrepat:& ea de cauſa præcipit,ne addant quidquam , aut minuant,ne addendo, aut detrahendo , vllo modo idolorum cultores imitari videantur. Quod facilè cognoſcitur, ſi paulò altiùs locus repetatur. Ait enim: Caue ne imiteris gentes ad quas ingredieris poſsidendas; poſtquam te fuerint introeunte ſubuerſæ , & requiras ceremonias earum,dicens : Sicut colue runt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes , quas auerſatur Dominus, fecerunt dijs ſuis, offerentes filios, & filias ſuas, & comburẽtes igni. Quod præcipio tibi,hoc tantùm facito Domino : nec addas quidquam , nec minuas. Eſt etiam dicendi phraſis Hebræa, ad ſignificandum arctè eſſe tenendum , & ſummo iure ſeruandum; ſimilis eius, quæ eſt Deuteronomij quinto capite, Cuſtodite igitur,& facite,quæ præcepit Dominus Deus vobis : non declinabitis neque ad dexteram , neque ad

Ioann. 22. *Ioannes Euangelium ſcripſit , vt Chriſtum verum Dei filium eſſe probaret.*

Deuter.12.

Deuteron. locus accurãtè explanatur.

Phraſis Hebræa eſt, non addere quid quãnec minuere.

Deut.5.

Deut.17.

ſiniſtram. Et decimo ſeptimo capite: Facies quodcunque dixerint, qui præſunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legẽ eius, ſequerisque ſententiam eorum; nec declinabis ad dexteram, nec ad ſiniſtram. Si verò in eam ſententiam, quã aduerſarij iubent, locum ab eis citatum interpretaremur, reliqui omnes Bibliæ libri non eſſent addendi, neq; in ſacrorum librorum numero ponendi, quod ipſi aduerſarij non admittũt. Illud verò Apocalypſis, quod nobis aduerſarij opponunt: Si quis appoſuerit ad hæc, apponet ſuper eum Dominus plagas ſcriptas in libro iſto: ita intelligẽdum eſt, ne quiſquam Ioanni aſſcribat, quod ab ipſo ſcriptum non eſt: eſſet enim nefariũ, ſomnia, aut fabulas ab alio quopiam confictas, in Ioannis viſionibus numerare. Illud autem Pauli, Si quis vobis euangelizauerit, præter id quod euangelizatum eſt, anathema ſit: ridiculè in nos dici putatur. Nam traditiones omnes, ad vnum non ſunt, præter id, quod euangelizatum eſt, vt Paulus intelligit: imò à Deo Apoſtolis traditas eſſe credimus, & per maiores noſtros de manu in manum hanc noſtram perlatas. Brentius tamen nobis obijcit illud Eſaiæ, Numquid populus à Deo ſuo requiret viſionem? pro viuis à mortuis? ad legẽ magis, & ad teſtimonium. Quòd ſi non dixerint iuxta verbum hoc, nõ erit eis matutina lux. Sed tamen, licet variè hic locus exponatur, in eo tamẽ omnes conueniunt, vt hæc verba dicta ſint à Propheta, quò Iudæos deterreat à conſulendis diuinis, & ariolis. Quare ſtultè conuertitur ad traditiones diuinas refellendas. Nam dixerat Propheta proximè, Cùm dixerint ad vos, id eſt, idololatræ, & increduli Iudæi. Quærite à Pythonibus, & à diuinis, qui ſtrident incãtationibus ſuis Nũquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem? id eſt, vos reſponde te, ſtultitæ illos arguẽtes: cæteri populi nonne Deos ſuos percontari ſolẽt? Cur igitur nos Deo noſtro prętermiſſo, Pythones conſulemus? pro viuis à mortuis? id eſt, quis vnquam in rebus viuorum, mortuorum cõſilium petiuit? Nam quanti erit quod illi dabunt conſilium? ad legem magis & ad teſtimonium, id eſt, ex lege potiùs, & teſtimonijs Dei, dirigendorum ſtudiorum noſtrorum conſilium petendum eſt, quàm ex Pythonibus, & ariolis. Quod ſi non dixerint iuxta verbum hoc, non erit eis lux matutina, id eſt, ſtulti habebũtur. Sed in hebręo nonnihil cõmutatur, ita vt aliam ſententiam reddere hæc verba extrema poſsint. Verba autẽ hebræa ſunt hęc. לְתוֹרָה וְלִתְעוּדָה אִם לֹא יֹאמְרוּ כַדָּבָר הַזֶּה אֲשֶׁר אֵין לוֹ שָׁחַר *le tora Ve lithuda im lo iomeru cadabar aze aſer en lo ſahar.* id eſt; per legem, & teſtimonium, ſi non ita dicturi ſunt, quibus non fuerit aurora. Itaque hac vna clauſula hebraicè comprehenduntur: & articulus ל ſit iurantis vox, quaſi dicat; moriar ſi non aliqui ſtolidi, & ſtulti homines ſuadebunt Iudæis, vt diuinos conſulant. Vocat autem ſtolidos, ea periphraſi, quibus aurora non fuerit orta, vt in Sapientia. Stulti de ſe dicunt, ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis: & ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis. Scio nonnullos peritiſsimos Hebræos שָׁחַר vertere ſenſum communem, id eſt ita dicturi ſunt, qui ſenſu carent. Sed diſſoluta nimis exponendorum verborum

Apoc. vlt.

Galat. 1.

Traditiones non ſunt præter id quod Euangelizatum eſt.

Eſai. 8.

Eſaiæ locus accuratè exponitur.

Sapien. 5.

Hebræo-

Hebræorum licentia eſt, in tot illa ſignificationes diſtrahere, cùm vſitatæ ſufficiant. Refellit prætereà traditiones Brentius illa Ezechielis ſententia: In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere, neque iudicia eorum cuſtodiatis. Sed niſi fucũ facere Brentius cuperet, adiungeret quod ſtatim ſequitur, ex quo facilè intelligitur, quæ illa præcepta ſint, à quibus illos cauere iubet. Sequitur enim; Neque idolis eorum polluamini. Narrauerat enim Deus per Prophetam ſceleratiſsima maiorum ſuorum conſilia. Iudicia mea (ait) proiecerũt, & in præceptis meis nõ ambulauerunt, & ſabbatha mea violauerunt; poſt idola enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus ſuper eos, vt non interficerem eos: nec conſumpſi eos in deſerto. Dixi autem ad filios eorũ in ſolitudine; in præceptis patrũ veſtrorum nolite incedere, nec iudicia eorũ cuſtodiatis, nec in idolis eorum polluamini. Huiuſmodi igitur mores, ne filij vllo modo imitẽtur, monet. Non autem ne ea teneant præcepta, quæ ipſe dedit, cuiuſmodi ſunt traditiones. Sed multa Caluinus in traditiones pueriliter iactat, nullis grauioribus argumẽtis munita, inſanis tamen maledictis referta. Sed nos parùm maledicta curamus, aut æquo animo ferentes, Deo vlciſcenda relinquimus: non enim in certamen maledictorũ, ſed in contentionem argumẽtorum venimus. Ait ille, Deum nobis per filium eſſe locutum; Eccleſiamq; Chriſti ſpõſam eſſe: ac proinde ex eius ore ſuſpẽſam eſſe debere. Quæ nos libenter concedimus. At Chriſtus locutus eſt nobis, & verbis ſuis, & Euangeliſtarum ſcriptis: non minùs ergo debet Eccleſia eius verba, quàm Euangeliſtarum, & aliorum ſacrorum auctorum ſcripta obſeruare, & religioſè amplexari. Verba autem Dei, per maiorum manus ad nos delata, traditiones exiſtimamus. Sed aliud argumentum crebris ſermonibus aduerſarij vſurpant; quo vniuerſam doctrinam hãc euertille putant, illud quod Chriſtus in Phariſæos dixit: Benè prophetauit de vobis Eſaias hypocritis, ſicut ſcriptum eſt: Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. In vanum autem colunt me, docentes doctrinas, & præcepta hominum. Sed vide hominum inſaniam, & ſtultitiam ſingularem! Nam vt hac Chriſti ſentẽtia aliquid in nos egiſſe viderentur: probarent traditiones, quas nos defendimus, doctrinam eſſe hominum. Nos enim non hominum, ſed Dei doctrinã eſſe contendimus. Phariſęi autem merito ſuo acriter reprehendendi, & accuſandi erant, quòd baptiſmata calicum, & vrceorum, & alias ſimiles ineptias magnoperè curantes, grauiſsimas Dei leges negligebant: atque adeò ea doctrina homines imbuebant, quæ vehementer erat Dei præceptis contraria. Quod idem ipſe Chriſtus capite citato declarat. Nam deinceps poſt verba prædicta ſequitur: Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominum, baptiſmata vrceorum, & calicum; & ſimilia ijs facitis multa. Et dicebat illis: Benè irritum feciſtis præceptum Dei, vt traditionem veſtram ſeruetis. Moyſes enim dixit: Honora patrem tuum, & matrem tuam; Qui maledixit patri, vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri, aut matri, Corban, (quod eſt donum) quodcunque ex me, tibi profuerit: & vl-

A quibus præceptis parentum Deus filios cauere iubeat. — Ezech. 20.

Caluinus maledictis in traditiones invehitur.

Verba Dei ſunt traditiones.

Marc. 7.

Traditiones non hominũ, ſed Dei doctrina ſunt.

Phariſæi multas ineptias curantes, grauiſsimas Dei leges negligebant.

Heb. 1.

& vltrà nõ dimittis eum quidquam facere patri ſuo, aut matri, reſcindentes verbum Dei per traditionem veſtram, quã traditis; & ſimilia huiuſmodi multa facitis. Iſtorũ criminum ſi quodpiã in traditiones, de quibus loquimur, aduerſarij cõferrent; actũ eſſet de nobis. Sed tam lõgè à tali crimine traditiones abſunt, vt non tantùm doctrinæ Dei contrariæ nõ ſint, ſed etiam pro certa, teſtataq; doctrina Dei habeantur.

CAP. II. *Eccleſiam per Concilia verè docere.*

DVos modos propoſuimus, quibus nos Eccleſia ad veram pietatẽ, & religionem informat; traditiones, & Concilia. Egimus de primo modo; agamus de ſecundo. Quẽ aduerſarij non minori, ſed longè maiori vi, quàm primum infringere, & labefactare nitũtur. Nihil enim magis ipſi, quàm Eccleſiæ Cõcilia horrent. Hæc enim via facilè eorũ inſidias detegit, & perfidos conatus cõprimit. Sed cùm apertiſsimè iam demonſtrauerimus, ſummam eſſe vim, & auctoritatẽ in maiorum traditionibus, ad ea nobis probanda, quæ ad fidem, & religionem ſpectant; ex eis facilè probabimus, hanc certiſsimam eſſe viam expediẽdi grauiſsima noſtræ religionis negotia. Nam ſi nouiſsima Eccleſiæ tempora conferam primis, nullũ tẽpus reperietur, in quo cùm graues extiterint inter catholicos quæſtiones, non ſint conuocato concilio explicatæ. Nam vt à Chriſti tẽporibus initium ſumam: ſimul atq; ipſe eſt in cœlum profectus; quoniam ex vſu erat Eccleſiæ, alium Apoſtolum in locũ Iudæ proditoris ſufficere: quo pacto tam graue negotium Eccleſia cõfecit? Nonne id in Actis narratur, Cũ eſſent ſimul in cœnaculo viri cẽtum viginti, hanc eis Petrum, tanquã Eccleſiæ caput, quæſtionem deliberandam propoſuiſſe; atque ex omnium ſentẽtia, duos eſſe conſtitutos: vt ſortitione facta, Apoſtolus ex eis ſeligeretur. In quo animaduertere licet, quã eximia ſit Cõcilij auctoritas. Cuius enim munus putaretur eſſe Apoſtolũ deligere, niſi ipſius Chriſti? qui dixit Apoſtolis: Ego vos elegi de mũdo: & alio loco: Nõ vos me elegiſtis, ſed ego elegi vos. Cumq; poſt reſurrectionem dies quadraginta, vt Lucas teſtatur, inter diſcipulos verſaretur, quibus facilè poſſet alium Apoſtolum facere: noluit tamen, ſed has partes Eccleſiæ detulit; vt intelligeretur tanquam Chriſti corpus, Chriſti perſonam in terris agere: ipſaq; oſtendit Eccleſia, concilium totius Eccleſiæ partes ſuſtinere: quandoquidem concilium hoc tam graue, Chriſti, & Eccleſiæ munus executum eſt. Vtq; ſignificaretur, magnum vſum, atque commercium concilio cum Chriſto vero Deo eſſe: noluit ipſum Apoſtolum deſignare, ſed quaſi rem tã grauem cum Chriſto, Eccleſiæ ſponſo, cõmunicans, precibus adhibitis, ſortitionem fecit, vt ſors ſponſi ſui ſententiam declararet. Quãdo etiam illa grauiſsima quæſtio, de veteris legis obſeruatione, inter catholicos orta eſt, quod initum eſt concilium ad illam explicandam? In Actis etiam narratur, Apoſtolos, & Seniores in vnũ conueniſſe, ac rem deliberaſſe. Anne quiſpiam inuẽtus eſt catholicus, qui ſe illi decreto auderet opponere? aut qui non ſanctè, ac religioſè tenendum

Aduerſarij nihil magis quàm Eccleſiæ Concilia horrent.

Eccleſiã per Concilia verè docere.

Eccleſiæ grauiſsimas quæſtiones Concilio conuocato ſæpius explicatas eſſe.

Primum Apoſtolorũ Concilium.

Act. 1.

Eccleſia cõcilio, alium ſuffecit Apoſtolũ.

Quãta ſit Cõcilij auctoritas oſtẽditur.

Significatur vſum magnũ cum Chriſto eſſe Concilio.

Act. 15.

Secundũ Apoſtolorũ Concilium.

dum eſſe putaret? In quo etiã animad uertere aduerſarij deberent, quã grauibus verbis ab Apoſtolo Petro Senatuſconſultũ pronũtiatum ſit: Viſum (inquit ille) eſt Spiritui ſancto, & nobis. Ex quo perſpicitur, concilio Spiritum ſanctũ præfuiſſe, factumq; eius auctoritate decretum. Deinde, quando Eccleſia poſt infinitas calamitates, & aſsiduas ærumnas, tẽporibus Conſtantini caput extollere, & aliquãdo reſpirare potuit, & Arrius Eccleſiæ ſtatũ prauis opinionibus labefactare vellet: quomodo eum Eccleſia cõfregit, & improba eius dogmata damnauit? Nonne effecto frequenti Niceæ ſenatu? Deinde nonne Eunomiũ Conſtantinopolitano concilio cõfutauit? Macedonio, & Epheſino, Neſtoriũ? Chalcedonenſi, Euticem? Prætermitto, ne longus ſim, multa prouincialia concilia, præter iſta, ſuperioribus temporibus habita. Vtq; omnia in pauca conferam; ſi ſuperiorum temporum memoriã repetamus, hac vna via Eccleſia hæreſes omnes extirpauit, ac ſuſtulit: veramq; diſcipulis ſuis doctrinam propoſuit. Quamobrem tam vetus, & antiqua conſuetudo in Eccleſia, à Spiritu ſancto gubernata, oraculi vim obtinere debet. Iam verò Paulus ait: Oportet hæreſes eſſe, vt & qui probati ſunt, manifeſti fiant: id quod aduerſarij libẽter fatẽtur. Nam ſe inter ſe hæreſeôs damnãt. Nũquid eſt aliqua certa ratio in Eccleſia Dei conuincendi hæreticũ? Sanè quidem eſt, dicunt illi: ſacrorum librorum teſtimonia citando. At citant etiam hæretici multa ſacrarum literarum teſtimonia. Aſſeuerãt enim Pelagiani, poſſe nos naturæ viribus, vitam ęternam mereri. Nam dediſſe nobis poteſtatẽ filios Dei fieri, Ioannes ſcribit. Quo ergo pacto conuincam Pelagianũ, non eſſe in eam ſentẽtiam locum illũ accipiendum? Non cõuenit inter nos, & Luterum, de multis rebus ad religionem ſpectãtibus? Vterq; noſtrũm ſacros libros teſtes appellat: reſtat ne aliquis actus, quo quid verũ, quid tenendum ſit ſtatuatur? Si negent, fateatur neceſſe eſt, Deum optimum maximum non ſatis proſpexiſſe, non ſatis Eccleſiæ ſuæ, quam perpetuã eſſe voluit, cõſuluiſſe. Nam cùm res ita ſe habeant, mirificè erit de ſua ſalute ſolicita, neq; re vlla leuari poterit. Si enim Luteranos ſequatur, clamamus nos ad optatum portum nunquã peruenturam, ſed miſerum naufragiũ facturam. Sin autem ſe ad nos cõuertat, Luterani tota via errare clamãt. Quomodo igitur ſe ijs difficultatibus expediet? Anne diuinæ prouidentiæ eſt, & eius, qui eã vnicè amat, ita eã ſtabilire, vt in perpetuis anxietatibus verſaretur? præſertim quòd ei Chriſtus vſq; ad finẽ ſeculi ſemper adfuturum promittat. Illud igitur, illud remediũ ei reliquũ eſt, quo iam diu in huiuſmodi periculis vſa eſt: frequẽs ſenatus habeatur, perfidi conuincãtur hæretici; minimè ampliùs tergiuerſari ſinãtur. Sed poſtulãt aduerſarij, vt aliquod ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimoniũ afferamus, quod cõcilium errare nõ poſſe teſtetur. Sed viciſsim & ego ab eis poſtulabo, vt proferãt aliquod ſacro ſanctæ ſcripturæ oraculũ, quod Euangelium Ioãnis, à Ioanne compoſitum fuiſſe, aut à Deo dictatum, aut nihil in eo erroris eſſe pronũtiet. Nullo equidẽ modo id explicare poſſunt ij, qui nihil credendũ arbitrantur, niſi quod literis ſanctis cõſignatum ſit. Nos autem & hanc, & ſuperiorem, ab aduerſarijs propoſitam quæſtionem, facilè

Cõcilio Niceno Arrius Eccleſia cõpreſſit.

Concilio Conſtantinopolitano Eunomium confutauit.

Concilio Chalcedonio & Epheſino, Neſtorium. Chalcedonenſi, Euticem.

Hæc vna Concilij via Eccleſia hæreſes omnes extirpauit.

Ioan. 1.

Eccleſia per concilia grauiſſimis ſe difficultatibus expedit.

Matt. 28.

Eccleſiæ conſuetudo Concilij conuocãdi pro diuino eſt oraculo.

vna ratione expediemus: vt hic totius Eccleſiæ conſenſus, priſtina conſuetudine firmatus, & per maiorum manus ad nos tranſlatus, concilij conuocandi, ad Eccleſiæ lites componendas, pro diuino nobis ſit oraculo. Hac etiam vna ratione Eccleſia cõmota, religioſè Ioannis Euangelium ample ctebatur, antequàm de hac re Concilium in Eccleſia eſſet. Superiore enim capite probaui, quantam religionem, maiorum traditiones habeant. atque adeò antiquior in Eccleſia eſt Concilij conuocatio, & auctoritas, quàm Euangelium Ioannis. Sed volunt aduerſarij, vt vniuerſa Eccleſia congregetur, vt verè, quod ibi fuerit ſtatutũ, Eccleſiæ decretum eſſe dicatur. Sed quî fieri poteſt, vt vniuerſa Eccleſia congregetur, quæ vniuerſum per orbem diffuſa eſt? Deinde quid abſurdiùs, quàm mulieres, fabros, ſutores, cerdones, & reliquos de media plebe ignaros viros rogari de fide, ac religione ſententiam? præſertim quòd Paulus mulieres minimè docere permittat: ſed cùm omni vult ſilentio diſcere. Homines verò indocti, qui docere poſſunt, cùm ipſi omnino doctrina vacent? Cumq; in Eccleſia multa concilia habita ſint; nunquam ſimiles homines conuocati ſunt: imò verò, ſicut ex maiorum noſtrorum traditione, Concilij diuina nobis cõſtat auctoritas: ex eadem diſcere etiam poſſumus, qui viri ſint ad Concilium conuocandi. Si enim ſuperiorũ temporum memoriam percurramus, ſolos ſacerdotes, & Dei cultui dedicatos viros, ad concilia cõuocatos fuiſſe reperiemus. Nam facta in Eccleſia ſeditione, de lege veteri obſeruanda, vel non obſeruãda; narratur in Actis, miſſos fuiſſe Paulũ, & Barnabam, ad Apoſtolos (ait Lucas) & presbyteros in Hieruſalem, ſuper hac quæſtione. Quo ſignificatur, taliũ virorũ eſſe partes, quæſtiones Eccleſię, & cõtrouerſias explicare. Et in Concilio Niceno, cùm multorũ ſacerdotũ, & Epiſcoporũ nomina apud Cõſtãtinũ deferrentur; noluit ipſe iudiciũ ſuũ interponere, ſed cauſas eorũ integras, ad cõciliũ ſacerdotum detulit; dicés inter alia, quæ. 8. c. narraui: Nos à vobis rectè iudicamur; vos autẽ non poteſtis ab hominibus iudicari. Vos enim nobis à Deo dati eſtis dij. Narrat etiam Sozomenis, q̃ cũ Imperator Valẽtinianus per Thraciã Romã iret, Epos Helleſpõti, & Bithynię per legatũ ab eo poſtulâſſe; vt prẽſens adeſſe vellet, ad Eccleſię dogmata, & inſtituta cõformãda: reſpõdiſſeq;, ipſum non attingere in huiuſmodi rebus intelligere; quippe qui vnus eſſet de plebe: ſed ſacerdotũ has eſſe partes. Ambroſius cum Auxẽtio Arriano, noluit Valẽtiniano Imperat. iudice, diſputare. Cuius rei plures ipſe rationes dedit Epiſt. 32. ad Valẽtinianũ: qua hũc, quẽ dico, Eccleſiæ morẽ fuiſſe teſtatur. Ait em: Quãdo audiſti (clemẽtiſsime Imperator) in cauſa fidei, laicos, de Epo iudicaſſe? Ita ergo quadam adulatione curuamur, vt ſacerdotalis iuris ſimus immemores, & quod Deus donauit mihi, hoc alijs putẽ eſſe credendũ? Si docendus eſt Epiſcopus à laico, quid ſequatur? Laicus ergo diſputet, & Epus audiat: Epiſcopus diſcat à laico. At certè, ſi vel ſcriptuarũ ſeriẽ diuinarũ, vel vetera tempora retractemus, quis eſt, qui abnuat, in cauſa fidei, in cauſa, inquã, fidei, Epos ſolere de Imperatoribus Chriſtianis, non Imperatores de Epiſcopis iudicare: memoratq; ita eſſe nõ dictis tantũ: ſed legibus etiã Imperato-

Antiquior eſt in Eccleſia Cõcilij cõuocatio, quã Euangelium Ioannis.

Non oportet totam Eccleſiam in concilio congregari.

1. Tim. 2.

Solos Sacerdotes ad concilium conuocari ſolere.

Act. 15.

Cõſtãtini ſententia, ex quibus Cõcilium cogi oporteat.

Valentiniani ſententia, quos attingat Concilium.

Ambroſius noluit cum Arriano, iudice Imperatore, diſputare.

Martianus Imperator quid de ſacerdotum poteſtate ſenſerit.

peratorijs ſancitum ; in cauſis fidei, ſolos ſacerdotes eſſe, iudices. Martianus Imperator in concilo Calcedonẽ ſi dixit: Satiùs eſſe, vt multa ſacerdotum potiùs legibus, quàm Imperatorũ ſtabiliãtur? Baſilius Imperator, in fine octaui concilij multis, grauiſsimiſq; verbis de hac re diſſeruit; dicitq;, fas non eſſe laico vlli, quamlibet amplũ dignitatis gradum obtineat, verbum vllum de rebus Eccleſiæ facere. Sed hoc officij munus ſacerdotibus eſſe deferendum. Quippe quibus Eccleſiæ claues ſint à Chriſto tributę, paſtores etiã facti: qua de cauſa, Chriſtũ allegaſſe populum ad Scribas, & Phariſæos, non ad principes, & optimates, cum diceret; Super cathedram Moyſis ſederunt Scribæ, & Phariſæi, quæcumq; dixerint vobis facite, ſecũdum opera eorum nolite facere. Eccleſiæ igitur conſuetudo declarat, nõ eſſe neceſſe, vt laici vlli ad concilium vocẽtur; licet docti habeãtur, & magnis honoribus fungantur: Nedum ſi homines ignari, de mediàque plebe ſint. Integrum verò ſit laicis, concilium monere, de quibus rebus agere expediat: ſicut in concilio octauo poſtulatũ fuit à principibus, vt quod vellent, ex concilio quærerent. Id quod ipſi modeſtiſsimè fecerunt, fatentes, ſuo iuſſu nixi, ex eis auſos fuiſſe quærere, non quòd vllam decernẽ di poteſtatem habere putarent. Illud igitur regum, principum, Imperatorum chriſtianorum, princeps munus eſto: vt quę cõcilijs ſãcita, & inſtituta ſint, regnis, & imperijs ſuis expromi curent. Vt igitur, vnde ducta eſt noſtra reuertatur oratio. Non oportet, vt aduerſarij putant: in concilia, vniuerſam Eccleſiam conuenire, vt legitima, iuſtaque habeantur. Non enim omnium eſt docere, quod munus in concilij conuocatione requirimus. Iam verò ſunt multa ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimonia, quæ conciliorum ſummam auctoritatem declarant: vt illud quod Chriſtus apud Matthæũ, Petro dixit, ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi vt ethnicus, & publicanus. Quæ vox, quod Eccleſiæ imperium proprius eſſe poteſt, quod Chriſtus hoc loco audiendum ſignificat, quã concilij generalis conſultum? aliter enim, quàm per concilium, Eccleſia, nec loqui, nec vox eius audiri poteſt. Eccleſiam vocat Paulus columnam, & firmamentum veritatis. Quî poteſt intelligi columnam eſſe, & firmamentum veritatis, niſi veritatem, tum docendo, tum defendẽdo? Quî verò iſtuc præſtare, niſi per œcumenica concilia poteſt? De Paulo, & Timotheo ſcribitur in actis, quod cum pertrãſirent ciuitates, tradebãt eis cuſtodire dogmata, quæ decreta erant ab Apoſtolis, & Senioribus, qui erant in Ieroſolymis. Quæ quidem & ſuis concilijs ab Apoſtolis, & Senioribus facta fuiſſe planiſsimum eſt. Magni igitur Paulus æſtimabat concilia: quandoquidem ſimul cum Euangelio conciliorum conſulta tradebat. Sed vt fraudes, & calumnias aduerſariorum explicemus, operæpretium eſt intelligere, de quo loquamur concilio, cùm tantam ei auctoritatem tribuamus. Eiuſmodi igitur cõcilium futurum eſſe intelligimus, quod tum generale ſit, tum Pontificis maximi auctoritate conuocatum. Si enim ſpeciale ſit, poteſt, teſte Auguſtino errare. Non enim totiùs Eccleſiæ, ſed illius prouinciæ perſonam ſuſtinet. Quare nihil nos aduerſarij oppugnant, cùm de magno

Baſilius Imperator quos putauerit attingere de rebus Eccleſiæ diſſerere.

Matt. 23.

Laici poſſunt mouere concilium, de quibus rebus agere expediat.

Iulius regũ eſt vt expromi curent quæ ſunt cõcilio inſtituta

Mat. 18.

Eccleſiæ vox per Concilia effertur.

1. Tim. 3.

Eccleſia columna eſt veritatis, veritatem docẽdo & defendendo.

Act. 16.

Cuiuſmodi oporteat eſſe concilium vt legitimum habeatur.

Auguſtinus lib. 2. de bap. par. contra Donatiſt. c. 3.

Cur errauerit cõcilium Carthaginense. Cyprianus.

magno illo errore memorant cõcilij Carthaginẽſis,cui ſanctus adfuit Cyprianus; quo decretũ eſt, iterum eſſe baptizãdos, qui ſemel fuerint ab hæreticis baptizati. Fuit enim illius prouinciæ, non totius Eccleſiæ concilium. Errare poteſt etiã,ſi non ſit Pontificis maximi auctoritate coactũ. Nã ſicut ipſe ad totius Eccleſiæ gubernacula ſedet,vt iã demonſtrauimus;ſuumq; imprimis eſt, ſancta, & religioſa doctrina Eccleſiã paſcere: ita res omniũ in Eccleſiæ adminiſtratione grauiſsima,(qualis cõcilij conuocatio eſt)nõ niſi de Pont.max.auctoritate fieri poteſt. Quod idem Eccleſiæ cõſuetudo probat. Nã vt.5.cap.demonſtraui,nõ niſi prẽſentibus Pont. max. Legatis, ſanctiſsima Eccleſiæ concilia habita ſunt: & vt rata, quæ fiunt in concilio decreta,habeãtur,eiuſdẽ cõprobatio ſemper à Patribus concilij requiſita eſt,vt iã oſtendimus. At dicũt aduerſarij,conciliũ primum Nicenũ,auctoritate non Pont.max. ſed Conſtãtini Imperatoris conuocatũ, & habitum fuit. Sed nos id falſiſsimum eſſe dicimus. Nã fuit auctoritate Iulij Põtificis cõuocatum. Quod intelligitur ex eo,quòd eius legatus Oſius,epus Cordubẽſis,adfuit: ope tamen atq; prẽſidijs Imperatoris, potuerunt epiſcopi conuenire. Nolebant enim Arriani, quorũ tum erat magna potẽtia, conuenire; & cõciliũ pro virili parte diſſipare nitebãtur. Quamobrẽ oportebat Imperatoris poteſtatẽ, & opẽ interuenire;quæ nolẽtes cogeret,volẽtesq; ſecuros redderet. Debet igitur conciliũ Pont.max.auctoritate cogi, & haberi:quod intelligitur,ſi eius adſint legati. Quare licet cõciliũ Arimineſe,Epheſinũ ſecundũ,& Conſtantinopolitanũ,regnante Cõſtantino habitum,errauerint,vt nobis aduerſarij obijciunt: nihil noſtrã refellit ſententiã. Ea enim de cauſa conciliũ Arimineſe, cuius meminit Euſebius, toto cœlo errauit, aſſeres, Filiũ eſſe minorẽ Patre,atq; creaturam: quòd inuito Liberio Papa, vt idẽ auctor teſtatur, habitũ fuit. Et cõcilium Epheſinum ſecundũ, licet principiò legitimè fuerit vocatũ, poſtea tamẽ veniẽte Dioſcoro, cùm res magis vi, & armis, quã ratione geri cœpiſſent,legati Pontificis max. ſe in fugã contulerũt: illisq; abſentibus,alij frequẽtes in Dioſcori, & Euticetis ſententiã ierũt. Conciliũ verò Cõſtantinopolitanũ,non Pont. max.ſed Conſtantini fuit vi, atq; potentia coactũ: & ob eam rẽ, eius arbitratu, imaginũ vſus interdictus fuit. Nullũ deniq; generale cõciliũ erraſſe docebitur, quod non aut ſchiſmatis tempore nõ iuſtè habitum fuerit; aut renuente Pontifice max.non conuocatũ. Luterus tamen vult, ſcripturam iudicẽ eſſe cõciliorum, id quod probat Brẽtius,quòd in Actis ſcriptũ ſit,quòd cùm Sylas, & Paulus ingreſſi eſſent Synagogã, nobiliores eorũ, qui ſunt Theſſalonicæ, ſuſceperunt verbũ cum omni auiditate, quotidie ſcrutantes ſcripturas, ſi hæc ita ſe haberẽt. Ex ſcripturis igitur, non ex cõcilijs(inquit ille) veritas quærẽda eſt. Sed ego fateor ſacras literas ſcrutari oportere,quò vera eruatur doctrina. Id quod ipſa concilia faciunt. Nã diuinis oraculis decreta ſua cõfirmare conſueuerunt. Sed quoniam vnuſquiſque in ſuam ſententiam ſcripturam ſacram trahere conatur, certo, vero, ſapientiq; aliquo magiſtro nobis opus eſt: ad quem, cùm diſſenſio inter catholicos fuerit, confugiẽtes, tutiſsimũ veritatis portũ reperiamus.

Cur oporteat concilium de Põtificis maximi auctoritate fieri.

Conciliũ Nicenum auctoritate Pontificis maximi conuocatum fuit.

Ex quo intelligatur conciliũ auctoritate Põt. max. cogi.

Cur Arimineſe, Epheſinũ ſecundum, & Conſtantinopolitanũ Concilium errauerint.

Luterus.

Brentius. Act.7.

Conciliũ oportere ſacram ſcripturam ſcrutari.

Cuiuſ-

Cuiuſmodi cõcilium eſſe planũ argumentando fecimus. Magis id adeò, quòd multa, quæ ad fidem ſpectant, vt antè docuimus, non ex ſcriptura, ſed ex maiorũ traditione didicimus.

Auguſt. *Sufficit ſine teſtimonio ſcripturæ cõcilij auctoritas ad refellẽdum hæreticum.* Quæ ſi quiſpiã hæreticus audebit negare, nihil eſt quo illũ, niſi concilij auctoritate, refellamus. Vt Patrem Deũ eſſe ingenitum, credere omnes Chriſtianos oportet. Teſtatur tamen Auguſtinus, in ſcripturis ſe id inuenire nõ potuiſſe. Itẽ dies Dñicos feſtos eſſe agẽdos; Sanctorũ imagines eſſe colẽdas; & id genus alia, ſacra noſtra religio docet: quæ tamen ex ſcripturis hauſta non ſunt, ſed à concilijs tradita. Quare nõ ſola ſcriptura iudice, ac magiſtra, nobis vtendũ eſt in ſacra diſcẽda doctrina, vt Luterus, ac Brẽtius

Luterus.

Brentius.

præcipiunt. Sed Ioãnes (inquit Brentius) præcipit, ne omni ſpiritui credamus; ſed vt probemus, vtrùm ex Deo ſit. Nõ igitur ita temerè nos concilijs credere debemus. At Ioãnes vult, vt probemus ſingulorũ hominũ doctrinã, ſi noua illi, & antè inaudita dicãt: quoniam multi (ait) pſeudoprohetæ exierunt in mundũ. Veruntamẽ, quæ concilia docẽt, ſine vlla dubitatione amplectẽda ſunt: quoniã totius Eccleſiæ perſonã ſuſtinet, quæ nũquã pſeudopropheta extitit, ſed colũna, & firmamẽtũ veritatis, vt Paulus ait. Illud autẽ Pauli quod in nos Luterus citat: ſed licet nos, aut Angelus ẽ cœlo euãgelizet vobis, præterquã quod euãgelizauimus vobis, anathema ſit: ridiculè nobis obijcitur. Nihil enim cõcilia tradũt, neq; tradere poſſunt, prẽterq; quod euãgelizatũ eſt. At Paulus (inquit Luterus) ait: Quòd ſi ſedẽti reuelatum fuerit, prior taceat. Quibus verbis (inquit ille) Paulus præcipit, vt maior minorẽ audiat, cui à Deo quidpiã

1. Ioan. 4. *Non concilij, ſed ſingulorum hominum doctrina, eſt vnicuique probanda.*

Galat. 1.

1. Cor. 14.

traditũ, & reuelatũ eſt. Nõ igitur Papa, nõ conciliũ hoc ſibi docendi munus debet arrogare; ſed ei potiùs relinquendũ, cui à Deo fuerit delatũ. Sed quàm puerilis hęc argumentatio ſit, quãtisq; in rebus peccet, vel cęcus cernet. Primũ, cùm Paulus priorẽ dicit, nõ dignitatis, vt Luterus puerilitẽr intelligit; ſed tẽporis ordinẽ ſignificat. Id quod facilè ex Pauli verbis intelligitur. Nã dicit, Prophetę autem duo, aut tres dicant, & cæteri diiudicent; quòd ſi alij reuelatum fuerit ſedenti, prior taceat: prior, inquam, id eſt, qui prior locutus fuerat. Deinde hoc loco Paulus ſingulos inter ſe homines cõparat. Quãobrẽ alia ratio eſt, ac ſi ſinguli cũ Eccleſia parẽte, quę ſuã auctoritatẽ in cõcilio exprimit, cõparẽtur: cui oẽs Chriſtianos, vt filios parentibus, dicto audiẽtes oportet eſſe. Iã verò ſi Deus certo cuipiã homini quidquã reuelaret, libẽter eũ vniuerſa audiret Eccleſia: ſicut Eſaiã, & Hieremiã, Ioannẽ, & Paulũ audiuit. Quid autẽ ex Lutero quęramus, nobis erit; ſi propter varias de religione opiniones, diſſenſione arderet Eccleſia: nulliq; homini dicta Dei fuerit ſentẽtia. Equidẽ ſi ad conciliũ nõ cõfugiamus, vniuerſa cõcidet Chriſtiana reſpublica. Qua re nimis pueriliter locus ille Pauli cõtra nos citatur. At Iacobus (inquit Luterus) Petri mutauit (vt narratur in Actis) ſentẽtiam. Quod nõ verè dicitur. Imò ad verbum Petri eſt ſententiam ſecutus: vt legenti perſpicuum erit: & vt Petri mutaret ſententiam, non cõcilij, de cuius auctoritate nũc diſputamus. Cùm igitur firmiſſimis argumẽtis concilij auctoritatem demonſtrauerimus, vel inuitis aduerſarijs, ſuo decreto hanc noſtram ſentẽtiam, & reliquas alias cõfirmabimus.

Pauli locus accuratè explicatur.

Act. 15.

In con-

Concilium Constantiense.

In cõcilio enim Cõstantiensi ita definitur. Primò, quòd ipsa Synodus Spiritu sancto cõgregata, legitimè generale concilium faciens, Ecclesiã catholicã militantẽ repræsentans, potestatẽ à Christo immediatè habet, cui quilibet, cuiuscũq; status, vel dignitatis, etiã ipsa Papalis dignitas, obedire tenetur in ijs, quę pertinẽt ad extirpationem dicti schismatis, & reformationem generalem Ecclesiæ Dei. Hęc sunt verba concilij; ex quibus facilè perspicitur, non significari, cõcilium generale, auctoritate præstare Pontifici maximo; sed eum debere cum toto facere concilio, ad schisma, quod tunc vexabat Ecclesiam, componendum. Quod ea de causa dico, quòd hoc nobis concilium opponit Luterus, contra concilium Nicenum primum, in quo Pontificem maximum, omnibus Ecclesijs præesse docetur: & contra Florentinum, in quo decernitur, toto concilio Pontificem maximum superiorem esse. Et vt vnde egressa est, nostra redeat oratio, illud igitur testatum, notumq; sit, conciliũ legitimè coactum, errare non posse in ijs, quæ ad fidem, & religionẽ spectant.

Concilium Cõstantiense cõciliatur cum Niceno, & Florentino.

CAP. 12. *Ecclesiam posse res nouas religiosè credendas proponere.*

EX ijs quæ diximus, facilè intelligitur, Ecclesiã, per cõcilia posse res multas, quas antè ignorabamus, aut non ita veras putabamus, nobis sanctè, & religiosè, tanquam diuina responsa, credendas proponere. Id quod Luterus perfidè negat. Erant illæ quidem eiusmodi, quę vi, & natura sua credi deberent: latebant tamẽ anteà, in tenebris q; iacebãt, quòd nullius expositoris lumen accesserat: semel tamen ab Ecclesia expositæ, & Christianis ad credendum traditæ, ab eadem Ecclesia expungi, & ad incertum reuocari non possunt, quòd eas iam, vt iam dudum expositi, nõ propter Ecclesiæ, sed propter Dei auctoritatem credamus. Quemadmodum postquàm mihi Euclidis propositionem magister explicauit; licet ipse reuocaret sententiã, & quæ dixit, prorsus negaret; meum mihi de illa re iudicium non posset eripere: quòd nõ propter magistri auctoritatem, sed propter demonstrationem assentior. Sicut ille perfectissimus nostræ religionis magister Paulus, Galatis scripsit: Licet nos, aut Angelus de cœlo euãgelizet vobis, præterquàm quod euãgelizauimus vobis, anathema sit. Nam si tantùm illa, quæ sacris literis consignata sunt, nobis religiosè credenda fuissent; cur crederemus Euãgelia quatuor, Euangelistarum vera esse Euangelia? Esaiam esse Esaiam? sacros omnes deniq; libros esse sacros? Orta illa grauissima quæstione, vtrũ iterum essent baptizandi ab hæreticis baptizati: quomodo posset expediri, cùm à sacra Scriptura non explicetur? Integrum igitur Ecclesiæ esse debet, priora illa Apostolorum tempora imitari: eandemque in illa explicanda iniri rationem, quam sanctos Apostolos iniuisse in casu simili, sacra ipsa Scriptura commemorat. Cõcilium conuocet, in quo Spiritu sancto suggerente, vera exponatur sententia. At fundamentum aliud (inquit Luterus) nemo potest ponere, præter id quod positũ est, vt Paulus auctor est: sed non ponimus aliud: quod positum

Ecclesiã non posse ad incertum reuocare, quod semel ad credendum proposuit.

Gal. 1.

Ecclesiã posse ad credendum proponere quidpiam præter id quod in scriptura sacra est.

1. Cor. 13.

ſitũ longiùs, in Eccleſię q; cõſpectum producimus. Nã ſi conciliũ quidpiã cõtrà, quã iã edocti ſumus, doceret; aliud quidẽ poneret fundamentũ. Id tamen minimè accidere poteſt. Illud etiã conſequẽs eſt, impiã, & iniquam eſſe illã Luteri ſententiam. Hæreticũ non eſſe, à Papa, cum magna Eccleſię parte, à cõcilio deniq; diſſentire, ſi tradãt ea, quę ad ſalutem non neceſſaria ſunt. Nã cum eadẽ Eccleſia, qua Deus ipſe, qui ei ſemper adeſt, valeat in docendo auctoritate: quippe quæ fallere non poſsit: ipſa aliquid tradente, nihil amplius dubitare, nihil exquirere, nihil explorare debemus: ſed ita eius doctrinam accipere, vt à Theſſalonicenſibus Pauli fuit accepta doctrina. De quibus ſcribit ipſe; Quoniam cũ accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud, non vt verbum hominum, ſed ſicut eſt verè verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis. Aliter enim ſi fieri licet, nullus eſſet finis in Eccleſia litium, neq; quęſtionum. Nam cùm ſe hac via hæretici conuictos viderent, clamarent ſtatim; non eſſe, de quo agitur, ad ſalutem neceſſarium. Et ita rurſus res ad incertum reuocaretur. Tam modeſtè ſe tamen pia mater Eccleſia gerit, vt rem nullam doceat, filijſque ad credendum proponat: niſi quæ ſummoperè & ad religionem noſtrã, & ad ſalutem adipiſcendam attineat. Si quidem nulla vnquàm fecit decreta de rebus phyſicis, mathematicis, aut metaphyſicis. Illud tamẽ Deuteronomij nobis Luterus opponit: Nõ addetis ad verbũ, quod ego loquor vobis, neque auferetis ex eo. At multa addidit poſtea Dauid; vt videre eſt in primo libro Paralipomenẽon, de ratione diuinarum laudum canendarũ. Ipſiq; Apoſtoli in nomine Chriſti baptizabant; cùm in nomine patris, & filij, & Spiritus ſancti eos Chriſtus baptizare præcepiſſet. Quare nihil addendũ Moyſes iubet, quò quidpiã aliud detrahatur: aut vt nihil Moyſi aſſeri batur, quod ab eo dictũ non fuerit. Et ita fas Eccleſiæ nõ eſſet quidpiam, vel Moyſi, vel Euangeliſtis, alijſve ſacris auctoribus, tanquã ab eis ſcriptũ addere. Deus tamen minimè vetat, alias, & alias ferre leges, ſi tempora id diuerſa poſtulẽt, ampliùſq; ſacrã doctrinã explicare, ad ſedãdas, excitatas de religone cõtrouerſias. Hunc verò Deuteronomij locum ampliùs expoſuimus capite nono, cũ de traditionibus ageremus. Cętera quę Luterus in hanc ſententiã garrit; aut nugæ ſunt, aut eius quotidiana, & nugatoria cõuitia: quòcirca miſſa fiant.

Hæreſis.

Hæreticũ eſſe à concilio diſſentire, licet ea tradat quæ non ſunt ad ſalutẽ neceſſaria.

1. Theſſ. 2.

Deut. 4.

Quo pacto fas non ſit addere literis canonicis.

CAP. 13. Eccleſiam verum eſſe ſacrarum literarum interpretem.

ECcleſiã, certiſsimã eſſe religionis magiſtrã, ac nobiſcũ per cõcilia, & traditiones loqui, declarauimus. Ex ijs facilè intelligi licet, hoc tã tũ offi cij munus, in ſacris ſcripturis explicãdis, potiſsimũ exequi. Nã omnes ferè cõtrouerſię, & difficultates, quibus Eccleſia cõflictatur, in ſacrarum literarũ explicatione verſantur. Siquidẽ Eccleſia, & eius hoſtes hæretici, vltrò, citròq; ſacræ ſcripturæ teſtimonia citãt. Idcirco veriſsimo, & certiſsimo aliquo interprete opus eſt ad ea loca, quę faceſſunt negotiũ, exponenda. In quo ita nobis aduerſarij oẽs reſiſtũt, vt negẽt, ſacras literas vlla interpretatione indigere, difficileſq; explicatus habere: ſed facilè vnumquẽque per ſe, ſine magiſtro vllo, eas poſſe intelligere. Quòd illud (vt opinor) pertinaciter defendant: nõ Eccle

Eccleſiam eſſe ſacrarum literarum interpretem.

Negant aduerſarij ſacras literas vlla interpretatione indigere.

Eccleſia tantum ea docere conſueuit quæ ad religionem ſpectant.

siam, sed tantùm scripturam sacram, omnium controuersiarum, quæ de religione, fideque fuerint, iudicem esse. Sed talis opinio, quàm non solùm impia, & temeraria, sed etiam stultissima, & ridicula prorsus sit, ex eo licet cognoscere, quòd ijs omnibus difficultatibus obstructi sunt sacri libri, quibus sermo, & oratio quæuis obscurissima reddi potest. Nam tropis, & figuris abundat, multa breuiter, & nimis crociserè dicuntur, variis, & multùm peregrinis linguis, ab auctoribus scripti sunt, variis versionibus ancipites propè, & difficillimæ redditi. Aut igitur liber nullus obscurè scribi potest: aut libri sacrosancti obscurissimi sunt. Et Eunuchus ille Candaces Reginæ, à Philippo interrogatus, an ne intelligeret, quæ legebat; respondit, quomodo intelligere possum, si non aliquis ostenderit mihi? Et apostolus Petrus, de Pauli epistolis dicit; sicut charissimus frater noster Paulus secundum datam sibi sapientiam scripsit vobis: sicut & in omnibus epistolis, loquens in eis de his, in quibus sunt quædã difficilia intellectu, quæ indocti, & instabiles deprauant, sicut, & cæteras scripturas, ad suam ipsorum perditionem. Non igitur faciles, sed difficiles sunt saltim Paulinæ epistolæ, ita Petro asseuerante. Depraua ri etiam solent ex eius sententia ab iniquis hominibus. Oportet igitur certissimam aliquam, & rectissimam esse regulam, qua, si contorqueant illas hæretici, corrigantur, & in proprium nitorem reducantur, quam regulam, sanctam nos Ecclesiam esse dicimus. De Apostolis etiã, atq; adeò de Virgine sacrosancta, & de Ioseph, Lucas ait. Et ipsi non intellexerunt verbũ, quod locutus est ad eos. Et ipsi nihil horum intellexerũt; & erat verbum istud absconditũ ab eis, & non intelligebant, quæ dicebãtur? Et tunc aperuit illis sensum, vt intelligerent scripturas. Iam verò vel ex eo maximè perspici potest, quàm difficiles libri sancti habeant explicatus, quòd tot viri, qui docti habeantur (hæreticos infinitos significo) in ipsorum explicatione, tam turpiter errarunt. Quot autem locarij, qui faciles eos iudicant, nõ intelligunt? quot propter scelleratissimam ignorantiã deprauãt, atque corrumpunt? tot, tã turpes, tam temerarios, & intolerabiles errores huius causæ testes appello: tot etiam, vel ipsorum aduersariorũ in exponenda scriptura, dissidia stultitiam huius opinionis conuincant. Nõne ipse OEcolampadius, qui huic etiã sententiæ subscribit, de verbis illis, Hoc est corpus meum: scelleratissimè differens, ait? Sæpe ex minimis verbis, summæ quæstiones emergunt. Si tot ergo quæstionum præbent minima verba occasionem, non tam facilis, & expedita illorum expositio est. Quot autem, quã diuersisq; modis illa minima verba, de quibus loquitur OEcolampadius, ab aduersarijs explicantur: vel implicantur potiùs, & deprauantur? Alij per tropum, atq; figurã intelligẽda esse dicunt id est, hoc significat corpus meum; alij, hoc, panẽ ostendere contendunt, ibiq; panem vnà cum corpore Christi manere: alij non consecrantis illa verba esse, sed porrigentis tantùm. Habent igitur illa verba difficultatem, neque ita facilè, vt aduersarij opinantur, expediri, atque explanari possunt. Ecquid tam ardens, & acre peritissimorum virorum studium: quid tãta industria, & assiduus labor; quid tam accurata linguarum

Sacri libri difficultatibus sunt pleni

Act. 8.

2. Pet. 3.

Luc. 2.

Luc. 18. Luc. 24.

Multi in explicatione sacrarum literarum errarunt.

O Ecolampadius.

guarum cognitio: quid tot interpretes, tot expoſitiones, tot libri volunt, ſi faciles ſacroſanctæ literę ſunt? Quare dubiũ nõ eſt, quin difficillimos explicatus habeant literæ ſacroſanctæ, magiſtroque, & prętătiſsimo doctore indigeãt. Verus autẽ earum magiſter, certiſsimus, & ſolertiſsimus interpres Eccleſia parens eſt; quę nunq̃ lapſa eſt, neque labi vllo modo poterit. Quòcirca cũ grauis aliqua quęſtio, de vera ſcripturarum interpretatione fuerit orta, Eccleſię iudicium expectare, eiuſq; ſententiam audire debemus. Ei enim dictum putandum eſt à Chriſto, Spiritus ſanctus, quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & ſuggeret vobis omnia quęcũq; dixero vobis. Omnia inquit id eſt, ſacroſanctã ſcripturã exponet, & pleniùs ijs inſtruet rebus, quas vos verbo docui. Ad Eccleſiã etiam pertinere exiſtimandũ eſt illud Lucæ: Aperuit illis ſenſum: vt intelligerẽt ſcripturas. Paulus etiã apoſtolus pręcipit Romanis, non plus ſapere, q̃ oportet ſapere: ſed ſapere ad ſobrietatẽ, id eſt, non plus q̃ certa regula, atq; menſura poſtulauerit. Quãobrem eô hæc verba Pauli referenda ſunt, vt regulã aliquam, & doctrinæ normam eſſe ſciamus, quę omnem noſtrę religionis, doctrinã metiatur. Ad eũdem finem illa ab eodẽ Paulo dicuntur; Idẽ ſapere: Idẽ dicere omnes. Nõ deniq; aliud euãgelizare, q̃ euãgelizatũ eſt. Eſt igitur Eccleſia verus ſanctarũ literarũ interpres. Sed probat Luterus proprio ſpiritu ſacras literas eſſe explicandas, non Eccleſię ſpiritu. Nam ſuo ſpiritu eas explicuit Auguſtinus. Sed nos id negamus, nã tũ id verũ eſſe probaretur, ſi aliquid demõſtraretur aſſeruiſſe Auguſtinũ, cõtrà quã Eccleſia ſentit: At (inquit aduerſarius) igitur nec Auguſtinus proprio cuiuſq; ſpiritu explicãdus eſt. Id nos libẽter cõcedimus: & hac de cauſa frequẽter aduerſarij in eius explicatione turpiter errãt: cũ eũ impiarũ hęreſum ſuarũ teſtẽ citãt. Vrget ille prętерea, cõtẽdit, vt probet, opus nõ eſſe ad ſacras literas intelligendas magiſtro vllo. Nã à Dauide laudatur qui in lege dñi meditatur die ac nocte: nõ qui in aliorũ libris meditatur. Verùm enim verò id prętat is, qui libros eos in manibus habet, qui toti in ſacra ſcriptura exponẽ da verſantur. Sed, inquit ille, ſacra ſcriptura ſuas ſancti probãt ſentẽtias: igitur clarior eſt ſacra ſcriptura, q̃ ſanctorũ doctrina. Sed certior cõcludendũ erat: ſi ſaperet ille. Certa enim potiùs, q̃ perſpicua ſancti volũt efficere quę dicũt ſacris afferẽdis reſponſis. Nec vnq̃ ab illis ſine explicatione citãtur: niſi facilè ijs rebus, quarum cauſa illæ afferũtur, intelligãtur. Sed Brentius, ſacrarũ literarũ teſtimonijs id ipſum nititur, vt oſtẽdat. Ait enim Dauid, Teſtimoniũ domini fidele, ſapientiã prętans paruulis: & alio loco; Lucerna pedibus meis verbũ tuũ: Chriſtuſq; diſcipulis ſuis dixit; Vos eſtis lux mũdi. Si ſapientiam igitur prętãt paruulis; ſi lux; ſi lucerna ſũt: nullo indigẽt expoſitore. At ſciẽtię omnes, vel obſcuriſſimæ, ingeniũ illuſtrãt, mẽtique magnũ lumẽ afferunt: magiſtro tamen, & doctore opus eſt ad eas intelligendas. Ita magna quædã hominum mẽtibus lux accedit, ſi literę ſacroſanctę ſciantur: poſtulãt tamen illę, vt intelligãtur, magiſtrũ, atque doctorẽ. Sed ſi illarum magiſtra (vt diximus) Eccleſia eſt: Ergo nemo debet (dicit fortaſſe quiſpiam) in ſacra intelligenda ſcriptura elaborare: Sed illorum tantùm

Ecclesia à Chriſto conſtituta, eſt ſacrarum literarũ interpres.

Ioann. 15.

Luc. 24.

Rom. 12.

Oportet certam eſſe regulam, qua vera ſacrarũ literarum interpretatiõ metiamur.

Luterus.

Quid ſit proprio ſpiritu ſcripturã explanare.

Pſalm. 1.

Quis in lege domini meditetur.

Brentius.

Pſalm. 18.

Pſalm. 118.

Matth. 5.

locorum explicatione eſſe contẽtus, quæ exponũtur in cõcilijs: Hieronymi verò, & Auguſt. & aliorũ prę ſtãtiſſimorũ Chriſtianorũ explicatio pro nihilo ducẽda eſt; quòd nõ ſit ab Eccleſia reddita. Quoties denique eſt locus ſacræ ſcripturæ exponẽdus, cõciliũ cogere oportet: ſed quod dicimus ita intelligẽdũ eſt: Vt quotieſcũque Eccleſia parens, in loco aliquo explicãdo, iudiciũ, & auctoritatem ſuã interpoſuerit; ei ſit ſine vlla maiori diſquiſitione obtemperandum. Aut quando in aliquo loco interpretãdo, magnum aliquod noſtræ fidei myſterium agatur, concilij ſententia quærenda, & expectanda ſit. Vt Arrius dicit, Filium eſſe minorem patre: quòd Chriſtus dicat: Pater maior me eſt. Eccleſia tamen in hanc ſententiam, quã cenſet Arrius, Chriſti verba exponi minimè vult: ſed in eam, Chriſtum, qua ex parte homo eſt, patre minorẽ eſſe. Debet Chriſtianus in hoc loco explicando Eccleſiæ iudicium ſequi. Qui verò contrà fecerit, non Eccleſię, ſed ſpiritu ſuo, & ingenio, ſacrarum literarum interpres habendus eſt. Denique nullum ſacroſanctæ ſcripturæ locum, ita debet declarare Chriſtianus, vt vllum Eccleſiæ decretum, & conſultum euertat; vt quando in eũ Euangelij locum incidat, quo Chriſti fratres nominantur; caueat explicet, eos fuiſſe ſanctę Marię filios (vt explicat Eluidius) quòd Eccleſia, eã ſemper fuiſſe virginem iudicauit: & ita de alijs, quæ hæreticorum temeritate deprauantur, intelligi debet. Hac enim de cauſa hæreticos ſpiritu proprio ſcripturam interpretari clamamus: quòd Eccleſiæ iudicio interpoſito, in aliquo loco explicando, illud non ſequũtur, ſed ſuo inſiſtunt ingenio. Idẽ exiſtimandum eſt, quando Auguſtinum, & alium Eccleſiæ Doctorem, in ſuam ſententiam trahunt. Quãdo verò nihil vllo modo còtra Eccleſię dicitur ſententiã, integrũ vnicuiq; ſuum iudiciũ eſſe debet, & quã voluerit expoſitionem eligere. Vt illum Eſaiæ locum; Audi cælum, auribus percipe terra, quia dominus locutus eſt. Hieronymus ita declarat; vt cælum, per metonymiam, cœleſtes angelos ſignificet; terra verò, terrę incolas. Rupertus, & Hebręi ſimpliciter ſine vlla figura, cęlum, & terrã accipi volunt: vt cęlum, & terram ad maiorem amplificationem teſtes appellet: ea ſententiarum figura, qua Cicero pro Milone dixit: Vos Albani luci, atque tumuli, vos, inquam, imploro, atque obteſtor: voſque Albanorum obrutæ aræ, ſacrorum populi Romani ſocię, atque ęquales. Quoniam nihil Hieronymus, nihil Rupertus, & Hębrei cõtra Eccleſiã hoc loco exponendo dicũt, ſoluta vnicuique eligẽdi optio eſſe debet: atq; adeò aliam afferre, ſi ſibi magis placuerit, explicationem, dum nihil cõtra Eccleſię traditionẽ contineat: vt ſi exponamus, nullos hic teſtes Eſaiã implorare voluiſſe, ſed vt vatici nij ſui dignitatẽ declararet, iubet, vt à rebus omnibus attẽtè audiatur, propter Dei loquẽtis reuerentiã, de cuius verbis nemo dubitare, nemo quidquã obloqui poterit. Res autẽ omnes cõphẽdit, cũ cęlũ, & terrã nominat: quibus duobus extremis, res oẽs cõprehẽdũtur. Nec enim iniurioſus eſt Rupertus Hieronymo, quòd ſuã expoſitionẽ nõ ſequatur; neq; Ruperto, & Hieronymo vllã faciet is iniuriã, qui tertiã hanc expoſitionem attulerit: neq; proprio ſpiritu, literas ſacroſanctas ab Eccleſia explicari putabitur. Nõ enim vllũ vnquã interpretẽ Eccleſia reiecit, q̃ nõ quemadmodũ Hieron. aut Augu-

Quo pacto ſit intelligendũ, Eccleſiá eſſe ſacrarũ literarum interpretem.

Quo pacto Chriſtianus debeat ſcripturam declarare.

Cur hæretici ſpiritu proprio ſcripturã interpretẽtur.

Quando vnicuique integrum ſuum ſit iudiciũ in ſacris literis exponendis.

Eſai. 1.

Eſaiæ locus accuratè exponitur.

Cicero.

Auguſtinus locum aliquem ſcripturę explicauerit: ſed quod non quẽadmodum Eccleſia docet. Imo facilè Eccleſia patitur, nouos libros edi quotidiè, qui in literarum ſanctarum explicatione verſentur, atq; adeò ardenti harum rerum ſtudio delectatur. Eccleſiæ ſemper Chriſtianus obſecundet, nihil contra eius ſententiã, & doctrinam afferat, neq; omnium Doctorum ſanctorum explicationi reſiſtat: ſi quando in eandem alicuius loci explicationem, omnes ad vnum conſpirauerint, & quamuis aliter quàm Hieronymus, Gregorius, & Auguſtinus, alij ſinguli doctores loca nonnulla explanet: neque ſanctis his erit iniurioſus: non enim ita ſuam expoſitionem vllus amauit; vt nulli alteri locum relictũ eſſe voluerit; præſertim quòd ſancti ipſi plerunque in ſcriptura explicanda diſcrepent: neque erit Eccleſię contrarius, aut proprio ſpiritu (vt canones eius dicunt) ſcripturam explicare putabitur. Sed vt ad propoſitum reuertamur, dubiũ non eſt, quin difficiles intellectu ſacroſanctæ literę ſint, magiſtroque nobis ad illas intelligendas opus eſſe: in eoque magiſterio, principem gradum Eccleſiam obtinere, quam omnes, nihil vnquàm repugnando, audire ſemper debemus.

Quid in ſcriptura interpretanda debeat religioſus interpres obſeruare.

CAP. 41. *Facilè nos religionis noſtræ rationem reddere poſſe, aduerſarios verò minimè.*

ECcleſia igitur ob oculos omnium poſita, eiuſque vi in docendis quæ ad fidem ſpectant, & ſacris ſcripturis explanandis, demonſtrata: ſi aciem in hoſtes vniuerſam noſtrã dirigamus, & collatis ſignis, de tota religionis ratione, contendamus, facilè nos totius noſtræ religionis viã, & rationẽ exponemus: aduerſarij verò minimè. Veluti, credo ea omnia, quæ religioſè, & ſanctè credenda eſſe profiteor, quòd à Deo opt. max. infinitaque veritate prędito, ſic, vt neque fallere, neque falli poſsit, tradita, & dictata ſint. Ex quo fit, vt quamuis multa nõ intelligã; nihil tamẽ, propter tãtã dicẽtis auctoritatẽ, & dignitatem, dubito: ſed integrã, atque perfectam fidẽ habeo. Quæ cũ ante ego ignorarem, Eccleſia, cui Deus ſemper adeſt, maxime proſpicit, atque cõſulit: me, per maiorũ manus, atq; traditiones, & per cõcilia, more, inſtitutoq; iuſto cõuocata, docuit. Cuius Eccleſiæ, cũ aduerſarij oẽs nolint eſſe diſcipuli: nã omnẽ eius docẽdi rationẽ cõtemnũt: intelligere nequeo, à quo illã, quã populis vẽditãt doctrinã, didicerint. Ex ſacris, inquiũt, literis. Sed quas mihi nominãt ſacras literas? Quo rogo argumẽto ducti, ſacras illas eſſe literas ſibi pſuadẽt? Nũ Deũ illas dictãtẽ audiẽrũt? nõ puto tãta petulãtia mẽtiẽtur, vt id dicere audeant. Sãcta verò cõcilia negligũt. Eccleſiæ perpetuo more nihil mouẽtur. Quo igitur argumento, cuius auctoritate ducti, has ſacras, quas vocãt, literas, ab aliorũ libris, & doctrina diſtiguũt? Præſertim cũ multi ſacri libri Eccleſiæ fuerint obtruſi, qui nihil minus erãt. Vt olim à diuerſis hæreticis circũferebatur Euãgeliũ Petri Apoſtoli, Euãgeliũ Pauli Apoſtoli, Euãgeliũ Bartholomæi, Euãgeliũ Andreæ, Euãgeliũ Thomæ, Euãgeliũ Mathię, Euangelium Nicodemi. Quos Luc. ſignificaſſe videtur cũ ait: Quoniã quidẽ multi conati ſunt ordinare narrationẽ, earũ, quę in nobis cõpleta ſunt rerũ. Quo igitur diſcrimine hæc falſa, & ficta Euangelia, à veris ſeparari, & diſtingui poſſunt?

Facilè nos religionis noſtræ rationẽ exponemus, aduerſarij autem nequaquam.

Non eſt vnde ſibi aduerſarij certo perſuadeant ſacras vllas eſſe literas.

Nulla certa re ſacras literas ab aliorũ libris aduerſarij diſtinguunt.

Falſa Euangelia fuerunt Eccleſiæ obtruſa Luc. c. 1.

vnde aduerſarij ſcient hæc vera non fuiſſe Euãgelia; Matthęi verò, Marci, Lucæ, atq; Ioannis vera eſſe? Accedit ad hoc, quòd multa vera Dei reſponſa, atq; oracula ipſi abijciunt; libros Sapientię, Eccleſiaſtici, duos primos Machabęorum, librum Iudith, librũ Thobiæ, Prophetiam Baruc, Epiſtolam Ieremiæ, Hiſtoriam Suſannæ, Draconisq; Bel, epiſtolam Pauli ad Hebræos, epiſtolam Iacobi, Iudæ, & Apocalypſim Ioannis. Vellem equidem ſcire quam rationem ſequẽtes, horum librorum delectum faciunt, vt alios parùm probẽt; alijs verò ſum mam fidem habeant. Nos autem fatemur, nonnullis libris, qui cum ſacris circunferuntur, minimè perfectam fidem tribuere; vt tertio, & quarto, qui dicitur Eſdras: & tertio Machabæorum: huius tamen delectus facilem, & in promptu rationem habemus: vt reliquos omnes qui in Biblijs vulgò colliguntur, præter hos, ſanctè & religioſè amplectamur; quòd his exceptis, cæteros omnes, ſanctum, & œcumenicum cõcilium Tridẽtinum approbauit, & Deo auctore factos eſſe docuit. Quæ ratio, nullo modo ab aduerſarijs refelli, labefactariq; poteſt. Sed cùm Eccleſia docente ſacram doctrinam noſſe docuerimus; Eccleſiã verò traditionibus tantùm, & concilijs nobiſcum loqui declarauerimus. Rogabit fortè quiſpiam; antequàm Doctoris munere Eccleſia fungi poſſet, hoc eſt, antequàm de ſacra doctrina diſtinguenda haberentur cõcilia, aut eſſet traditionibus locus; quòd tũ primùm doctrina Dei edi cœpiſſet, quo pacto Eccleſię doctrina ſacra tradebatur? Primùm Moyſis, Prophetarum, & Euangeliſtarum, & aliorum ſacrorum auctorum mentes ita illuſtrabantur, vt ſe à Deo erudiri certò cognoſcerẽt. Quòd vt intelligamus; Moyſẽ, Prophetas, & alios à Deo fuiſſe vocatos, cum Deo fuiſſe locutos, toties ſacra narrat Hiſtoria: vt in Exodo ſcribitur, Vniuerſo populo ſpectãte, Deum in montem Synai deſcẽdiſſe, & Moyſen in cacumen eius vocaſſe. Eſaias autem de ſe dicit, ad populũ à Deo cum mandatis fuiſſe miſſum. Ieremiæ verò Deus dixit, Ecce dedi verba mea in ore tuo. Ezechieli liber deuorandus à Deo datus eſt. Et Chriſtus ipſe per Eſaiam de ſe dicit, Dominus dedit mihi linguam eruditam, vt ſciam ſuſtentare eũ, qui læſus eſt, verbo: erigit mane, mane erigit mihi aurem, id eſt, vt eum audiam quaſi magiſtrum, Dominus Deus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, retrorſum non abij. Et apud Ioannem, Doctrina mea non eſt mea, ſed eius qui miſit me. Populo verò noua lex, aut noua doctrina probabatur multis edendis miraculis. Itaq; cum populis, miraculis, & portentis loquebatur Deus. Sicut alijs ſignis cum Prophetis. Ex quo fit, vt tot à Moyſe in Aegypto, & in deſerto ederentur miracula, quòd noua doctrina ab ipſo docenda erat, nouaque lex ferenda. Prophetæ verò non ita multa portenta fecerunt, quòd nouam non tradebant doctrinam; ſed veterem, hominum malitia prope antiquatam, renouabant, & hominibus ſuadebant. Ex quo factum eſt, vt ſæpiùs in memoriam reuocarent vetera illa prodigia, atque miracula, à Moyſe, & Aarõ antiquis temporibus edita; vt Deo auctore illa præcepta data fuiſſe meminiſſent. At Chriſtus qui nouam tulit legem, & inauditam populis tradidit diſciplinam; plura, maioraque, quàm

Qua ratione nos libros ſacros à non ſacris diſtinguamus.

Antequàm eſſent concilia, aut traditiones, quo pacto Eccleſiæ doctrina ſacra tradebatur.

Cur toties in ſcriptura ponatur, Prophetas cum Deo fuiſſe locutos.

Exod. 19.

Eſai. 6.

Ierem. 1.

Eſai. 50.

Ioann. 7.

Qua ratione Deus cum populis de vera fuerit doctrina locutus.

Cur Prophetæ multa non fecerint miracula.

Cur Chriſtus plura, maiora ſ., quàm Moyſes ediderit miracula.

quàm Moyſes, miracula, & prodigia edidit: quòd idem lõgè præſtantior, & excellẽtior diſciplina poſtulabat. Ipſeq; propter miracula & prodigia credi petit, cùm de incredulitate loquens Iudæorum, Ioanne auctore diceret, Si opera nõ feciſſem in eis, quæ nemo alius fecit, peccatum non habérent. Et diſcipulis Ioannis Baptiſtę ex eo quęrentibus, nũquid ipſe eſſet, qui venturus erat? reſpondit, Euntes renũciate Ioanni, quæ audiſtis, & vidiſtis; cæci vident, claudi ambulant, leproſi mũdãtur, ſurdi audiũt, mortui reſurgunt. Et alio loco ait, Ego autẽ habeo teſtimoniũ maius Ioãnis; opera enim, quæ dedit mihi pater vt faciã ea, ipſa opera, quæ ego facio, teſtimonium perhibẽt de me. Item alio loco id ipſum planiſsimè teſtatur: Si non facio opera patris mei, nolite credere mihi. Si autẽ facio, & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis, & credatis, quia Pater in me eſt, & ego in Patre. Et apud Marcũ de Apoſtolis dicitur, Illi autem profecti, prędicauerunt vbique Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Quamobrem modò à nobis ſigna, atque prodigia nõ ſunt poſtulanda, quòd nouã non amplectimur doctrinam, ſed eam, quam à maioribus accepimus, per concilia, atque traditiones: quæ nõ minorem auctoritatem habent ad nos vera diſciplina imbuendos, quàm ea ſigna, atque prodigia, quæ in ea probanda olim edita fuerunt. Qui nouam verò doctrinam audent populis obtrudere, ne petulantes, & penitus temerarij videantur, ſigna noua eis, & miracula edenda ſunt. Et quemadmodum traditiones, atque concilia per ſe nõ valent ad ſacram doctrinã populis perſuadendã: nam multi eis non credũt: ita etiã miracula vi ſua non ſufficiũt, vt ſacrę doctrinę fides ab hominibus habeatur. Nam multi olim videntes, Chriſti, & Apoſtolorũ miracula, non crediderunt. Quare præter ſigna, traditiones, atque cõcilia, lumen, quod Theologi vocant, fidei, mortaliũ mẽtes, ne tanto rerum ſplẽdore perſtrin gantur, illuſtrans requiritur. Quod nihil aliud eſt, quàm ſingulare quoddam Dei ſubſidiũ, quo facit, vt promptam, & ſine vlla dubitatione, fidem ſacræ doctrinæ habeamus. Cuius lũminis mentio fit à Paulo ad Coloſſenſes ſcribenti, Qui dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum, in lumine. Et apud Ioannem planiùs quantũ nobis opus ſit illo, ſignificatur: ait enim, Cùm autem tanta ſigna feciſſet corã eis, non credebant in eum; vt ſermo Eſaiæ impleretur, quem dixit, Domine quis credet auditui noſtro, & brachiũ Domini cui reuelatũ eſt? Quare præter miracula, teſte Ioãne & Eſaia, illuſtratione, & reuelatione diuina, quę per lumen, de quo loquimur, fit, opus eſt. Itaq; propter miracula, Dei tantùm virtute edita, lumineque intùs à Deo excitato, ſacroſancta diſciplina, ſine vlla ſcriptura, ſine cõcilijs, & ſine traditionibus, per maiorũ manus, primis tẽporibus accipiebatur, vt Paulus apertè teſtatur, dicens, Manifeſtati quòd epiſtola eſtis Chriſti, miniſtrata à nobis, & ſcripta, nõ atramento, ſed ſpiritu Dei viui: non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Poſteà verò cũ ſe falſi teſtes, & iniqui Euangelij prædones intromitterent: ne vera, & ſancta doctrina, falſa, & improba cõtaminaretur, ſcripta ſunt, Deo dictante, Euangelia, ab oculatis, claſsicisq; teſtibus: quæ per

Cur à nobis modò miracula non ſint poſtulanda.

Qui nouã aſſerũt doctrinam, debent miracula edere.

Ioann. 15.

Matth. 11.

Ioann. 9.

Ioan. 10.

Marc. vlt.

Traditiones, & concilia, ſicut & miracula, non ſufficiũt ad perſuadendam populis ſacrã doctrinam: quare lumẽ ſit dei præterea requiritur.

Quid ſit lumen fidei.

Colo. 1.

Ioann. 12.

2. Col. 3.

Cur fuerint Euangelia ſcripta.

manus,traditionèſque maiorum, pò pulis ſyncerè tradebantur. Sed cùm diabolus Eccleſiam circumuenire nõ deſiſteret, cœpit cõſilium, quo iſtud negligentiæ noſtræ præſentiſsimum remedium euerteret, ipſiùſque opera,aliena, & ficta Euangelia,Eccleſiæ, vt dixi,ab hæreticis obtruſa ſunt; & maiorũ traditionibus derogari cœptum eſt. Quibus malis Eccleſia, conciliorum conuocatione occurrit; Quibus, & maiorum traditione,probabantur,& ſacroſancti libri ab alijs diſtinguebantur:& ita concilio Laodiceno, Carthaginenſi, Florentino, & cęteris copioſiùs Tridentino ſacroſancti libri numerantur. Quare ſemper certiſsimis principijs ſacroſancta doctrina nixa eſt,miraculis lumine interiori à Deo pijs hominibus adhibito, traditionibus,atq; concilijs. Quibus omnibus fundamentis aduerſarij carent:neque vllam reddent rationem, quare alios libros admittant, alios verò reijciant. Nam miracula ipſi nulla viderunt,traditiones non curant,concilia deſpiciunt: lumine autem fidei illos non illuſtrari certiſsimum eſt. Nos autem etſi miracula non viderimus, lumen fidei in nobis non adeò aperte experiamur;certã tamẽ,&ab omni dubitatione alienã,traditionibus, & cõcilijs fidẽ habemus, perquę abEccleſia magiſtra, pfecta fide,&religiõe imbui, p certo credim⁹.

Cur fuerint concilia conuocata.

Quibus principijs ſacroſãcta doctrina nixa ſit.

CAP. 15. *Eccleſiam leges ferre poſſe.*

ECcleſiæ vim,& auctoritatem ſummam in docendo ea,quę ſunt fidei,& religionis noſtræ, demonſtrauimus. Sequitur vt de poteſtate eius, in legibus ferendis, diſſeramus. In qua re nobiſcum aduerſarij ſatis petulantes pugnant: Dicentes, nullas Eccleſiam poſſe leges ſcribere,præter eas, quæ in libris ſacris expreſſè ponũtur. Regibus autem, & Principibus, & cęteris huius ſeculi Magiſtratibus, ampliſsimam legum ferendarum licẽtiam prębent. Pontifici verò maximo,Epiſcopis,& alijs Eccleſiæ prępoſitis id interdictum eſſe iactant. Adeò immani odio Eccleſiam inſectantur: adeò Principibus morem gerũt,quò illos tanti ſceleris patronos efficiant. Sed tanta hominum temeritas,& inſania ſingularis, facilè deprehenditur ex eo,quòd Eccleſia reſpublica,atque adeò pręſtans pręter cæteras omnes,& regnũ excellentiſsimũ ſit. Nã regnũ cęlorũ ſępe à Chriſto vocatur. Et Petrus ait,vos eſtis genus electum, & regale ſacerdotium, gens ſancta, & populus acquiſitionis. Quod autem regnum, quæ reſpublica legum ferẽdarum poteſtate caruit? Aut quo modo per ſe adminiſtrari poſſet,cùm varię temporum occaſiones,diuerſaque rerum momenta,varias etiam,diuerſaſque leges poſtulẽt? Quo pacto enim varijs reipub. caſibus,niſi varijs legibus occurri poſſet? Quod Chriſtus mihi ſignificaſſe videtur,cùm Apoſtolis diceret: Multa habeo vobis dicere, quæ non poteſtis portare modò; Cùm autem venerit ille Spiritus veritatis,docebit vos omnem veritatem. Et alio loco:Si diligitis me,mandata mea ſeruate. Et ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiſcum in æternũ. Ea igitur,quæ tunc portare nõn poterant,alium illum paracletum certum eſt pro varijs temporum rationibus illis ſuppeditaſſe. Atque cùm præter ea mandata, quæ ab eis teneri poſtulat,

Eccleſiam leges ferre poſſe.

1.Pet.2.

Eccleſia regnum ac reſpub.eſt.

Varijs reipub caſibus varijs legibus occurritur.

Ioan.16.

Ioan.14.

lat, alium recipiat miſſurum paracletum; ea de cauſa potiſsimùm eſt, vt quæ reliqua fuerint mandata, atque præcepta, eis aptis temporibus tradat; quibus tolerabiliùs, atque faciliùs vitę curſus dirigatur: & Eccleſia, ad cuius gubernacula ſederent ipſi, ac ſucceſſores eorum, commodiùs gubernaretur. Et ita de ſpiritus ſancti auctoritate Senatus illud conſultum factum eſt, de quo mentio fit in actis;

Act. 15. Viſum eſt ſpiritui ſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris, quã hæc neceſſaria; vt abſtineatis vos ab immolatis ſimulachrorũ, & ſuffocato, & ſanguine, & fornicatione. Erat igitur in Eccleſia poteſtas legis ferendæ, quando lex hæc lata eſt: eademq; ſemper in Eccleſia manet; quoniam Spiritum ſanctum, de cuius imprimis ſententia, illa ſcripta eſt, perpetuis tẽporibus in Eccleſia manſurũ, Chriſtus loco citato promiſit. Iã verò reliquę reſpublicæ, leges, pro iure ſuo ſcribunt, quò ciues ſciant, quid faciẽdum quid ve ſit vitandum, ad ciuile bonum, id eſt, pacem, & ſecuritatem conſequẽdam. Ex quo fit, vt ciues omnes, reipub. ſuæ legibus natura obedire debeant. Nam qui ſecùs faciunt, reipublicæ pacem, & ſecuritatem, quòd ad ſe attinet, diſturbare videntur. Qua de cauſa Paulus ait; Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Nõ enim eſt poteſtas, niſi à Deo. Quę autem ſunt à Deo, ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit: qui autem reſiſtunt, ipſi damnationẽ acquirunt. Nã principes nõ ſunt timori boni operis, ſed mali vis autẽ nõ timere poteſtatem, bonũ fac: & habebis laudẽ ex illa. Dei enim miniſter eſt tibi in bonũ, id eſt, vt tu bonũ, quod vniuerſa quærit reſpubli

Reſpub. pro iure ſuo leges ſcribunt.

Quod ſit ciuile bonum.

Omnes ciues debẽt reipub. ſuæ legibus obedire.

Rom. 13.

ca, adipiſcaris: quare cum ei non obedis, & tibi, & reipublicæ fraudi es. Regibus igitur, & poteſtatibus, quòd bonum ſingulorum ciuium, & commune quærunt: & Dei, & naturæ legibus obedire debemus: Sed bonum, ad quod vniuerſa aſpirat Eccleſia, præſtantius, & difficilius, & magis arduũ eſt: magis igitur neceſſarium eſt, quò illud Chriſtiani adipiſcantur, vitam ſuam ad certam rationis normam dirigere. Quæ norma, non niſi legibus certè præſcribenda eſt. Quare Eccleſia leges oportet ſcribat, quas violare, eò grauius erit flagitium, quò de præſtantiori bono, quàm vlla alia reſ pub. agit. Huc accedit, quòd Eccleſia longè magis, quàm reliqua huius ſeculi regna cum Deo coniuncta eſt: ita vt hanc vnam, populum ſuum, regnũ ſuum, ſponſam ſuam, electamq; ſuã ipſe nominet; reliquas alienas ducat. Ergo is, qui non paruerit ei, in maiori apud Deum erit offenſa, quàm qui huius ſeculi regnis non obtemperauerit. Nam talis pertinacia, atq; rebellio, tantò propiùs Deum tangit, quã tò ipſi vicinior, & coniunctior Eccleſia eſt, quàm reliqua huius ſæculi regna, atque reſpub. Quòcirca Paulus, Theſſalonicenſibus cùm vitę præcepta dediſſet, adiungit. Itaq; qui hæc ſpernit; non hominẽ ſpernit, ſed Deũ, qui etiam dedit ſpiritum ſuum ſanctum in nobis. Ita cùm Eccleſia ſpiritu Dei agatur, qui præcepta eam viuẽdi dantem ſpreuerit, Deum ſpernere videtur; vt Chriſtus apoſtolis ait, Qui vos ſpernit, me ſpernit. Et Moyſes populo murmuranti dixit. Audiuit Dominus murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra Deum: noſenim quid ſumus? nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum

Leges Eccleſiæ grauius flagitiũ eſt violare, quàm alterius reipub.

1. Theſſ. 4.

Luc. 10.

minũ. Et quoniã Samuelis imperio nõ eſſet populus cõtentus: ſed regẽ poſtularet, Samueli precãti Deus reſpõdit, Nõ te abiecerũt, ſed me, ne regnẽ ſuper eos. Deniq; de eo, qui nõ audierit Eccleſiã, extremũ Eccleſiæ ſupplicium ſumi Deus ſtatuit. Si Eccleſiam
Matt.18. nõ audierit (ait apud Matth.) ſit tibi ſicut ethnicus, & publicanus. Crimen igitur grauiſsimũ eſt, Eccleſiç iuſsis nõ obtẽperare, quippe quod tãgraui ſupplicio coerceatu. rIã verò Chriſt⁹ Poti
Non poſſet tũ tifex maximus oues paſcere, niſi leges ferre poſſet. fici maximo oues ſuas (vt probauimus) paſcendas, & ad vitam æternam dedit agendas: Id autem præſtari nõ poteſt, niſi tum à vitijs auocando, tũ vt recta faciant imperando. At talis
Quid ſit lex. eſt vis, & natura legis: Eſt enim recta ratio, quæ honeſta iubet, prohibetq; contraria. Quòd ſi Petrus, Petriq; ſucceſſores, homines poſſunt ad virtutem impellere, à vitijſque deterrere: hoc cùm faciunt, ſcita neceſſariò faciunt. Quibus enim rebus Paulus oues ſuas paſcere elaborabat: non
Phil.4. ne illis, de quibus Philippenſibus ſcribit? fratres, quęcunque ſunt vera, quę cunque pudica, quæcunq; iuſta, quæ cunque ſancta, quęcunque amabilia, quęcũque bonæ famę: ſi qua virtus, ſi
Quibus rebus oues ſuas Paulus paſcebat. qua laus diſciplinæ: hęc cogitate quę didiciſtis, & accepiſtis, & audiſtis à me, & vidiſtis in me, hæc agite: & Deus pacis erit vobiſcum. Has res bonus paſtor gregi ſuo, quantùm in ſe fuerit, ſuppeditare debet. Quare neceſſe eſt, de huiuſmodi rebus leges nõ nunquàm ferri. At dicunt aduerſarij: ſatis eſt, ſi ſuadeantur, ac exhortando ſuppeditentur. Minimè quidem
Non ſatis eſt res bonas paſtores monere: ſed leges de ipſis ferre oportet. ſatis eſt. Nam homines, qui non ſunt perfecta virtute prędit: ſed varijs animi perturbationibus huc, & illuc impelluntur, leges plerunque prærumpunt: nedum ſuaſiones, & hortationes contemnunt. Quamobrem ſi perfectam poteſtatem ſui gregis paſcẽdi Chriſtus vicarijs ſuis præſtitit, neceſſe eſt, vt omni ratione poſsint, quâ coercendo, quâ impellendo homines in officio cõtinere. Quare Apoſto
Apoſtoli leges tulerunt. li de prędictis officijs leges tulerunt. Act.15. Vt de nõ edendo ſuffocato, & ſanguine. *Quas leges Paulus ſcribſit.* Et Paulus in epiſtolis multas leges ſcribit: vt de qualitate, & ratione epiſcoporum Eccleſiæ, & viduarũ: quòd mulieres non doceant: quòd velato capite in Eccleſijs ſint: de non omittẽdo, aut marito, aut muliere infideli, ſi ſimul ſine cõtumelia Chriſti habitare voluerint: de non intendenda lite apud iudicẽ ſecularem. Et in actis de Paulo dicitur, perambulaſſe Syriã, & Ciliciã confirmãs Eccleſias, pręcipiẽs cuſtodire præcepta Apoſtolorũ, & Act.15. ſeniorum. Ac denique Paulus hoc eodem argumento, quo nos vſi ſumus, ſcilicet, quòd præpoſitis cura noſtri delata eſt: probat hebræis, illorum dicto audientes eſſe debere. Obedite, Hebr.13. ait, præpoſitis veſtris, & ſubiacete illis: ipſi enim peruigilant quaſi rationem pro animabus veſtris reddituri. Quid? nonne probauimus iam, quanta vis, & auctoritas ſit in Eccleſię traditionibus, ad ea, quæ ſunt fidei, religioniſque noſtræ demonſtranda? vt vetus, quæ in Eccleſia increbuit conſuetudo, oraculi vim obtineat. Si verò ſuperiorum temporum memoriã colligamus, quod tempus vacuum nouis Eccleſiæ legibus reperiemus? *Eccleſia hactenus leges ferre conſueuit.* Extant enim multæ diuerſorum pontificum, diuerſorumq; conciliorũ leges. Anne credibile eſt Eccleſiam, cui Deus ſemper adeſt, & Spiritus ſanctus facienda, ſubminiſtrat: iam inde ab eius incunabulis in tanto errore verſari,

versari, vt alienum sibi ius, & potestatem arrogaret? Quare dubium non est, qui pronure suo Ecclesia leges scribat: & hanc ei potestatem, ab eo esse factam, qui oues suas, qui claues ei dedit regni cœlorum. Satis igitur firmis argumentis causa nostra munita, sequitur vt videamus, quali, quàtoque arcte vniuersam nostram munitionem quatiunt aduersarij, prosternere que conantur: Libertatem clamãtes, quam per Christum omnes fuisse cõsecutos dicunt. Et ob eam rem, legibus nullis debere constringi. Quare coniuratio, & seruorum bellum, in suæ reipub. perniciem conspirantium, istud esse videtur. Tuentur se tamen nonnullis scripturæ locis in hanc perfidam sententiam explicatis: vt illo Pauli: Pretio empti estis: nolite fieri serui hominum. Et alio loco: Vbi spiritus dñi, ibi libertas: & alio: Quòd si spiritu ducimini, nõ estis sub lege, & alio loco: Lex iusto nõ est posita. Sed cùm libertatem appellant, & loca huiusmodi citant, opponendum illis est illud eiusdem Pauli: Vos in libertatẽ vocati estis fratres, tantùm ne libertatem in occasionem detis carnis: sed per charitatem spiritus seruite inuicem. Et illud Petri. Quasi liberi, & nõ quasi velamen habentes malicię libertatem. Ecquis vnquàm si sanus sit, in libertate se gloriatur ea, qua omni est recta ratione solutus? Est enim (vt definiuimus) lex, recta ratio, quæ honesta iubet, prohibetque cõtraria. Libertas quidem huiusmodi est non Christianorum, sed profligatorum, & ad omne facinus proiectorum hominum. Num tali nos Christus libertate donauit? qui dixit, Non veni soluere legem, sed adimplere. Amẽ quippe dico vobis, iota vnum, aut vnus apex nõ præteribit à lege, donec omnia fiant. In libertatẽ quidem aliam præstantissimam per Christum sumus asserti: liberati enim sumus diabolo, & satellitibus suis, peccato, libidine, mũdo, morte, & inferno: sicuti ipse dixit, Nunc iudicium est mundi, nunc princeps mundi huius eiicietur foras. De libertate ea, quę est à peccato, libidine, morte, & inferno, gloriatur Paulus: Infelix homo (ait) quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia Dei per Iesum Christum dominum nostrum. Igitur ipse mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Nihil ergo damnationis est, his, qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant, lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu, liberauit me à lege peccati, & mortis. Liberationem sumus ira Dei grauissima, sicut Paulus Romanis scribit, saluati erimus ab ira per ipsum. Leuauit etiam nos à iugo illo veteris legis grauissimo, de quo dicitur in Actis. Quid tentatis Deum, imponere iugum super ceruices discipulorum, quod nec patres nostri, nec nos portare potuimus? Sed per gratiam Domini nostri Iesu Christi credimus saluari. Hanc itaq; multiplicem libertatem per Christum adipiscimur. Eam verò quam isti autumant, nec Christus attulit, nec tanti magistri dignitate, & auctoritate digna erat. Quæ verò Pauli testimonia citant, longè sunt ab eorũ aliena sententia. Nam illud, pretio empti estis, nolite fieri serui hominum: eò refertur à Paulo, vt probet id, quod propositum fuerat, nimirum, vnusquisque in qua vocatione vocatus est, in ea permaneat: nec admodũ curet, sitne seruus, an liber. Nam cum tanta nos libertate Christus donauerit, Iesus, aut nulla

Propter libertatem hæresi leges repudiant.

1 Cor. 7. 2. Cor. 3. Gala. 5. 1. Tim. 1.

Gal. 5.

1. Petr. 2.

Quid sit opponendum hæreticis, cũ libertatẽ Christianam implorant.

Quam libertate per Christum sumus consecuti.

Ioan. 8.

Mat. 1.

Rom. 7. & 8.

Rom. 5.

Act. 15.

2. Cor. 3.

1. Cor. 7.

Pauli locus accuratè explicatur.

fit

fit imminutio, quòd aliquis humanã ſeruiat ſeruitutem. Si verò ſeruus ita dño, & hero ſuo fuiſſet addictus, vt vel iniquis iuſsis parere deberet, magna tunc ſeruitute fieret capitis diminutio: Quod remouet Paulus dicens, pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum, id eſt, Cùm tantum pro vobis pretium fuerit ſolutum, omni eſtis iniquo iuſſu, & improba lege ſoluti. Nolite igitur talibus obedire legibus. Sed cũ Petro, & Ioanne ex huiuſmodi heris, atq; dominis quærendum: Si iuſtum eſt, in conſpectu Dei, vos potiùs audire, quàm Deum, iudicate: Dei enim ſumus liberi: vt hoc eodem loco Paulus antè dixerat. Cũ igitur tantùm bonis, & honeſtis iuſsis vobis parendũ ſit, vnusquiſque (concludit ipſe) in quo vocatus eſt frater, in hoc permaneat apud Deum. Quod nunquàm Paulus colligeret: ſi omnes vellet lege liberos eſſe, vt aduerſarij perperàm opinantur. Imo Paulus hoc loco ſeruos monet, vt licet liberi fieri poſsint, magis in ſeruiãt: ait enim: ſeruus vocatus eſt, non ſit tibi curæ. Sed & ſi poteſt fieri liber, magis vtere. Quo declarat apertè, tantùm à Chriſtiana abeſſe pietate hanc profuſam libertatem, vt potiùs expediat ex alterius voluntate, quàm ſua viuere. Illud autem epiſtolæ ad Corinthios: vbi ſpiritus Domini, ibi libertas: quã ſit ab iſtorum explicatione alienum, facilè intelligitur, ſi Pauli altiùs locũ repetamus. Nam locutus fuerat de lege veteri, in qua legenda, populum Iudęorum, vt modò ſe habet, Moyſi cõparat, vt quemadmodum Moyſes cũ populo loquens, ſuper faciem habebat velamen: cùm verò ad Deum reuertebatur auferebat velamẽ: Ita modò Iudæi cùm ad Moyſen, id eſt, legẽ ſe conuertunt, velamen ſuper oculos eorum poſitum eſt, ita vt Chriſtum non cognoſcant lege contentũ. Poſtquàm verò ad Deum, qui ſpiritus eſt, fuerint conuerſi in Chriſtum credentes, auferetur velamẽ, ſic, vt Chriſtum videant illa lege adumbratum. Ac tãdem concludit: vbi autem ſpiritus domini, ibi libertas. Opponit autem libertatem legi Moyſis, quæ lex erat ſeruorum. Nam ferè omnis corpus attingebat. Quippe quæ in corporis puritate mirum in modum verſabatur: ac corporum, vt arietum, & hircorũ ſacrificium imperabat: & ob eam rẽ, qui lege illa tenebantur, ſerui eſſe videbantur. At lex Chriſti, quam, ſi modò ad Deum conuertantur, anplectẽtur, lex liberorum, ac filiorũ eſt: quoniam lex ſpiritus eſt, vt Deus ipſe eſt ſpiritus: ſiquidem tota ferè ad ſpiritũ pertinet, & in ſpiritus puritate tota cernitur: & ſpiritualia ſacrificia imprimis imperat. Hanc verò differentiam inter legem Moyſis, & legem Chriſti: vt illa ſit ſeruorum, hæc verò liberorum: planiùs Paulus ponit in Epiſtola ad Galatas: Quanto tempore, ait, hæres paruulus eſt, nihil differt à ſeruo &c. Ita & nos cum eſſemus paruuli, ſub elementis mundi huius eramus ſeruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, miſit Deus filium ſuum, vt eos qui ſub lege erant, redimeret, vt adoptionem filiorum reciperemus. Quoniam autem eſtis filij Dei, miſit Deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra clamantem, Abba pater. Itaque iam nõ eſt ſeruus, ſed filius. Itaque ex hoc loco Pauli, quem aduerſarij citant, tantùm concluditur: Moyſis nos lege per Chriſtum fuiſſe liberatos, atque legem Chriſti, non ſeruorum, ſed filiorum, ac liberorum eſſe legem. Impium

Act. 4.

Cur lex Moyſis fuerit lex ſeruorum.

Cur lex Chriſti ſit liberorum lex.

Quæ differat inter Chriſti legẽ & Moyſis.

Galat. 4.

1. Cor. 3.

Pauli locus ac curatè explicatur.

pium autem,& nefarium eſt liberi hominis eſſe putare,omni eſſe lege ſolutũ. Alia verò duo loca: Quòd ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege. &, Iuſto non eſt impoſita lex: eò pertinẽt, vt eam vim coercendi,atque cogendi, quæ in lege eſt, nihil iuſtos homines tangere ſignificet: libenter enim,non coactè,non vi, ſed amore ducti, quæ lex iubet, efficiunt. Quapropter lex fertur omnis,nõ propter probos, ſed improbos viros. Ita Paulus ait, lex propter tranſgreſsiones poſita eſt. Et poſtquàm dixit ad Timotheum ſcribens,Iuſto non eſt impoſita lex, addidit: ſed iniuſtis, & nõ ſubditis,impijs. Non igitur Chriſtianos omnes (vt iſti dicunt) Paulus lege eximit: Sed eos tantùm,qui promptè,& libenter præſtant,quæ lex iubet. Citant etiam in nos illud Marci: In vanum colunt me docentes doctrinas, & præcepta hominum: ſed quòd ſequitur, addendũ eſt,vt,de quibus id præceptis dicatur, intelligamus. Relinquẽtes enim mandatum Dei tenetis traditiones hominũ. Si lex igitur vlla hominũ iubeat, quæ lege Dei,ne fiant,cauẽtur; vt Phariſæorũ leges,& præcepta erãt; eis minimè nos obedire debemus. Nã Deus grauiter eis per Eſaiã minatur, qui cõdunt leges iniquas. Sed dicunt aduerſarij: quid attinet tot leges ferre, tot præcepta dare? At quidem attinet ad bonã Eccleſiæ adminiſtrationẽ, & ad præſcribẽda officij munera: ad ſalutis deniq́ue viã planiùs tenẽdam. Nec adeò multa ſunt,quàm iſti iactãt. Nã præter illas decem leges, quas natura ipſa hominũ mentibus ſcripſit: quinq; tantùm æquiſsimas,quæ ad omnes Chriſtianos pertineãt, Eccleſia parẽs adiecit. Decreta verò, & Pontificum reſponſa potiùs declarãt, quid certis caſibus ex præſcripto legis diuinæ tenendũ,& faciendum ſit. Quare expoſitiones potiùs legis diuinæ, quã nouæ leges cẽſendę ſunt. Aut diuini cultus modum præſcribũt: quod ei erat reipublicæ faciendum,quam Dei cultus imprimis tangit: præſertim quòd iſtiuſmodi leges tantùm ferantur eis, qui voluntate ſua Dei colendi munerì ſe addixerũt. Quòd ſi inter leges aliquã nimis grauẽ,parumq; neceſſariã, & quę potiùs oneri eſſet ſalutis viã ingredientibus, quã leuaret, mõſtraret q; viã: aduerſarij notarẽt,quoniã talis, illarum quidem eſſet,de quibus Chriſtus dicit: Alligãt onera grauia, & importabilia,& imponũt in humeros hominũ: facilè cũ Auguſtino abrogari pateremur. Sed cùm eiuſmodi nullã ipſi proferant,argumẽto eſt, nullã inueniri poſſe. Dicũt tamẽ, Chriſtus inſtituit omnia,quę ad ſaluté neceſſaria ſunt: Quòd nos fatemur: modum tamen celebrandi ea, tempuſq; præſtãdi,quoniam ipſe nõ conſtituit, Eccleſiæ, cui ſuas partes dedit, conſtituendum,& decernendũ reliquit: vt Chriſti munus fuit Euchariſtiã inſtituere: Eccleſię verò modũ Euchariſtiæ celebrãdę decernere,quòd idẽ de alijs ſacramentis intelligendũ eſt. Itẽ,à Chriſto fuit ſacramẽtũ cõfeſsionis inſtitutũ,tanquàm vnicum, poſt baptiſmũ, criminibus flagitijsq; remedium: tẽpus autẽ,quo peccantem oporteat ad hoc remediũ confugere,Eccleſię munus fuit, vt matris de filiorũ ſalute ſolicitę, circunſcribere. Idem de Euchariſtię dico ſacramento. Ieiunium etiam, & verbo,& exẽplo nobis Chriſtus vehementer commendauit. Debemus igitur nos,quẽadmodum & ille ieiunare. Quare partes erunt Eccleſiæ,vno,eodẽq; tẽpore, vt Eccleſiæ declaretur cõſenſus, Chriſtanos omnes legibus,& edictis ad ieiuniũ euocare.

Non eſt liberi hominis lege eſſe ſolutum. Galat.3. 1.Timot.1.

Quid ſit virũ iuſtũ non eſſe ſub lege.

Galat.5.

1.Tim.1.

Marc.7.

Quibus legibus non debemus obedire.

Eſa.10.

Paucas leges Eccleſia ſcripſit.

Pontificum reſponſa quid contineant.

Matth. 23.

Quæ leges abrogandæ ſunt.

De quibus rebus leges ferre poſſit Eccleſia.

Sapienter igitur de ieiunio leges ferun-
tur: tametsi in sacra scriptura ex-
presse non scribantur. Item ipsa natu-
ra præcipit, vt dies aliquos festos aga-
mus, & Deum quopiam externo cul-
tu colamus: nec tales dies, nec talem
cultum Euangelium præscribit: op-
timè igitur institutæ reipublicæ est,
& hos dies, & hunc externum cul-
tum præscribere. Non igitur legibus
illis, quæ explicatè in sacris libris ponũ
tur, contenti esse debemus. At dicunt
aduersarij, si Ecclesiæ duces essent
Matth. 23. Pauli, & aliorum Apostolorum spiri
tu, & virtute præditi, facilè hanc eis
ferendarum legum facultatem per-
mitteremus. Quod ridiculè valdè di
citur: non enim propter eorum vir-
tutem obediendum eis esse putamus.
Nec sancti apostoli, propterea quòd
egregia fuerint sanctitate prediti, hãc
ferendarum legum nactisunt pote-
statem: sed quia Ecclesiam capesse-
bant. Quare licet eorum successores
in qui fuerint: tamen magistratus est,
quem gerũt, sanctissimus: qui suana
tura postulat hanc imbeadi, & decer-
nendi vim. Quã ob causa Christus a-
postolis suis dixit: Super cathedram
Matth. 13. Moysis sederunt Scribæ, & Pharisæi,
quæcunque dixerint vobis, facite: se-
cundum opera eorum nolite facere:
dicunt enim, & non faciunt. Et Pe-
1. Pet. 2. trus ait: Subditi estote in omni timo-
re dominis, non tantùm bonis, & mo
destis, sed etiã discolis. Et Paulus He-
Hebr. 13. breis scripsit: Obedite præpositis ve-
stris, & subiacete eis: ipsi enim peruigi
lant, quasi rationem pro animabus ve
stris reddituri. Non dixit, quoniã ipsi
sanctissimi sunt: sed quoniam ipsoru
curæ sumus commissi. Nihil igi
tur est quòd excellentem præterea in
eis virtutem requiramus. Ac deniq;
ista aduersariorum nostrorum sen-
tentia in articulis Ioannis Hus nu-
meratur, qui damnantur in concilio
Constantiensi.

Concilium Constantiense. 1. Timoth. 1.

CAP. 16. *Ecclesiam recte Cere-monias instituisse.*

IIsdem ferè argumentis,
quibus Ecclesiam legum
ferendarum facultatem
habere probauimꝰ, proba-
re etiam possumus, munus eius es-
se, ceremonias aliquas constituere,
quibus foris religionem nostrã pro-
fiteamur. Sed aduersarij totum cere-
moniarum genus contemnunt, ac nõ
nullas Ecclesiæ ceremonias, disputando labefactare contendunt: Sed
cùm non solùm mente, sed etiam cor-
pore Deo debeamus obsequium: &
mente, & corpore illud oportet pro-
fiteri. Corporis autem obsequium
nõ nisi ceremonijs significatur, quas
sapientissimè Ecclesia præscripsit: at-
que constituit, vt vnanimes, & vno
ore (vt Paulus vult) honorificemus
Deum, & Patrem Domini nostri Ie-
su Christi. Et vt Ecclesia eò religionis
magistra, ita & modum tradat reli-
gionis profitendæ. Sed asseuerãt ad-
uersarij, nunquàm populum liber-
tatem Euangelicam consecuturum,
nisi ceremoniæ prorsus omnes pro-
pellantur. Nam nihil aliud ceremo-
niæ volunt (dicunt illi) quàm vt sa-
cerdotes tyrannide populum deti-
neant: Sed multis, iã de libertate ista
Euangelica, quam populis aduersarij
vendit ant, superiori capite disseruī-
mus: eamque non libertatẽ: sed dis-
solutam flagitiorum omnium licen-
tiam esse demonstrauimus. Nec Ec-
clesiæ

Aduersarij ceremonias contemnunt.

Qua de causa apostoli & alij, ferendarum legum habuerint potestatem.

Cur sapientes Ecclesia ceremonias præscribat. Rom. 15.

cleſię duces ceremonias populis proponunt, vt tyrannidem exerceãt: ſed vt homines ad diuinum cultũ, & obſequium excitent, leuioribuſque leuent criminibus, promptiorem reddant, & aptiorem ad diuina beneficia percipiẽda, vt Dionyſ. docet. Atq; etiã populo veteri cùm fuerint tot ceremoniæ propoſitæ, ſtultũ eſt ceremonias omnes contemnere, quæ tanta Dei auctoritate commendatæ ſunt. At dicunt aduerſarij; in toto nouo teſtamento, nullum ceremoniarum veſtigium reperieur: Sed iam planum à nobis factum eſt, non omnia, quæ ad religionem ſpectant, nouo teſtamento poni: ſed multa propter maiorum traditiones, atque concilia, religionẽ ſummã, & fidẽ certiſsimã habere. Idque vehementer probat, atq; cõmendat ceremoniarũ dignitatem: quòd iam indè ab Apoſtolorum tẽporibus in Eccleſia obſeruari cognoſcimus. Nonnullis, verò, quæ fuêre à maximis Pontificibus, & ſanctis Epiſcopis inſtitutæ, præter illorum tantam auctoritatem, maximum ex perpetuæ Eccleſiæ conſuetudine robur acceſsit. Iam verò falſum eſt quod aduerſarij dicunt; nulla in nouo teſtamento ceremoniarum eſſe veſtigia. Nam ſæpe eis Chriſtum, & Apoſtolos fuiſſe vſos, facilè ex multis noui Teſtamenti locis probabimus. Cùm ſurdum, & mutum Chriſtus ſanaret, quid feciſſe Marcus narrat? Apprehendens (ait) eum de turba ſeorſum, miſit digitos ſuos in auriculas eius, & exſpuens tetigit linguam eius, & ſuſpiciens in cœlum, ingemuit, & ait illi, ephetha, quod eſt, adaperire. Quid ſibi volunt hæc? Annõ ceremoniarum veſtigia ſunt? Quomodo cæcum etiam curaſſe Ioã nes commemorat? Spuit in terram, & fecit lutum ex ſputo, & liniuit lutum ſuper oculos eius: & dixit, vade, & laua in natatoria Siloe. Quo pacto etiam Apoſtolis poteſtatem remittendi peccata tribuiſſe narratur? Infufflauit (ait) & dixit eis, accipite Spiritum ſanctum. In actis etiam narratur, Apoſtolos, manus Barnabæ & Paulo imponentes, eos ad Euangelium promulgandum miſiſſe. Paulus etiam Timotheo ſcribit. Noli negligere gratiam quæ in te eſt, quæ data eſt tibi per prophetiam, cum impoſitione manuum preſbyterij. Et alio loco; Manus citò nemini impoſueris. Alia poſſem afferre loca, quibus ea veſtigia, quæ in nouo teſtamento aduerſarij requirunt, altè impreſſa fuiſſe oſtenderem: ſed hæc ſufficiant ad eorum ſtultitiam conuincendã, qui de ſacrarum literarum cognitione gloriantur, ad eaſque totius noſtræ cauſę iudiciũ deferri poſtulãt. Sed di cũt ipſi: Nõne Paulus multus eſt in reprehẽdẽdis, & exagitãdis veteris legis ceremonijs? quid igitur audemus nos eas iterum reuocare? Sed ridiculè, & ſtultè nimis id nobis obijcitur. Nam nos veteris legis ceremonias non ſolùm nõ approbamus, ſed etiam vehementer improbamus. Nam illę Chriſtum ſignificabant vẽturum, qui nos ſanguine ſuo omni criminum macula mundaret; quę ſignificatio, nefaria modò, & impia eſt. Si quas verò nũc Eccleſia tenet, quæ cum illis conueniant: vt lucernę accenſæ, oblatio incenſi, & aliæ: non eas ſeruandas ducimus, quòd veteri fuerint lege traditę: ſed quòd vſus ad nos, p Apoſtolorũ, & aliorũ præſtãtiſsimorũ virorũ manº fuerit traductº. Paulus etiã ob eã rẽ auctores veterũ ceremoniarũ exagitat

Quibus de cauſis populis ceremoniæ proponantur.

Dionyſius Lib. de cæleſti hierarchia cap.

Ceremoniæ iam inde ab apoſtolorum tẽporibus in Eccleſia obſeruantur.

Chriſtus & apoſtoli ceremonijs vſi ſunt.

Marc. 7.

Ioan. 9

Ioan. 20.

Act. 13.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5.

Quas ceremonias Paulus refellat.

Cur veteres ceremoniæ ſint abijciendæ.

quòd valdè gratiæ, ac geſtis Chriſti detrahebant: iactantes inire gratiam, & amicitiam Dei neminem poſſe, niſi vnâ cum fide Chriſti, veterem legē obſeruaret: Cùm in eo potiùs, ex ſententia Pauli, immenſæ Deo gratię agendę ſint, quòd graui nos legis iugo liberauit. Sed citat Luterus in nos illud Pauli, Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. At ſerui Chriſti qui nos tanto pretio redemit, vult Paulus, vt ſimus: cuius colendi rationem nos Eccleſia ſanctas ceremonias tradendo docet. Capite etiam ſuperiori de hoc loco diſſeruimus, ac quā in longè diuerſam partem accipiendus ſit, demonſtrauimus. Illud verò Pauli quod Luterus etiam citat: vide te ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam, ſecundum traditionem hominum, & ſecundum elementa huius mundi, & non ſecundum Chriſtum: in aliam ſententiam à Paulo dictum fuit; nec ceremoniarum ei in mentem veniſſe puto, cùm illud ſcribebat: Sed monet Coloſſenſes, ne quiſpiam eos argumentis artificioſè ad perſuadendum compoſitis, ex naturęque principijs petitis, à fide in Chriſtum, & eius religione auocet. Quare ſtultè in ſacras ceremonias verba Pauli Luterus conuenire opinatur. Nam illę non tollunt, ſed potiùs Chriſti religionem illuſtrant. Iſtis igitur iam leuibus, & puerilibus argumentis, nihil moueri debemus, quò minus ſanctas ceremonias magnam religionem habere arbitremur.

1.Cor.7.

Pauli locus explicatur.

CAP. 17. *De bona creaturarum imprecatione.*

DE toto ceremoniarum genere, diſſeruimus: Iam de ſingulis ceremonijs agamus. Dicunt primùm aduerſarij irridentes: Quid attinet aquam, vinum, ſalem, oleum, cereos, parietes, & templorum pauimenta, veſtes, mitras, calices, & creaturas alias benedicere: cùm nulla maior eis virtus benedictione addatur, quàm eis fuerit natura inſita? Quare necromantiam (dicunt illi) potiùs, quàm religionem ſapere iſta videntur. Sed ex hoc, quod vltimo loco dicunt, iſtorum fraudes, & impietas ſingularis intelligitur. Anne hæ ſanctæ imprecationes, vel minimam talis ſuſpicionis materiam dare poſſunt? Anne vlla in eis celebrandis, dæmonis appellatio, aut inuocatio eſt? Nonne potiùs omnem diaboli vim, & poteſtatem ab eis deprecamur? Nonne preces, quibus vtimur, omnes in eis benè precādo Deum intuentur? Deū ſubmiſſè, piè, religioſè, ſanctèque appellant? Quo pacto igitur vel tenuiſsima necromātiæ ſuſpicione perſtringi poſſunt? Quòd verò benedicendarum creaturarum rationem, non ex necromantia, ſed ex ſacra ſcriptura Eccleſia didicerit: declarāt multa ſacrę ſcripturę loca, quibus à Chriſto, & alijs ſanctis viris vſurpatā fuiſſe docemur. Nam Matthęus narrat: Chriſtum panem, & vinum benedixiſſe priùs, quàm panem in corpus ſuum, & vinum in ſanguinē cōuerteret. In Caſtello item Emaus panē accepiſſe, Luc. narrat, eumq; benedixiſſe priùs, & deinde diſcipulis ſuis dediſſe. Eodē capite, in cęlo ſtam iam aſcēſurū, apoſtolos benedixiſſe narrat. Quòd ſi benedictio creaturis attributa, nullius eſſet momēti, nunquā tāto ſtudio

Benedictiones creaturarum, nec minimum necromantiam ſapiunt.

Chriſtus creaturas benedixit.

Matth.29.

Luc.24.

Exod.19. 1.Reg.8.

ſtudio Iacob matre ſuadéte Iſaac, patris ſui percipere benedictionẽ curaret. Quod dicunt aduerſarij: nullã benèprecando creaturis virtutem addi.

Num. 5.

Aliquam benedictione creaturæ virtutem addi.

Id ipſa ſcriptura falſiſsimũ eſſe docet, vt ex aquis zelotypiæ intelligitur, quæ diris imprecationibus compoſitæ, mulieres adulteras miſera morte mulcabant: nihil verò mali inſontibus afferebant. Quæ vis non erat illis natura inſita, ſed religioſis imprecationibus attributa. Eliſeus item peſtiferas & ſteriles aquas ſale ſpargens, ſalubres, vbereſq; reddidit. Amarum etiam pulmentum, farinam addens dulce præſtitit. Hoc autem non vi naturali creaturarum, ſed bona precationis virtute factum eſt. Quare vim magnã Eccleſię benedictione, aquę, oleo, veſtibuſque addi putamus. Poſſemq; miracula multa in mediũ proferre, quæ viri ſancti, aqua præſertim benedicta, & alijs benedictionibus edidêre: niſi cũ ſycophantis, & impijs irriſoribus diſputarẽ, apud quos nulla, niſi neceſſaria argumẽta valent. At dicunt: nulla fit in creatura mutatio cũ benedicitur. Quaſi nos imprecationes more rerum naturalium agere putaremus, aut quam addunt virtutem, naturalem eſſe opinaremur. Nulla etiam prolatis execrationibus conſequebatur in aquis zelotypię mutatio: ſed tantùm illarum vis admirabili in effectu deprehẽdebatur. At quã ridiculum (dicunt aduerſarij) eſt, in crotalis, ac cymbalis benedicendis precari, vt ipſis auditis, Dæmonum turba diſsipetur: quaſi Dæmones vllas habeant aures. Sed quàm ridiculi ipſi ſunt, qui tãtas ſtultitias in mediũ proferre non verentur. Eodem argumento, ignorãtię Dauid, & alios prophetas arguerent: qui frequenter à Deo poſtulant, vt audiat, vt aures ſuas accommodet. Et in veteri lege ſępe dicitur, Odoratus eſt dominus odorem ſuauitatis. An Deus aures, aut nares vllas habet? minimè quidem. Cognoſcit tamen ille res, quæ ad nares, aureſque pertinent. Quam cognitionem ex ratione cognitionis noſtræ, quæ per ſenſus, fit, declaramus. Idẽ de dęmonib⁹ dico. Poſtulat igitur Eccleſia ſanctiſsima, quoniam ipſa pro nobis cymbalis, & crepitaculis vtitur: vt ſimulatque clangere, ac ſonare cœperint, hoſtium ſuorum acies effundantur.

4. Reg. 2.
4. Reg. 4.

Benedictio creaturarum non agit more naturaliũ rerum.

Benedictio cymbalorum defenditur.

CAP. 18. *De diebus feſtis.*

SEd argumẽtantur aduerſarij: nonne dies omnes eiuſdem naturæ, rationiſque ſunt? vnde igitur hęc dierum diſtinctio orta fuit, vt alij feſti, alij profeſti ſint. Sed cùm hæc audio, cum hominibus, non hæreticis: ſed apoſtatis mihi diſputare videor. Qui non à fide modò, verùm etiam ab ipſis naturæ legibus defecerint. Num ipſi negare poſſunt, decem illa præcepta, quę decalogi nominantur, ex ipſa omnes homines arripuiſſe, & expreſsiſſe natura? Illorum autẽ præceptorum, nonne tertium eſt, ſabbatha celebrare? Quod ita intelligendũ eſt: non vt certum ſabbathi diem, ſed vt diem aliquem ab omni opere ceſſemus. Nam illud ad veteris legis ceremonias ſpectat. Ad hoc autem ipſa nos natura imbuit, vt quoniam ex corpore, & animo conſtamus, non ſemper corporis commodis ſeruiamus: ſed vt mentem aliquando à corpore quaſi auocantes, ad res eam diuinas traducamus: Deoque, quia

Dies feſtos eſſe ipſa natura docet.

mens purissima est, & à quo habemus omnia, mente pia, & religiosa veneremus. Quod idem ex eo maximè perspicilicet, quòd nulla fuerit vnquàm tã barbara natio, quæ ferias aliquas nõ haberet. Nam vt Græcos, & Romanos omittã, qui vitã præter cæteras gentes cum ratione colebãt: apud quos, multos dies festos fuisse constat: vel Indos, omnium barbarissimam nationem, nuper in ipsis orbis recessibus inuctos, multos dies festos habuisse cõpertum est. Cũ igitur quærant, vnde fuerit ista dierum orta distinctio, vicissim nos ex illis quæramus, Vtrùm ignorẽt, quod omnibus atque adeò barbarissimis gentibus cognitum fuerit. Hãc igitur dierum distinctionẽ nõ Ecclesia, sed ipsa natura docuit: Synagoga verò Deo præcipiente sabbatum distinxit, quod septimo quoque die celebrabatur; vt memoriam agerent illius diei, quo Deus, postquam res omnes sex diebus creauerat, septimo die cessasse, ac quieuisse dicitur. Erat præterea sabbathũ figurã, & imago illius sabbathi, quo Christus seruator vniuersa nostra redẽptione confecta, sepulchro quieuit, Ecclesia verò sapientissimè sabbathum cum dominica die commutauit, altiorem, præstantioremq; requiẽ, & cessationem celebrans, Christi resurrectionem; ad quam omnes aspiramus, & ab omnibus laboribus nostris vnam perfectam requiem perpetuis temporibus duraturam putamus. Quod autem festum hoc minimè nuper inuentum sit, sed ab ipsis apostolorum temporibus ad nos vsq; perductum, declaratur in Apocalypsi, qua dominicæ diei mentio fit. Ipsos etiam Apostolos multas ferias instituisse, & celebrasse credimus, vt Natiuitatis Christi, & Epiphaniæ, & Resurrectionis, & Ascensionis, & Pentecostes. Nã cùm religiosissimè in Ecclesia celebrentur, nullum earũ principium, nullam institutionem inuenimus: licet superiorum temporum, vsque ad Christum, memoriam percurramus. Ecclesiæ igitur perpetua cõsuetudine sententiam nostram abundè, vt solemus, probabimus, & istorum insolentiam, & stultas calumnias refellemus. Sed dicunt: Dies omnes à peccatis nos cõtinere debemus: nulla igitur dierum ponenda differentia est. Quasi nos dies festos comparatos fuisse putaremus, vt à crimine, & non ab opere cessaremus. Sed vt demus (aiunt) festa Dei opt. max. inutilissima tamẽ tot sanctorũ festa esse contendimus; atque hominibus ijs valde detrimentosa, qui labore, & opere suo victum & vestitum quærũt. At nos vtilissima sanctorum festa esse putamus, vt populis illorum sanctissimum exemplum proponatur: & eorum gloria ad officij munera excitentur. Quibus omnibus festis, Ecclesia minimè ferias agere præcipit. Tantùm etiam abest, vt festa egenis hominibus fraudi esse velit, vt si cuipiam nimis detrimentosum esset ab opere aliquo festo die cessare, atq; adeò sacrosanctæ Christi resurrectionis feria, facilè operi incumbere pateretur. Non enim tanta religione festa celebrat, quanta vetus lex celebrari volebat, vt quę in rebus solidis, nõ in rerũ imaginibus hæreat. Vetus verò populus, quoniã rerũ imagines persequebatur; nihil ei fas erat prętermittere: ne tota corrũperetur imago (vt Sãct⁹ Thomas ait) At dicũt aduersarij, Paulus Galatas reprehẽdit dicẽs, dies obseruatis, menses, & tempora

Nulla fuit tã barbara natio quæ ferias non haberet.

Ecclesiæ perpetua consuetudine festorũ distinctio probatur.

Cur dies festi fuerint instituti.

Cur vtilissima sint sacta rum festa.

Non vult Ecclesia festa detrimentosa esse egenis hominibus.

Cur Ecclesia sabbathũ cũ dominica cõmutauerit.

Dominica dies fuit ab apostolis inuenta.

Apoc. 1.

Cur non tãta religione festa Ecclesia celebret, quãta Synagoga.

Gal. 4.

pora,& annos:timeo vos ne forte sine causa laborauerim in vobis. Sed planissimum est,hanc epistolã Paulum cõscripsisse, quò Galatas reprehẽderet, qui à Iudæis decepti,existimabãt,præter fidem,& religionem Christi,oportere veterem etiam legem tenere. Ex quo factum est,vt ceremonias,& festa,lege veteri statuta,seruarẽt: quam eorum opinionem capite tertio multis refellit argumentis dicens,*Hoc solùm à vobis volo discere: ex operibus legis spiritum accepistis,an ex auditu fidei? &c.* Lex pædagogus noster fuit in Christo,vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides,iam nõ sumus sub pædagogo. & capite quarto ait,illam legem seruorum fuisse. Nam quòd essemus paruuli,vt serui tractabamur: per Christum verò iam viri facti,lege seruorum soluti sumus. ait itaque, *Cùm essemus paruuli,sub elementis mundi huius eramus seruientes: At vbi venit plenitudo temporis,misit Deus filium suum factum ex muliere factum sub lege,vt eos, qui sub lege erant,redimeret.* Quo loco notãdum est (vt quæ sequuntur melius intelligantur) ceremonias veteris legis,mũdi huius elemẽta vocare; fortè quòd essent perituræ,vt cęteræ mũdi huius res: Aut quòd magis corpus, quàm spiritum,& mentem exercebant. Ac denique eos incusans concludit. *Nũc autem cum cognoueritis Deum,imo cogniti sitis adeò,quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuò seruire vultis?* Explanans verò,quæ vocet elemẽta,aliquas elementorum species subiungit dicens (quod nobis aduersarij obijciunt) *Dies obseruatis,& mẽses,tẽpora,& annos: festos igitur dies intelligit Iudæorum. Ista verò elementa* præter cætera protulit,quòd erant apertissima Iudaismi signa. *Dies,sabbatha* vocat,quia septimo quoq; die agebantur. *Menses,næomenias* intelligit,quæ primo die cuiuscunq; mensis agebantur. *Tempora,tres illas* significant ferias principes,paschatis,pentecostes,& tabernaculorum. *Anni,declarant* septimos quosque annos,quibus ille ab agro colẽdo cessabãt. Quorum ipsi rationem ducentes,Iudaismum apertè,& palàm profitebantur. Non igitur Paulus festa respuit,sed Iudæorum festa tantùm,quorum ea erat falsa significatio.

Pauli locus accuratè explicatur.

Gal.3.

Gal.4.

Cur Paulus ceremonias veteris legis mũdi huius elementa vocet.

Quid Paulus vocet dies,mẽses, tempora & annos.

CAP. 19. *De Canonicis precibus.*

Esta igitur ab Ecclesia sapiẽtissimè indicta fuisse probauimus: sequitur vt de rebus ijs differamus,quibus nauare operam ferijs potissimùm conueniat,de precibus,diuinisq; laudibus: Quas cùm à nobis postulet ipsa natura,vt ei,à quo tanta accepimus beneficia,tum gratias agamus: tum vt à tantis periculis,quibus hac vita cincti sumus,opem eius assiduè imploremus: harum precũ,laudumque modum,ac rationem Ecclesia nos religionis magistra docet. Quam doctrinam aduersarij satis impudenter irridẽt. Nam libertatẽ,vt solent,Christianam appellantes,dicunt harum rerum rationem cuiusque arbitrio statuendam esse. Quasi ad libertatem pertineat,nullam accipere doctrinam eius muneris administrãdi,quod quispiam præstare debeat. Vt si rex,aut princeps,quò libertatem tueretur,nullam gerendi,gubernandique regni rationem vellet discere. Cum igitur has nobis partes

Cur à nobis natura preces & dei laudes postulet.

Precum & diuinarum laudum rationẽ nõ esse cuiusque arbitrio relinquendam.

natura impoſuerit, vt Deum, & oremus, & laudibus pro parte noſtra effe ram⁹: nihil detrahitur libertati, quòd Eccleſia magiſtra, & huius rei rationē doceat, & certos homines, vt Deum ex præſcripto laudent, conſtituat. Sicut liberæ, & ingenuæ eſſet reipub. quibuſdam hominibus partes regi in ſeruiendi dare. Nam in veteri lege ſacrificiorum, & adminiſtrationis templi ratio, atque via proponitur à Deo. Laudaturque Dauid, quòd Pſalmos ſcripſerit, cantoribuſque canendos dederit: ordineſq; laudes diuinas cantātium accuratè deſcripſerit. Cur igitur Eccleſia ſeruitute filios ſuos opprimere putabitur: quòd huiuſmodi Pſalmos, hymnoſque ad canendū proponat? Præſertim quod dum id facit, Chriſti magiſtri ſui exemplum imitatur. Qui à diſcipulis ſuis rogatus, orandi eis formam expoſuit, vt Lucas, & Matthæus narrant. Idem etiam Ioannes Baptiſta fecit, vt ex Luca intelligitur. Sed dicunt aduerſarij: quid attinet tot horas, quas canonicas vocāt, ſacerdotes ad recitandum compellere? Cùm id nulli canonici libri præcipiant. At cùm Chriſtus dixerit, Oportet ſemper orare, & nunquàm deficere: ſapientiſsimum Eccleſia iniuit cōſilium tempus vniuerſum in partes diſtribuens. Apoſtoli etiam tanquàm à Chriſto eruditi, huius nobis perpetuę orationis præclariſsimum exemplum reliquêre. De quibus Lucas dicit: erant ſemper in templo laudantes, & benedicentes Deum. & in actis: omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione cū mulieribus, & Maria matre Ieſu. In quorum locum cùm ſacerdotes in Eccleſia ſucceſſerint, pro ſuo iure Eccleſia eis id muneris demandat. Et

Chriſtus & Ioannes diſcipulis ſuis orandi formam expoſuerunt. Luc. 11. Matth. 6.

Luc. 18.

Cur fuerint preces Canonicæ per horas diei ab Eccleſia diſtributæ. Luc. 24. Act. 1.

quoniam nos aduerſarij rogant, qua de cauſa huiuſmodi ſeptem horę fuerint inſtitutæ? Breuiter eis huius inſtitutionis cauſas explicemus, vt ſapiētiſsimè à Caſsiano, & alijs auctoribus varijs in locis explicantur. Preces primùm, quas Eccleſia nocte adhibet intempeſta, exagitant aduerſarij dicētes, noctem quietis, ſomniq́ue cauſa fuiſſe à natura cōparatā: nō debēt igitur vllę eo tēpore preces, & vigiliæ inſtitui. At ſi quòd aduerſarij ponunt verum eſſet, non deberēt opifices nocte ſuis operibus incumbere: atque in regionibus ijs, quibus noctes per menſem, atque adeo anni dimidium, aliquādo durāt, totos ſe homines darēt ſopori. Vt igitur cōmodiùs nocte capiamus quietē, tamē nō quietis ſolùm cauſa nox fuit natura data: Præſertim quòd nobis Chriſtus præclarum huius orationis exemplum prębuit. De quo Lucas ſcribit; exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei. De Paulo etiam & Syla in actis narratur, media nocte Deū laudaſſe. De media etiam nocte Chriſtus natus fuiſſe creditur: & iterum ad iudicium orbis terrarum faciendum venturus apud Matth. ſignificatur, cùm dicitur: media nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei. Eodem capite, & multis alijs locis Chriſtus præcipit, vt vigilemus: & Paulus ait, dies domini ſicut fur in nocte veniet. Laudes etiam eodē propè tēpore habētur; quòd Chriſto nato chorus cœleſtis exercitus Deū laudās viſus fuit: Et quoniā eo tē pore Petrus Eccleſiæ caput, Deū perfidè negauerit: quod perpetuis eo tempore laudibus Eccleſia compenſare decreuit. Primæ, quas vocant preces, ſunt inſtitutę, vt diligentiam noſtram

Precesmediæ nocte cur fuerint inſtitutæ.

Chriſtus exēplo docuit preces apte de nocte fieri. Luc. 6. Act. 16. Matth. 24.

1. Theſal. 5.

Cur Laudes fuerint inſtitutæ.

Horæ primæ preces cur fuerint inſtitutæ.

ſtram in Deo laudando, & precando profiteamur. Et multis locis iactat Dauid, Deum manè fuiſſe precatum. Et ego ad te domine clamaui (ait) & manè oratio mea præueniat ad te. Manè principes, ſacerdotes cum miniſtris, Chriſtum apud Caipham in iudicium vocarunt. Manè Chriſtum è ſepulchro fuiſſe excitatum, ac Magdalenæ apparuiſſe Marcus narrat: & valde manè (ait) vna ſabbatorum, veniunt ad monumentum; orto iam ſole. Hora tertia Spiritus ſanctus ſuper Apoſtolos deſcendere viſus fuit, vt narratur in actis: cuius donorum, & gratię, vt nos cupidos oſtendam⁹, preces habemus hora tertia. Hora ſexta Chriſtus fuit crucifixus, vt Marcus narrat. Et Petro illa lintei è cœlo ſub miſsi figura repręſentata fuit, vt in actis ſcribitur: qua primum Apoſtolis apertè ſignificatum fuit, aditum gentibus ad euangelij gratiã patere. Quorum beneficiorum eccleſia imprimis à gentibus frequentata memor hora ſexta preces habere decreuit. Hora nona Chriſtus clariſsima voce clamauit dicens, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquiſti me. Hora etiã nona Petrum, & Ioannem in ædem Dei ad orarandum conueniſſe in actis narratur. Veſperi autem Chriſtus & è cruce ſublatus, & ſepultus fuit: veſperi etiam illud veteris legis ſacrificium quotidiè fiebat. Sacrificia verò noſtra, prętер ſacroſanctam euchariſtiã, preces, laudeſque ſunt. Et Dauid ait, eleuatio manuum mearum ſacrificiũ veſpertinum. His de cauſis preces veſpertinę ſunt inſtitutæ. Preces verò quas completas vocamus (quòd die iam habeantur completo) comparatę ſunt: vt Deo, quòd diem illum egerimus, gratias agamus. Tum vt à negotio perambulante in tenebris (vt Dauid ait) liberemur, in paceque dormiamus, & requieſcamus: vt idẽ alio loco dicit. Hac etiã hora mulieres aromata parárũt, vt veniẽtes vngerẽt Ieſum. Nõ temere igitur Eccleſiæ preces ſunt inſtitutæ: ſed maximis his de cauſis, quas aduerſarijs reddemus, cũ ex nobis quærant, quid attineat tot preces à nobis diſtingui. Sed dicunt. Chriſtus vult ne multùm orantes loquamur: non debemus igitur tam lõgis precibus Deo quotidiè ſupplicare. Sed in iſtam partem verba Chriſti nõ eſſe accipienda facilè intelliget, ſi quod ſequitur, adiungatur: totus enim locus ita habet: Orantes nolite multùm loqui ſicut ethnici faciunt: putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Ethnici enim de eloquentia gloriabãtur, & exiſtimabãt eloquenti oratione Deos eſſe in ſuã ſententiã flectendos, ſicut homines flecti poſſunt: quam peruerſam eorũ opinionem Chriſtus ſignificat dicẽs, putant quod in multiloquio ſuo exaudiantur. Non animo igitur pio, ſed lõga, & copioſa oratione cõfidebant, quod petebant impetratum iri. Damnat itaque Chriſtus preces longas ex tali profectas opinione. Cæterùm eas, quæ ab animo pio, & religioſo proficiſcuntur, & verbis, & exemplo vehementer commendat. Nam dixit: oportet ſemper orare, & nunquã deficere: & pernoctauit in oratione Dei: & factus in agonia prolixiùs orabat.

Criminantur aduerſarij prætereà, quòd preces canẽdo adhibeãtur. Tamen Eccleſia cantum inſtituit, quò plus loci ſit nobiſcum meditandi, atque mente contẽplandi ea, quæ voce proferuntur. Eo enim Deo preces gratiores

Marc.16.

Hora tertia cur preces fuerint inſtitutæ. Act.2.

Cur hora ſexta.

Act.10.

Cur hora nonã.

Matth.27. Act.3.

Cur veſperi.

Cur quæ Completa vocantur.

Matt.28.

Matth.6

Mathæ locum accuratè explicatur.

Ethnici eloquenti oratione putabant Deos eſſe in ſuam ſententiam flectendos.

Luc.18. Luc.6. Luc.22.

Cur Eccleſia cantum inſtituerit.

tiores ſunt,quò maiori affectu,& animi conatu adhibentur. Tum quòd cantu animus magis excitatur,& modulatione allectus,quaſi ex corporis vinculis extrahitur:quod Eliſeus declarauit,cùm vt vaticinaretur, pſaltē ſibi afferri poſtulauit,& ipſo canente oraculum à Deo accepiſſe narratur. Dauide etiam canente Saul liberabatur dira dæmonis iactatione.Deniq; extremæ aut petulantiæ,aut ſtultitiæ eſt,Eccleſiæ cantum,& modulationē reprehendere:cum cantui ſcriptura tantam dignitatem & auctoritatem attribuat.Dauid enim omnia,quę ex Deo accepit oracula,ad carminis rationem compoſuit. Carmem autem ſua natura non ad meditandum, ſed ad canēdum componitur. Nam à canendo dicitur. Carmina item multi ſancti cōpoſuêre,vt Moyſes,Debora, & Bara,Aña,Eſaias,Ezechias,Abacuc Zacharias,Simeon,ac denique Virgo & mater ſacroſancta, vt literis eſt ſacris conſignatum.Quæ non niſi Deo auctore,& quaſi modulatore confiebantur.Non igitur muſica Deo ingrata eſt in precibus:quippe quæ omnes ferè à Dauide, & alijs modulatæ ſunt, & ad canendum compoſitæ. Quatuor etiam mille pſaltes, Dauid inſtituiſſe narratur,ad manè & veſperè canendum,& confitendum Domino. Chriſtum etiam cum Apoſtolis Dei laudes ceciniſſe Matthæus, & Marcus apertè narrant: dicunt enim, poſtquā cœnaſſet cū diſcipulis,hymno dicto exierunt in montem olieti. Hymnus autem græcè,Latinè carmen eſt, & Auguſtinus ſic definit: Hymni ſunt Dei laudes cum cantu. Paulus etiam cum Syla preces & laudes canendo habuiſſe apertè declaratur in actis his verbis,media nocte Paulus,& Sylas orantes laudabant Deum:quod cum cantu fuiſſe, indicat quod ſequitur: & audiebant qui in cuſtodia erant. Sed aduerſarij dicunt.Anne Deus,& eius ſancti cantibus,& modulationibus iſtis delectātur? At, delectantur quidem pio illo affectu, & ſanctæ mentis eleuatione ac meditatione, quam afferunt ſua natura cantus & modulatio. Aiunt tamen aduerſarij: nonne huiuſmodi voces ſimiles earum ſunt, in quibus Elias ſacerdotes Baal irridebat dicēs, clamate voce maiore,Deus enim eſt; & forſan loquitur, aut in diuerſorio eſt,aut itinere,aut certè dormit, vt excitetur:Sed illos irridebat Elias quòd Deos,ſurdos,& omni ſenſu vacantes appellarent. Verum enim verò ſi Deum viuum magna voce appellemus, ita vt ipſa magnum cordis affectum ſua declaret magnitudine,tantùm abeſt vt reprehendenda ſit, vt ea Chriſtus fuerit vſus.Nam clamaſſe voce magna Matthæus ſcribit, Deus meus vt quid dereliquiſti me.Paulus etiā de illo Hebręis ſcribit,in diebus carnis ſuę preces,ſupplicationeſq; ad eum, qui poſſet illum ſaluum facere à morte,cum clamore valido,& lachrymis offerēs exauditus eſt pro ſua reuerentia.At Paulus (dicunt illi) nō vt cantemus;ſed vt nobiſcum Dei laudes meditemur his nos verbis monet: Implemini Spiritu ſancto,loquentes vobismetipſis in Pſalmis, hymnis, & canticis ſpiritualibus, cantantes, & pſallentes in cordibus veſtris Domino. Sed ſi tantùm animi meditationem his verbis Paulus poſtularet, quî hymnos,& cantica vt cantemus efflagitat? quî fieri id, nobiſcum tantum meditantes poteſt? Nam hymnorum vis in voce poſita

Cantus vtilitas.

4.Reg.3.

Carminis cantusque auctoritas.

1.Paral.23.

Matt.26. Marc.14.

Act.16.

Qua ratione Deus & eius ſancti cantu delectentur.

3.Reg.18.

Qua ratione laudetur deus magna voce appellans.

Matt.27.

Hebre.5.

Ephe.5.

poſita eſt: ſiquidem voces tantùm ad carminis regulas exiguntur. Aut quî cantare canuca poteſt, qui nullam vocem edit? Quàm peruerſè igitur locus hic ab aduerſarijs intelligatur, declarat quartum concilium Toletanum, quod Ca. 12. decernes Pſalmos, & hymnos exemplo Saluatoris, & Apoſtolorum eſſe canendos in Eccleſia, loco iſto Pauli id ſanctiſſimum eſſe probat: & excommunicationis pœna damnando eos eſſe decernit, qui abiecerint hymnos, & cantus Eccleſiæ. Paulus igitur vult ne voce ſolũ, ſed vt ex animo Pſalmos, & hymnos canamus. Eodem modo intelligitur illud Chriſti, quod nobis etiam aduerſarij obijciunt, cùm oraueris intrà in cubiculum tuum, & clauſo oſtio ora patrem tuum in abſcondito, & pater tuus, qui videt in abſcondito, reddet tibi. Ille quidem in cubiculũ ſuũ ingreditur, & oſtio clauſo patrẽ orat, qui Deum ex animo precatur, vocibuſque ſuis non hominum, ſed Dei aures, & gloriam quærit; ac verè cum Ieremia dicit, tibi reuelaui cauſam meam. Nam monere Chriſtus hoc loco vult, ne ſimiles ſimus hypocritarum, qui hominum gloriam captantes, in angulis platearum ſtantes orabant, vt ab hominibus viderẽtur, vt ipſe ſuprà dixit. Ac præter decretũ cõcilij Toletani, de quo iã diximus, extat aliud his verbis Agathenſis cõcilij, canone vigeſimo primo: Etquia cõuenit (ait) ordinem Eccleſiæ ab omnibus æqualiter cuſtodiri, ſtatuẽdum eſt (ſicut vbique fit) vt poſt antiphonas, collationes ab epiſcopis, vel preſbyteris dicantur, & hymni matutini vel veſpertini decãtentur diebus omnibus, & in concluſione matutinarũ vel veſpertinarum, vel miſſarum poſt hymnos capitula de Pſalmis diçãtur, & plebs collecta oratione ad veſperam ab epiſcopo cum benedictione dimittatur.

Concilium Toletanum.

Matth. 6

Matth. locus exponitur.

Ier. 11. dum

Concilium Agathenſe.

Sed quid attinet dicunt aduerſarij flexis genibus orare: mentis enim Deus non corporis orationem ducit. Sed vt non ſolùm mentis, ſed etiam corporis ſumus participes: ſic non ſolùm mente, ſed etiam corpore Deum reuereamur oportet, à quo & mentẽ & corpus accepimus. Tum vt ſuppli cem animum, & demiſſum, non mòdò verbis, ſed etiam totius corporis ſignificatione demonſtremus. Eccleſia præterea id aſsiduo vſu comprobauit, quod à Chriſto, & alijs ſanctis didicit. Nam Lucas narrat Chriſtum poſitis genibus patrem oraſſe: & Paulus de ſe dicit, flecto genua mea ad patrem domini noſtri Ieſu Chriſti, in actis etiam narratur Paulum cum ſocijs ſuis flexis genibus oraſſe. Eodem etiam modo Stephanus orauit. merito igitur Eccleſia à magiſtro ſuo, & à tantis viris edocta hoc modo Deum colit, atque reuereatur. Nos etiam aduerſarij irrident, quòd Euangelium accenſis luminibus publicè in Eccleſia canatur: ſed hac cerimonia Eccleſia vtitur, vt eo ſigno populo declaret, verũ orbis terrarum lumen Euangelium fuiſſe. De Chriſto enim Ioannes ait, Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hũc mundum. Mundum autem Chriſtus illuſtrauit euangelio, ſicut dicit Dauid, Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Chriſtus etiam habitum, & ſpeciem veri Chriſtiani deſcribit dicens, Sint lumbi veſtri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus veſtris. Eadem igitur imagine Chriſtianis Eccleſia ſignifi-

Quid attineat flexis genibus precari

Chriſtus flexis genibus orauit. Luc. 22. Epheſ. 3.

Act. 21. Act. 7.

Paulus cũ ſocijs & Stephanus flexis genibus orauit

Cur accenſis luminibus Euangelium canatur.

Ioan. 1.

Pſalm. 118.

Luc. 12.

cat,

cat; quàm paratos eos reddere Euangelium oporteat. At dicunt aduerſarij: gentiles luminibus accenſis de die idola colebant: nõ igitur eos nos imitari debemus. Sed gentiles etiam idola reuerebantur: nos igitur nõ Deum reuereamur? quò nihil, abſurdius dici, aut fingi poteſt. Peccabant illi quidem, quòd honorem, cultum, & obſeruationem Deo vero deferendam, idolis habebant: ſed nos potiùs laudandi ſumus, quòd hunc honorem, & reuerentiam rectè collocamus.

Non placet aduerſarijs præterea pompa, & ceremonia, qua Eccleſia Chriſtianos mortuos ſepelire ſolet. *Honeſtum eſt mortuos pompa ſepelire.* Dicunt enim, corpus vita defunctũ, nihil à beſtiæ corpore differre. Sicut igitur vanum, & temerarium eſſet, beſtiam mortuam tanto ſepelire apparatu; ita & corpus defunctum. Longũ tamen diſcrimen eſt inter hominis Chriſtiani, & beſtiæ corpus. Nam Chriſtiani corpus, templum Dei fuit, ſicut Paulus teſtatur; An neſcitis (ait) 1. Corin. 6. quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt. Meritò igitur in templis ſepeliuntur. Corpora etiam ſacro chriſmate ſunt imbuta; & omnia ferè ſacroſancta ſacramẽta tractarũt; atq; adeò reſurrectionem expectant, per quam vitam æternam conſequẽtur: meritò igitur vita defunctis corporibus honos aliquis habetur, & honorifico loco ſepeliũtur. Maneat igitur, & Eccleſiæ eſſe ceremonias cõſtituere; & eas, quas cõſtituit, ſanctiſsimè fuiſſe conſtitutas.

CAP. 20. *Eccleſiam rectè Chriſtianis miniſtrorum ſumptus imperare.*

EX eo quod ſupra demonſtraui, Eccleſiam & matrem eſſe, & magiſtram noſtram, curamq; paſcendarum ouium Chriſti apud illam excubare; facilè explicatur illa quæſtio, de qua inter nos, & aduerſarios, magnum diſſidium eſt: Vtrùm ouibus, paſtorum ſumptus, rectè imperet. Quidam enim Gerardus Sagarellus, & eius diſcipuli, Pſeudoapoſtoli qui dicebantur, in ea ſunt hæreſi verſati, vt iactarent, primùm Apoſtolos nihil habuiſſe proprij, nihilque in diem craſtinum reliquiſſe: quos ſacerdotes volunt imitari; ac ob eam rem eis decimas non eſſe ſoluendas. *Gerardus Sagarellus.* Eodem fuit imbutus errore Ioannes Vuicleph, & Marſilius Paduanus, docentes decimas puras eſſe eleemoſynas: quapropter integrum vnicuique eſſe, vel eas dare, vel non dare: ac tanta cum paupertate vitam ſacerdotibus eſſe traducendam, vt nihil omnino poſsideant. *Ioannes Vuicleph. Marſilius Paduanus.* Tandem temporibus noſtris Luterus ſecutus eſt, qui adeò in huiuſmodi hæreſi verſatus fuit, vt ipſo auctore quidam Germaniæ principes Dei, & ſanctorum templa expilarent, ſacraria diriperẽt, pretioſiſsima quæque vaſa raperent, veſtes ſacras militibus diuiderent, ſacerdotes bonis omnibus ſpoliarent, ad eas copias alẽdas, quas ipſi in Eccleſię cladem cõparauerãt. Ac denique tot, tantaſque vaſtitates turbo iſte, & tempeſtas Eccleſiæ attulit; vt glorieturipſe ſe plus ademiſſe Epiſcopis, Sacerdotibus, & monachis, quàm omnes hactenus Imperatores, & illorum edicta, cũ tota potentia ſua. Sed nunc mitto dicere, quàm id immane & atrox fuerit flagitiũ: non enim verbis, & oratione mea, ſed ira, & iuſto Dei ſuplicio coercendum ſpero. Diſcipulos verò Chriſti non omnino pecunijs caruiſſe, ex hiſtoria cognoſcẽdum

Luterus.

Germania principes tẽpla expilarunt.

De qua re Luterus glorietur.

Diſcipulos Chriſti nõ omnino pecunijs caruiſſe.

dum est. Literis autem mandatum
Ioan. 4. est à Ioanne, Discipulos in ciuitatem ad cibos emendos abijsse: habebant igitur pecunias: nam non sine pecu-
Ioan. 13. nijs emerent. Idem etiam Ioannes testatur, Iudæ proditori Christum dixisse. Quod facis, fac citiùs, neminem
Luc. 10. q; discipulorum intellexisse quid his verbis Christus significaret. Existimabant enim (vt idem ait) quòd ei, quoniam loculos habebat, imperaret, vt
Luc. 7. illa emeret, quæ erant ad diem festum necessaria. Habebãt igitur Christus, & Apostoli pecunias, si Iudę procurandas traditas fuisse cognoscebant, si ad illum attinere res eas emere, quæ ad diem festum erant necessariæ: Tũ si Christum, vt emeret, ei imperare putabant, intelligebant, non
Part. 31. esse ab eius alienum disciplina, pecunias ad emendum habere, & vt in crastinum aliquid reseruarent, quo emerent, quæ necessaria erant: tum loculi parantur, vt seruentur pecuniæ: Iudas omnibus scientibus Apostolis loculos habebat, & ob eam rem muneris eius esse ducebant emere, quæ omnibus necessaria erant. Christi igitur, & Apostolorum pecuniæ, ei seruandæ dabantur: habebãt igitur aliquid proprij quod in crastinum nõnunquam seruabant. Nullo igitur pacto in his locis aduersarij tergiuersari possunt.

Paulus pecunias habuit. Paulum etiam pecunias habuisse, &
Philipp. 4. aliquid in crastinum seruasse, quod ipse Philippensibus scribit, testimonio sit: Nulla mihi Ecclesia communicauit in ratione dati, & accepti, nisi vos soli, qui Thessalonicam semel, & bis in vsum mihi misistis. Sed no-
Matth. 10. bis aduersarij obijciunt illud Matthæi: Nolite portare aurum, neq; argentum in zonis vestris. At hoc præceptum, minimè perpetuò Christus obseruari voluit, sed id tantum temporis, quo inusitata, & inaudita doctrina contemptus honorum, & diuitiarum primùm populis proponebatur. Quod non verbis solùm, sed exẽplo fieri oportebat: Præsertim q; paucis diebus erant ad Christum reuersuri. Sed de vniuerso totius Ecclesiæ statu aliter differendum est, in quo non solùm oratores esse debẽt, sed patres, atq; pastores, qui pauperum curam habeant, eorumq; leuent miseriam quod sine opibus fieri nequit: tũ tem plorum ministros esse necesse est, qui agrorum, & aliorum operum præter missa cura precibus, & diuinis laudibus vacent, cultuiq;, & obseruationi Dei operam religiosè dent. Tum etiã ipsorum oratorum, & concionatorum alia ratio est. Nam minimè mox erant ad Christum reuersuri, sed vniuersum, si fuisset opus, orbem terrarum peragraturi. Tum Apostolis vita defunctis non eos Ecclesia habet oratores, qui à Spiritu sancto fuerint edocti, sed quos oporteat opera, labore, & diligentia sua, & sacras literas, & fidei nostræ mysteria comparare. Quarum rerum cognitioni diu non possent incumbere, nisi res eis ad victum necessariæ suppeditarentur. At Christus præcipit (aduersarij dicũt) ne de crastino soliciti simus. Sed Christus iniquam modò solicitudinem reprehendit, quæ iure, vel iniuria victum quærit.

Matth. locus declaratur.

Aliter differendum est, de vniuerso totius Ecclesiæ statu, quã de singulis discipulis Christi.

Quam solicitudinẽ Christus reprehẽdat. Matth. 6.

Sumptus autem, vel decimis, vel alia ratione sacerdotibus esse decernendos, vel ipsa natura docet. Quis enim dubitauit vnquam, quin de me sit is optimè meritus, qui meis commodis, & vtilitatibus seruit; qui res, & fortunas meas procurat; At sacerdotes, partim, vt me ad pietatẽ infor-

Sumptus sacerdotibus esse decernẽdos, ipsa natura docet.

Quod ſit ſacerdotum officium.

ment,& viam ſalutis monſtrent,labo rant;partim, vt mihi Sacramẽta opor tuno tempore ſuppeditent: partim, vt meas partes in Deo colendo,& ob ſeruando, & obſecrando ſuſtineant. Stultũ igitur, & ab omni prorſus ratione alienũ eſt,eos omni mercede in dignos eſſe putare. Iam verò mercede illum dignũ duco, qui colit agrũ meũ; qui verò mei loco Deũ meum colit, omni mercede priuabo? Eum, qui filium fidibus docet munere augendũ cẽſeo, ei verò,qui me veræ pietatis doctrina imbuit,nihil gratiæ referendũ ſtatuam?Quæ gens tam agreſtis,& tam barbara vnquam fuit,quæ Deorũ ſuorum ſacerdotes nõ aleret? Cùm tãta fames in AEgypto graſſaretur,vt AEgyptij cogerẽtur pro cibis, fundos, & agros vendere: Rex minimè paſſus eſt,vt ſacerdotum fundi diſtraherentur pretio: ſed de publicis horreis ſumptus ſuppeditabantur eis vt narratur in Geneſi. Nos autẽ vel in magna rerum copia, opibus illos ſpoliabimus?Quamobrem Paulus argumentis,non ex diuina lege tãtum,ſed ex ipſa etiam natura petitis, hanc probat ſententiã ad Corinthios ſcribens, Quis militat (ait) ſuis ſtipendijs vnquam?quis plãtauit vineam,& de fructu eius non edit?quis paſcit gregem, & de lacte gregis non mãducat?Nunquid ſecundum hominem hęc dico? An & lex hęc non dicit?Scriptum eſt enim in lege Moyſi, Non alligabis os boui trituranti. Nunquid de bobus cura eſt Deo? An propter nos vtique hoc dicit?Nam propter nos vtiq; ſcripta ſunt: nam debet in ſpe qui arat, arare: & qui triturat, in ſpe fructus percipiendi.Si nos vobis ſpiritualia ſeminamus:magnum eſt ſi nos carnalia veſtra metamus?Neſcitis quoniã qui in ſacrario operãtur: quæ de ſacrario ſunt edunt: & qui altario deſeruiunt, cum altario participant. Ita & Dominus ordinauit eis,qui Euangelium annunciant,de Euangelio viuere. Argumento etiam è natura ducto vtitur Chriſtus apud Lucam, cùm diſcipulos ſuos ad prædicandum mitteret; dicens,In eadem autem domo manete edentes,& bibentes,quę apud illos ſunt: dignus eſt enim operarius mercede ſua. In Leuitico etiã ſeueriſsima lege ſancitur, vt decimæ leuitis ſoluã tur. Ac Deus per Malachiam grauiter ſuccenſet eis, qui miniſtris ſuis decimas non pendebant. Leuitas Deus tam copioſè olim ali iubebat: & nũc ſacerdotes negliget? cùm eidem muneri præſint, longè maiore dignitate aucto.Item Ezechias, vt eſt in Paralipomenis,prẽcipit populo habitantiũ in Ieruſalem,vt darẽt partes ſacerdotibus,& Leuitis, vt poſſent vacare legi domini:quò ſignificatur, aliter vacare nõ poſſe.Cùm ergo eadẽ diuinæ legis vacatio,eò magis tẽporibus noſtris neceſſaria ſit,quò lex diuina præſtantior facta eſt: debet igitur populus ſumptus ſacerdotibus prębere, vt poſsint legi diuinę vacare:alioqui nõ ſolùm ſacerdotibus, ſed etiã ſibi populus fraudi eſſet,q̃ legis diuinæ peritis hominibus careret.Sed reſiſtit Ioãnes Vuicleph dicẽs, Ipſi nonnunquã Deum nihil rogant, & diuitijs ad libidinẽ abutũtur:ſed hoc valde ridiculũ eſt.Nam nos tantùm de inſtituto loquimur, vtrùm recta,ac iuſta illa lex ſit,quæ ſacerdotibus, & Eccleſiæ paſtoribus ſumptus ſuppeditari iubet. Quæ verò lex tam recta, & ſancta eſſe poteſt,qua iniquus homo non poſsit ad libidinem abuti ſuã?Eodẽ etiam argumẽto (ſi põderis aliquid haberet) proba-

Barbaræ gẽtes Deorum ſuorum ſacerdotes alunt.

Geneſ. 47.

1.Cor.9. Paulus & Chriſtus argumentis ex natura petitis probant ſacerdotes eſſe alendos à populo.

Luc.10.

Leuit.7.

2.Paral. 31.

Sumptus debent ſacerdotibus præberi, vt vacent diuinæ legi.

Nihil attinet diuitijs ſacerdotes nõ nunquam ad libidinem abuti ſuam, vt eis ſumptus non dẽtur.

probaretur, nihil nec Regibus, nec ducibus dari debere: quoniam opes suas nonnunquam vel ad reipub. perniciem conuertunt. Certissimum igitur illud sit, sumptus optimo iure sacerdotibus, & Episcopis in Ecclesia decerni: Quod antiquissimus Ecclesiæ mos, iam inde à Moyse, ad nostra vsq; tempora obseruatus, vehementer confirmat. Ac deniq; in quadraginta quinq; effatis Ioānis Vuicleph, quæ Concilio Constantiensi damnātur, hæc eius de hac re sententia numeratur.

Mos semper in Ecclesia fuit sumptus sacerdotibus decerni.

Concil. Constantiense.

CAP. 21. *Indulgentiarum thesaurum in Ecclesiæ esse.*

SVperiori capite de diuitijs, quas Paulus carnales vocat, cum aduersarijs contendimus: vicimusq; non armis, quibus aliquando inferiores fuimus: sed rationibus, & argumentis, iniuria Ecclesiæ ministros bonis, & fortunis spoliari, quas de ijs, quibus inseruiunt, meriti sunt. Sequitur vt de pretiosioribus, & excellentioribus Ecclesiæ dititijs certemus: quas non minori vi, & iniuria eripere nobis aduersarij indignè moliuntur: excellentissimam intelligo indulgentiarum thesaurū. Fuit enim olim Vualdensium error, negātium, vllas posse Pontificem maximum indulgentias, id est, pœnarum remissiones, extra sacramētum, christianis tribuere. Quos Vuicleph fuit secutus, & temporibus nostris Luterus, & reliqui aduersarij omnes. Quem errorē vt planè, atq; disertè refellamus, operæpretium est primùm intelligere: q̄ sicut ea peccati natura est, vt præterquàm quòd in Dei offensione incurrat, pœnæ sit obnoxius: ita contrà ea vis officij est, vt præterquàm q̄ Deo gratum sit, viq; sua Dei amicitiā conciliet, innoxios etiā homines efficiat, liberosq; supplicijs. Ita Noe ob bona merita sua fuit totius orbis inūdatione liberatus. Loth erutus è Sodomorū incēdio. Ac Dauid de viro sancto canit, Scuto circundabit te veritas eius, non timebis à timore nocturno, à sagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris, ab incursu, & Dæmonio meridiano. Cadet à latere tuo mille, & decē millia à dextris tuis, ad te autem non appropinquabit. Verū tamen oculis tuis cōsiderabis, & retributionem peccatorum videbis. Ex quo loco intelligitur eos, qui inculpatè viuunt, quasi in tutissimo præsidio inclusos, à damnis esse, & ærumnis securos. Contrà verò cùm dicit, Cadet à latere tuo mille, &c. & retributionem peccatorum videbis: eam gratiā iniquis hominibus pro factis suis pessimis esse referendam, vt magnis calamitatibus, & incommodis implicentur. Idem etiam apud Iob de viris sanctis dicitur: In sex tribulationibus (ait) liberabit te, & in septima, nō tanget te malū. In fame eruet te de morte, & in bello de manu gladij: à flagello linguę absconderis, & non timebis calamitatem cum venerit. In vastitate, & fame ridebis, & bestias terræ nō formidabis: sed cum lapidibus regionum pactum tuum: & bestiæ terræ, pacificæ erunt tibi. Christus etiā cùm ægrotos curaret, dicere solebat. Remittuntur tibi peccata tua: quò significabat, esse scelera ægritudinum causas. Cùm igitur talis sit officij vis, decet ea minimè frustrati: ità vt si vir officiosus nullis sit pœnis obnoxius, q̄ vitā iam diu sine culpa traduxerit:

Vualdenses.

Luterus.

Indulgentiarum thesaurum in Ecclesia esse.

Duplex officij, & peccati vis.

Officia suppliciū liberant.

Psal. 90.

Iob. 5.

Scelera sunt ægritudinū causæ.

quoniam officia quæ præſtat, in eo non habent vbi ſuam illam vim miri ficam explicent, pro debitis pœnis ſatisfaciendi (nam nullis eſt pœnis obnoxius) oportet tot memoriã officiorum apud Deum ſeruari; ne tãtarum rerum iactura ſine vllius culpa fiat. Nam ſi Chriſtus ſanctis dixit; Capillus de capite veſtro non peribit: quò magis diuinæ bonitatis eſt, ne res tãti momenti pereant? Et vt ſanctis ſuis omni ex parte gratificetur, & præmium illis perpetuæ gloriæ pro tãtis meritis ſoluẽdo, & ſatisfactionis ſuæ memoriam tenendo: ita vt alijs vſui ſit, ſi minùs ſibi illa opus fuit. De Chriſti verò meritis ſic factum eſſe, ita neceſſariũ eſt, vt vel ab aduerſarijs, quò ſuam tueantur doctrinam, negari nõ poſſit. Nam Ioannes ait, Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: nõ pro noſtris autem tantùm, ſed etiam pro totius mundi. Et Paulus, Quem propoſuit Deus propitiatorẽ, per fidẽ in ſanguine ipſius. Et Eſaias, Verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniquitates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum; & in liuore eius ſanati ſumus. Quod ſi Chriſtus propitiatio eſt pro peccatis noſtris, & non tantùm pro noſtris, ſed etiam totius orbis, atq; adeò infinitorum orbiũ, ſi eſſent: & malis, atq; incommodis ſuis, mala, & incõmoda noſtra compenſauit; oportet tantorum meritorum theſaurũ, in Dei memoria eſſe reconditum, ex quo omnibus hominibus, & infinitis, ſi eſſent, diſtribueretur. Cùm igitur certũ ſit, meritorum, & ſatisfactionum Chriſti, perpetuam Deum memoriam collegiſſe: Cur tantæ Sanctorum ſatisfactiones interibũt, & inutiles eſſe cenſebuntur: cùm poſſint etiã quodam modo Chriſti ſatisfactiones nominari: q̃ & Chriſti membrorum ſint, & Chriſti meritis nitantur. Ad Chriſti etiam amplitudinem, & dignitatem ſummam ſpectat, vt non ſua ſolùm, ſed etiam ſanctorum ſuorum merita extent: quò magis appareat ex hoc, quãta ſua fuerint. Et Paulus ingenuè teſtatur, res ſuas geſtas, non ad ipſum tantùm pertinere, ſed eas etiã in commune totius Eccleſię conferre. Nunc gaudeo (ait) in paſsionibus pro vobis, & adimpleo ea, quæ deſunt paſsionũ Chriſti in carne mea, pro corpore eius, quod eſt Eccleſia; cuius factus ſum ego miniſter ſecũdum diſpenſationem Dei, quæ data eſt mihi. Et in Epiſtola ſecũda ad Corinthios apertè docet, quandam communicationem bonorum ſpiritualiũ, inter ipſos eſſe ſanctos viros. Nam cùm Corinthios rogaret, vt pauperibus chriſtianis, qui erant in Iudæa, ſubuenirẽt, ac nonnihil ex ſuis facultatibus illis præberẽt; In præſenti (ait) tempore veſtra abundantia illorum inopiã ſuppleat: vt & illorum abundantia veſtræ inopię ſit ſupplemẽtum, vt fiat ęqualitas, id eſt, vt ipſi vos viciſsim bonis ſpiritualibus, quibus abundant, augeant; & ita ſit ęqualitas, id eſt, proportio; vt ſicut ipſorum corpori vos opem fertis: ita viciſsim illi ſpiritui veſtro auxiliũ prę ſtent. Deniq; in ipſis quatuordecim fidei principijs, quæ nominamus articulos, ab omnibus chriſtianis Eccleſia poſtulat, vt religioſè profiteantur, ſanctorum eſſe communionem: vt ſicut in vero humano corpore, mẽbra, bona inter ſe communicant: ita & in myſtico. Quod idem ex hac ſimilitudine Paulus docet: Nunc autẽ multa quidem

Officij vis ſatisfaciendi nullo modo debet perire.

Chriſti ſatisfactiones ſeruari, concedere neceſſe eſt.

1. Ioan. 2.

Rom. 3.

Eſa. 53.

Satisfactiones ſanctorũ hominum nõ debent perire.

Satisfactiones Sanctorũ ſunt quodam modo ſatisfactiones Chriſti.

Coloſſ. 1. *Sancti virũ merita ſua cum Eccleſia cõmunicãt*

2. Cor. 8.

Sicut mẽbra in humano corpore inter ſe bona communicant, ita & in myſtico.

1. Cor. 12.

quidem membra, vnum autem corpus. Non potest autem oculus dicere manui: Opera tua nō indigeo aut iterum caput pedibus, Nō estis mihi necessarij. Sed multò magis, quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt. Quod Dauid intelligens ingenuè dicit, Particeps ego sum omnium timentium te, & custodientium mandata tua. Si igitur ita à Christo stabilita Ecclesia est, vt ea charitate inter se membra sint, qua sunt veri corporis membra: sicut igitur quod boni superest vni membro, libenter cum alio communicat, & se inter se membra fouet, & adiuuant: Ita & in membris vsu veniet mysticis, vt velit vnumquodque membrum alteri, quod in se est, opem ferre. Hanc ergo tam præclaram, & honestam voluntatem Deus, qui sic constituit Ecclesiā, pro sua immensa potētia, & bonitate summa colet, atq; fouebit, efficietq;, vt quod vni supersit, alteri, cui fuerit opus, suppeditetur. Quòd autē multa sanctis merita supersint ea parte, qua vim habent satisfaciendi, & pœnas peccatorum recompensandi, facilè perspicitur licet, cùm videamus plurima, magnaq; nonnullorum sanctorū extare merita: paucissima verò, leuissimaq; peccata. Iob enim dicere audet, Vtinam appenderentur peccata mea, quibus iram merui: & calamitas quā patior, in statera: quasi arena maris hæc grauior appareret. Et alio loco, Appendat me in statera iusta, & sciat Deus simplicitatem meam. Si declinauit gressus meus de via, & si secutus est oculus meus cor meū, & si in manibus meis adhæsit macula. Et Dauid ait Psalmo sexagesimo octauo, Confortati sunt, qui persequūtur me inimici mei iniustè: quæ non rapui tunc exoluebam. Deus tu scis insipientiam meā, & delicta mea à te nō sunt abscondita. Non igitur Deus tantarū satisfactionum iacturam in Ecclesia sua fieri patietur: sed eorum colliget memoriam, vt ex tanto thesauro necessitas indigentium leuetur. Huius autem thesauri eosdem dispēsatores esse oportet, qui sunt & meritorum Christi, id est, Ecclesiæ magistratus, quibus dictum à Christo est, Amen dico vobis quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlo: & quæcunq; solueritis super terrā, soluta erunt & in cœlo. Et alio loco. Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta erunt. Vt eorūdem sit & peccatis, & peccatorum pœnis homines soluere. Hinc illud est, quod Paulus dicit, Sic nos æstimet homo vt ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Et alio loco: Nam & ego quod donaui, si quid donaui, propter vos, in persona Christi. Sed tamē has sanctorū satisfactiones non possunt Ecclesiæ magistratus per sacramenta suppeditare. Nam tantùm merita Christi sacramenta continent: siquidem sacramenta omnia, gratiam sponte sua præstant, Deoq; nos vehementiùs conciliant. Non potest autē ad nos gratia manare, nisi per merita Christi. Oportet igitur has sanctorū satisfactiones, extra sacramenta per Ecclesiæ magistratus nobis attribui. Quo modo attributas satisfactiones Indulgētias nos appellamus. Ita enim à Theologis nostris Indulgentia definitur, vt sit pœnarum, sine sacramento remissio, quibus eramus pro peccatis nostris obnoxij. Huiusmodi autem thesaurus immensus est, neq; vllo modo exhauriri potest: q non solùm

Psal. 118.

Qui sunt thesauri indulgentiarū dispensatores.

Matt. 18.

Ioan. 21.

1. Cor. 4.

2. Cor. 2.

Multæ satisfactiones sanctis supersunt.

Iob 16.

Iob. 31.

Psal. 68.

Extra sacramenta distribuuntur sanctorum satisfactiones.

Quid sit indulgentia.

ex ſanctorum meritis, ſed etiã ex meritis Chriſti congeſtus ſit. Poſſunt enim ſine ſacramento Chriſti merita ab Eccleſiæ magiſtratibus nobis diſpenſari, qua ex parte vim habent, nõ diuinæ amicitiæ nobis conciliandæ, ſed à ſupplicijs debitis pro ſceleribus eximendi. Ita igitur à nobis eſt explicata vniuerſa indulgentiarum ratio, vt facilè intelligatur, optimè ſapientiſsimèq; eſſe conſtituta. Accedit ad hoc, perpetuus Eccleſiæ mos, quæ iam diu remiſsiones has magna populorum religione, amplexa eſt. Nam capit. Quod autem. de pœnit. & remiſſ. mentio fit ab Alexandro Tertio indulgentiarum, quæ ab Epiſcopis in dedicatione templorum, & pontium conſtructione diſtribui ſolent: non tanquam rei nuper inuentæ, ſed planè vetuſtæ. Fuit autẽ Alexander Tertius Anno 1160. poſt Chriſtum natum. Eaſdem tangit Indulgentias Innocentius Tertius. cap. Excommunicamus. extra de hæreticis. Et capit. Cùm ex eo. de pœn. & remiſſ. vixit autem Innocentius Tertius, Anno 1200. Innocentius etiam Quartus idem decretum Innocentij Tertij confirmauit. Bonifacius deinde Octauus ad Annum 1300. in extrauaganti, Antiquorum. de pœnit. & remiſſ. plenam populis veniam peccatorum tribuit, inuiſentibus Anno Iubilæi, corpora Apoſtolorum Petri, & Pauli. Cõſequutus eſt Anno 1340. Clemens VI. qui in extrauaganti, Vnigenitus: amplum de theſauro indulgẽtiarum habet ſermonem. Et in Concilio deniq; Conſtantienſi, quo errores damnantur Vuicleph, is in eis numeratur error, fatuũ eſt credere indulgentijs Papæ, & Epiſcoporum. Ac temporibus noſtris, antequam ſycophantæ iſti Eccleſiam miſcerent, Hiſpania, Gallia, Anglia, Italia, Pannoniæ, Polonia, vniuerſa ſuperior, & inferior Germania, omnes deniq; Eccleſiæ Prouinciæ magna ſolicitudine huiuſmodi remiſsiones procurabant, magnaq; ceremonia apud omnes continebantur. Minimè ergo credibile eſt Deum permiſſurum, tot annos vniuerſam Eccleſiam ſuam in tanto errore verſari. Indulgentiarum igitur cultus, & religio inter ſanctas Eccleſiæ traditiones habeatur. Quarum quanta ſit auctoritas, ſuprà expoſuimus: quò facilè illud, quod nobis Luterus obijcit, eleuatur, Nullam in ſacris literis indulgentiarum fieri mentionem; remq; nouam eſſe. Demonſtrauimus enim non omnia, quæ ad fidem, & religionem ſpectãt, ſacris literis eſſe conſignata. Nec res noua illa habenda eſt, cuius vſus abhinc (vt diximus) quadringentis annis, vetuſtiſsimus habebatur. Sed quę rit Luterus, & alij aduerſarij: quid attinet merita ſanctorum, cum meritis Chriſti coniungere: atque ex illis theſaurum indulgentiarum componere? Vtrùm Chriſti merita per ſe non ſufficiunt? aut vllo egent ſanctorum hominum auxilio? Sed non ob eam rem nos exiſtimamus in theſauro merita ſanctorum reponi, quòd non ſatis ſit meritis Chriſti cumulatus, vſque adeò, vt nunquam vel minui poſsit: ſed vt illæ ſanctorum ſatisfactiones, quæ redundant, vt diximus, nec locum habent vllum, in quo aptè conſiſtant, ad eundem fontem, ex quo effluxerunt, refluant: ſicut Chriſtus Apoſtolis præcepit, vt colligerent, quæ ſuperauerunt fragmenta, ne perirent. Ita nihil ipſe tantorum meritorum perire vult: ſed vnâ cum meri-

Qua ratione ſine ſacramẽto Chriſti merita poſsint diſpenſari.

Perpetuus fuit Eccleſiæ mos, religioſe indulgentias amplecti.

Alexander Tertius.

Innocentius Tertius.

Innocentius Quartus.

Clemens. VI.

Concilium Conſtantiẽſe.

Cur in theſauro indulgentiarũ merita ſanctorũ reponantur.

Ioan. 6.

meritis Chriſti ſanctè, ac religioſè ſeruari. Verùm Luterus cum alijs argumentatur dicens, Quæ peccatis à Deo conſtituta ſunt ſupplicia, nullo modo leuari queunt: ſicut ea pœna, quæ fuit Adæ, & Euæ comparata, nunquàm leuata eſt, ſed penditur adhuc. Idem accidit Dauid: Nam ſupplicium, quod eum propter adulterium manſit, atque adeò venia impetrata, integrum perſoluiſſe legimus. Vanum igitur (inquiunt iſti) eſt, quidquam huiuſmodi remiſsiones ad pœnas leuandas prodeſſe putare. Sed aliud eſt de pœnis in hac vita repetendis ſermonem inducere; aliud de ijs, quæ futuro ſeculo pendentur. Si de primis loquamur; licet nonnunquàm quod Luterus dicit eueniat, vt in exemplis ab eo poſitis expertum eſt. Ac de talibus pœnis intelligitur illud Ierem; Si ſteterint Moyſes, & Samuel coram me, non eſt anima mea ad populum iſtũ: eijce illos à facie mea, & egrediantur. Sæpe tamen aliter accidit, quàm Luterus opinatur. Nam Dauidi tres dies eius populi peſtis propter peccatum numerationis populi à Deo ſunt conſtituti. Ac poſtea eodem precante vna tantum die, à manè vſque ad veſperam Deus contentus fuit. Veniam etiam Niniuitæ impetrarunt eis conſtituti ſupplicij. Ac denique Deus per Ieremiam ait: ſi pœnitentiam egerit gens à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiam ſuper malo, quod cogitaui, vt facerem ei. Sed quomodocunque vſu veniat in pœnis hoc ſeculo ſoluendis; indulgentias ad illas minimè putamus pertinere: ſed tantùm ad eas, quæ futuro ſeculo erant in purgatorio ſumendæ. Nam illæ leuiſsimæ ſunt, ſi cum his comparentur. Quapropter earum remiſsio tanti non eſt momenti. Tum quòd ſæpe multòplus emolumenti, quàm detrimenti afferunt. Nam ſi æquo animo ferantur, Dei gratiam, & amicitiam vehementer conciliant, ac gloriam multam, & ſempiternam pariunt. Hæ verò & horribiles ſunt, & nihil gloriam, & amicitiam diuinam augent, ſed intolerabili cruciatu miſeras animas cõficiũt. Quod ſi has nullo modo remitti poſſe Luterus, & alij putant, vehementer errant. Nam multis modis harum omnium poteſt quiſpiam in hoc ſeculo veniam impetrare: & propter has, indulgentiarum theſaurus conſtitutus eſt. Sed contendunt aduerſarij, nihil ſanctis ſupereſſe poſſe: quoniam non ſunt condignæ (vt Paulus ait) paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Et Chriſtus præcepit vt dicamus poſtquàm officia multa fecerimus, ſerui inutiles ſumus. Ac tandem hoc nobis omnibus propoſitum eſt, vt Chriſto quàm ſimillimi ſimus. Nemo verò fuit id omni ex parte conſecutus: nihil igitur bonis viris ſupereſſe potuit. At hæc argumentatio facilè ex ipſa indulgentiarum ratione, vt à nobis explicata eſt, diluitur. Qua enim ex parte officia Dei gratiam conciliant, gloriam merentur, homines ſanctos, ac Chriſti ſimiles reddunt: nihil ex eis redundare, aut affluere poteſt. Nam qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & qui ſanctus, ſanctificetur adhuc, vt eſt in Apocalypſi. & hac ex parte ſatis abundè eis à Deo gratia relata eſt, ſic, vt meritò Paulus dicat, Nõ ſunt condignæ paſsiones huius temporis, &c.

Duplex pœnæ genus.

Nonnũquàm non remittitur vllis offenſijs pœna in hac vita ſoluenda: nonnũquàm verò remittitur.

Ierem. 15.

2. Reg. 24.

Ierem. 18.

Indulgentiæ non pertinẽt ad pœnas in hoc ſeculo ſoluendas.

Omnes pœnæ futuro ſeculo ſoluendæ, in hoc ſeculo remitti poſſũt, & ad eas pertinet indulgẽtiarum theſaurus.

Rom. 8.

Luc. 7.

Qua ex parte nihil ex officijs redũdare poteſt.

Apoc. 22.

Qua ex parte ex officijs redundare posſit.

Qua verò ex parte officijs pœnas per ſoluimus, quibus propter peccata era mus obnoxij, multùm ex officijs, viris probis, ad cõmunem theſaurum redundat. At dicunt, hómines ſancti peccant, vt Ioannes ait, Si dixerimus quod peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & veritas in nobis non eſt. Sed primùm Virgo ſacroſancta nunquàm peccauit: Deinde reliqui ſancti, dicet nonnulla admittant peccata, leuiſſima tamen, raraq; ſunt, & præclara virtutis munera præſtãt, ſemperq; in officio ſunt. Quare non poteſt ex tãtis meritis multũ eis ſatisfactionis nõ ſupereſſe. At dicũt, remiſſiones hæ homines remiſſos, & negligentes efficiunt ad pœnitẽtiæ munera exequẽda. Plus igitur nocent, quã proſunt Chriſtianis: ſed etiã Dei ſummã clemẽtia, quòd non ſtatim in peccantes animaduertat, nõnulli minùs à peccatis cauent: ſicut ſcribitur à Salomone; Etenim quia nõ profertur (ait) citò contra malos ſententia, abſq; timore vllo filij hominum perpetrant malũ. Nefarium tamen eſſet ob eam rem, Dei clementiam aut non eſſe bonã, aut hominibus obeſſe exiſtimare. Quòd enim iniquus bonitate ad libidinẽ abutatur, nihil virtuti detrahit: bonos tamen viros indulgẽtiæ, & remiſſiones huiuſmodi alacriores ad Dei colendam amicitiam reddunt: quòd tãto eius beneficio cognoſcant ſe tãtorũ ſuppliciorũ pondere leuatos. Ex eo verò quod iſti obijciũt, tantũ efficitur, oportere ne nimis profuſi ſint Eccleſiæ miniſtri in his dandis indulgentijs: id quod ab Alexandro tertio cauetur in cap. illo. Quòd autẽ à nobis iã citato. Quod verò Luterus criminatur quæſtuoſas, & ſimoniacas huiuſmodi remiſſionũ conceſſiones eſſe; maledicti, & contumeliæ, quibus Luterus delectatur, non veri criminis vim, & robur habet. Non enim quæſtuoſum, & iniquũ, ſed ſapiẽs, & piũ conſilium eſt, ſi harum remiſſionum cõceſſione nonnihil officij à Chriſtianis eliciatur: aut ad aliquod præclarũ facinus impellantur: vt quod aliquid officij conferãt ad Eccleſiæ hoſtes arcendos, aut ad templum ædificandũ, aut domum, qua pauperes hoſpitio accipiantur, aut ęgroti curẽtur, & ad id genus aliud: aut quod ipſi velint cõtra Eccleſiæ hoſtes dimicare. Magna ergo religione, ac pietate huiuſmodi theſaurus in Eccleſia cõtineatur, magnaq; obſeruatione ac reuerentia eũ cũcti proſequantur, certiq; ſimus nũquã id Lutero euẽturũ eſſe, vt gloretur has nobis eripuiſſe diuitias: ſicut de aliarum opũ direptione gloriatur.

1. Ioan. 1.

Nihil virtuti detrahitur quod ea abutatur iniquus

Eccleſ. 8.

Non ſint nimis profuſi Eccleſiæ miniſtri in dandis indulgentijs.

Alexander tertius.

Quo pacto nõ quæſtuoſæ ſed piæ indulgentiarum conceſſiones ſint.

CAP. 22. *Excommunicationem extremum eſſe Eccleſiæ ſupplicium.*

QVoniã de ſumma Eccleſiæ poteſtate in docẽdo, & in iure dicẽdo egimus. Tũ de immenſo, quẽ habet theſauro, ad ciues ſuos muneribus donandos. Sequitur vt de ſupplicijs diſſeramus, quibus rebelles, & iniquos filios coercere pót. Omnis enim homo, omniſq; reſpub. cui ius imperãdi delatũ eſt, poteſt pro iure ſuo ſubditos ad ſua iuſſa exequẽda cogere: quod non, niſi pœnas eis conſtituendo fit. Cùm igitur fuerit à nobis demonſtratũ, Eccleſiam à Deo poteſtatem obtinuiſſe leges, & ſcita faciendi: oportet de ſupplicijs verba facere, quibus habet in eos animaduertẽdi ius, qui ſibi obtẽperare renuerint. Nullum verò maius ſupplicij genus,

Excommunicatio eſt acerbiſſimum Eccleſiæ ſupplicij genus.

nus,

nus, nec à Chriſto excogitatum, neq; ab Apoſtolis irrogatum videmus, quàm excommunicationem; cuius naturam explanemus oportet, vt altiſsimum Dei conſilium admiremur, qui aptiſsimum puniendi modum ei Eccleſiæ, quam ſtabilierat, inuenit. Ac ſimul eius vſum expreſſo Dei verbo, vt aduerſarij poſtulant, probemus: ex quo eorum ſtultiſsimus error facilè deprehendetur, & eorum calumniæ, & argutiæ declarabuntur.

Excommunicationis pœna aptiſsimè cõuenit cum Eccleſiæ eius inſtitutione.

Quoniam verò Eccleſia de animi bonis ſua natura tantùm ſolicità eſt, & ad mentis, & rationis diuitias aſpirat: corporis autem fortunas adeò nihil curat, vt eas potiùs contemnere doceat. Nam de vita ipſa corporis, quæ præter cætera eius bona æſtimatur, Chriſtus dicit, Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem occidere non poſſunt. Quare parùm ac commodatum ſupplicij genus ei erat reipub. quæ corporis bona pro nihilo ducit; fortunis, aut vita delinquentem ſpoliare. Nam pœna, atque ſupplicium comparatur, vt metum injciat peccandi. Quanta ergo, & quàm ſapienter comparata illa pœna in aliqua repub. eſſet, quam ſi benè præceptis ſuis ciues eſſent imbuti, nihil omnino timere deberent? Populo verò veteri, cuius omnia præmia, atque promiſsiones in lege poſitę, circa corporis bona verſabantur; rectè lex & mortem, & opum direptionem, atque euerſionem minabatur. Erat enim talis pœna illiuſmodi Reipublicæ inſtitutioni maximè conſentanea. Vt autem illis corporis bonis, mentis, ac rationis bona in noua lege ſucceſſère: ita & pœnis corpori conſtitutis maximè decens erat, vt eæ ſuccederent, quæ ad animum vniuerſæ pertinerent: cuiuſmodi excommunicatio eſt, quæ bonis omnibus ſpiritualibus hominem ſpoliat, & quoad eius fieri poteſt, ex Eccleſia ejicit. Denique verè præſtat id, quo ſæpe in antiqua figura, id eſt in lege veteri Deus vlturum minatur eos, qui legem eius neglexerint; Peribit (ait) anima eius de populis ſuis. Delebo eam de populo ſuo, peribit anima illa de Iſrael. Sic etiam Chriſtus Petro dixit, ſi te non audierit, ſit tibi tanquàm ethnicus, & publicanus, id eſt, pereat eius anima de Eccleſia, ne magis Eccleſiæ bonorum particeps ſit, quàm ethnicus, id eſt paganus, atq; gẽtilis; & ab eo caueant omnes, tanquàm ab eo, qui ad Eccleſiam nõ ſpectat. Hic integra, & perfecta mors ſpiritualis, illic corporis intelligitur. Et ſicut in Numeris dixit Deus, Anima quæ per ſuperbiã aliquid cõmiſerit, ſiue ciuis ille ſit, ſiue peregrinus: quoniã aduerſus Dominum rebellis fuit, peribit de populo ſuo: verbum enim Domini contempſit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur, & portabit iniquitatem ſuam. Cuius legis ſeueriſsimum exemplum editum fuit in morte Core, Dathã, & Abiron, vt narratur Numerorum libro: quo excommunicationis ratio, tanquàm in figura optimè repræſentatur. Quod enim ſe rebelles præſtiterunt Moyſi ſic narratur; Et ait Dominus ad Moyſem: Præcipe vniuerſo populo, vt ſeparetur à tabernaculis Core, Dathan, & Abiron. Surrexitq; Moyſes, & abijt ad Dathã, & Abiron; & ſequentibus eum ſenioribus Iſrael, dixit ad turbam: Recedite à tabernaculis hominum impiorum, & nolite tangere quæ ad eos pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorum.

Leu. 23.

Exod. 12.

Matth. 18.

Excõmunicatio verè præſtat illud quo veteri lege violatores eius Deus ſe vlturum minatur.

Num. 15.

Num. 16.

Excõmunicatio tanquàm in figura optimè repræſentatur in Numeris.

Pœnis lege veteri corpori ſtatutis, excõmunicatio ſucceſſit, quæ animo & ſpiritui minatur.

Ac

Ac deinde narratur acerbiſsima fuiſſe morte multatos. Ita verbis Dei Pau-
2.Theſ.3. lus Theſſalonicenſibus ſcribit: Quòd ſi quis non obedierit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & non commiſceamini cum illo, vt confun-
2.Ioan.1. datur. Et Ioannes ait: Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert, no lite eum recipere in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis.
2.Cor.5. Cuius rei magnum exemplum ſtatutum fuit in Corinthio illo, qui ré habuerat cum nouerca ſua, de quo ſcribit Paulus, Iudicaui tradere huiuſmodi hominé ſathanæ. Reſpõdet igitur huiuſmodi ſuppliciũ ei, quod eſt in le-
Reſpõdet excommunicatio ea ſupplicij genere, quod veteri lege eam violantibus conſtitutum fuit. ge veteri, legem Dei violantibus, conſtitutum. Et vt lex illa carnis erat; ita ſcelera vindicabat, carni damna infe rendo; vt verò noſtra lex ſpiritualis eſt; ita puhit ſpiritum incommodis afficiendo. Sed videre eſt quibus bonis excõmunicatio animum priuet.
Quibus bonis excommunicatio animũ priuet. Quod nomen ipſum præſefert, ſi intelligamus, quæ nam ſint communia Eccleſiæ bona. Huiuſmodi verò ſunt ſacramenta, preces, quas adhibet Eccleſia quotidiè, quibus Deũ pro Chriſtianis omnibus precatur: vſque eò, vt omnes Eccleſiæ preces ita inſtitutæ ſint; vt nemo pro ſe Deum precetur, quin oret vnà pro Chriſtianis omnibus. Ex quo fit, vt multa nonnũ quàm Deus beneficia præbeat; & mala tollat alijs, propter alios, adeò vt So-
Gene.18. domitis, propter decem pios viros parceret. Et ſic illud Symboli intelligitur, quo ſanctorũ communionem profitemur. Et Dauid ait, Particeps ego ſum omnium timentium te. Quibus commodis, & emolumentis hominem excommunicatio excludit; ita vt ex Eccleſia eijciatur, & quaſi deleatur de populo Dei. Quod eò non dicimus, quòd putemus excommunicatos ad Eccleſiam non pertinere: ſed quòd Eccleſiæ bona ad eos nõ pertineant, ſed ſupplicia tantùm. Du-
Duplex excommunicatio. plex tamen Eccleſiæ ſtatutis diſtinguitur excõmunicatio; aliã minorẽ, aliam maiorem appellamus. Minor eſt, qua leuia puniuntur inobedientiæ crimina, & ſacramentis tantùm homines excludit. Cui reſpondere
Quid in lege veteri reſpõdeat minori excommunicationi. videtur immunditia illa, quæ ex veteri lege longè leuioribus de cauſis contrahebatur: præſertim ſi cadauer aliquod attingeretur: quæ homines tabernaculo Dei arcebat. Ita excommunicationem minorem imprimis homines incurrunt, quòd cum eo, quem mortuum Eccleſia ducit, id eſt, cum excommunicato maiori excommunicatione quiſ-
Quo nos bono priuet excommunicatio minor. piam communicet. Arcet verò tantùm (vt diximus) ſacramentis; ita vt crimen grauiſsimum ſit, cum huiuſmodi excommunicatione aut accipere, aut alijs miniſtrare ſacramenta.
Quibus bonis maior excõmunicatio priuet. Maior autem excommunicatio hominem illis bonis ſupradictis ſpoliat, & omnibus Eccleſiæ nudum ſubſidijs quaſi Sathanæ tradit. Ita vt nihil impediat Eccleſia, quò minus ab eo iactetur; & hac de cauſa anathema talis excommunicatio nominatur.
1.Cor.5. Quam aduerſus Corinthium illum Paulus tulit ſententiam. Iudicaũi (ait) vt præſens eum, qui ſic operatus eſt, in nomine domini Ieſu Chriſti congregatis vobis & meo ſpiritu, cum virtute Domini Ieſu Chriſti tradere huiuſmodi hominem Sathanę, in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini Ieſu. Tradere huiuſmodi hominem Sathanę in interitum carnis, vt ſpiritus ſal-

uus

Chriſtus dedit poteſtatē excommunicandi.

uus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti, apertè declarat, hanc excommunicandi poteſtatem ei Chriſtum dediſſe. Vt enim Chriſtus Apoſtolis vim eijciendi Dæmonia præbuit, ita & inijciendi, cum dicit, in interitum carnis, id eſt, vt vexetur, & agitetur à ſathana, & ita carnis eius libido comprimatur. Quod dicit, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini; finem ponit ad quem excommunicantis animus debet referri: non vt hominem perdat, ſed vt emendet: non vt ex Eccleſia in perpetuum eijciat: ſed vt illum ad eam demiſsiorem & ſaniorem reducat. Sicut Paulus in ſecunda Epiſtola ad Theſſalonicenſes docet, dicens, Quod ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam hunc notate, & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Ad eum etiam finem excommunicatione ex Eccleſia pellitur, ne cæteros inficiat, atque contaminet: vt olim leproſi ex vrbibus eijciebantur. Quem finem tetigit Paulus loco ſuprà citato, ſubiungens verbis iam dictis. Neſcitis quia modicum fermentum totam maſſam corrumpit. Tum excommunicatione afficiuntur rebelles, & homines impij, vt ipſorum, & aliorum conatus comprimantur; Sicut Paulus ait, Ex quibus eſt Hyminæus, & Alexander, quos tradidi ſathanæ; vt diſcant non blaſphemare: id eſt, vt ſathanæ permiſsi, & ab eo vexati, cognoſcant, quàm temerarium, & inſanum ſit quidquàm contra Deum moliri, & à vera religione homines auocare. Naturam ergo excommunicationis expoſuimus: tum ex eius fine: tum ex Eccleſiæ totius

Quem ad finem excommunicantis animus referri debeat.

2. Theſ. 3.

1. Tim. 1.

ſtatu, & conſtitutione. Eius etiam vſum probauimus; tum ex Chriſti verbis eam conſtituentis, & ea, in eos qui Eccleſiæ non obtemperauerint, animaduerti præcipientis: tum ex dictis Pauli, ea ſe fuiſſe vſum teſtantis: & Ioannis vti iubentis. Vis etiam eius, & vſus vehementer confirmatur, quòd ea iam diu Eccleſia in tot, tantiſque concilijs fuerit vſa. Non enim alias pœnas hæreticis conſtituit, niſi anathema. Eccleſiæ igitur totius iudicio ad nos per manus, ac maiorum traditiones traducto, non leuis, non ridicula, non amanda, vt aduerſarij iudicant; ſed grauiſsima pœna, & vehementer timenda excommunicatio eſt. Sed probat Luterus excommunicationem non timendam; ſed amandam eſſe: quòd Pontifex maximus dicat in ſexto, de ſententia excommunicationis; medicinalem, & non mortalem, & non eradicantem eſſe excommunicationem. Sed cùm id nobis Luterus obijcit, planè ſuam ſtultitiam prodit. Nam ea natura eſt omnium vel accerbiſsimarum pœnarum, quæ in hac vita expetuntur, vt medicinam, & vitam ſanis, id eſt, non pertinacibus hominibus afferant. Id enim intereſt inter huius, & æui futuri pœnas, quod illæ ſalubres eſſe poſſint, & longè maius emolumentum importare, quàm abſtulerunt: hæ verò nihil commodi præſtant: ſed tantùm caſtigant, atque vindicant. Quod hoc æuo homines reſipiſcere, & ad ſaniorem mentem redire poſsint: illo verò minimè. At quis vnquàm tam ſtultus fuit, vt cenſeat omnes huius vitæ pœnas, & acerbitates grauiſsimas non timen-

Excommunicatione ſemper Eccleſia fuit vſa.

Quæ ſit natura pœnarum huius vitæ.

Quid inter huius, & æui futuri pœnas intersit.

Pœna licet medecinam afferre poſſint, timenda tamen ſunt.

timendas, ſed amandas eſſe? Magnam Dauidi medicinam fecit ſupplicium, cui fuit addictus, quòd populum numerare iuſſerit: quando tamen illorum trium ſupplicíorum optio ei data fuit, dixit, coarctor. Magnum etiã Iob fructum tulit ex ijs calamitatibus, quas perpeſſus eſt. At eas non timeret? Cùmque omnes pœnæ natura timendæ ſint, quippe quæ detrimento ſæ ſunt; licet ex eis vtilitas percipi poſsit: tum excommunicatio præter cæteras omnes timenda eſt. Nam cæteræ ſine culpa expeti poſſunt, hæc vero minimè. Quare præter reliquas omnes culpam comitatur: ita vt qui culpam verè timeat, non poſsit excommunicationem non timere. Quod dicit Luterus, excommunicationem bonis tantùm externis priuare: id falſiſsimũ eſſe docuimus. Nam habetur excommunicatus ethnicus, vt Chriſtus præcipit: & ab Eccleſiæ bonis, quæ interna ſunt, alienus, & Dæmonis libidini permittitur. Quod etiam Luterus dicit, non debere publico hominum congreſſu, & cómercio prohiberi, quòd magnum familiæ ſuæ id detrimentum ſit; Ioannis præcepto repugnat, ait enim (vt narrauimus) Nolite eum recipere in domum: nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malignis. Id autem pœna quæritur, vt damnum, & incommodum inferatur; facilè verò Eccleſia patitur, vt res ad vitam, & procurationem familiæ neceſſariæ ſuppeditentur ei. Quod autem dicit, excommunicationem potiùs pœnæ declarationem, quàm pœnam eſſe, quòd homo eſſet iam per peccatũ membrum Eccleſiæ mortuum; excommunicationis vim declarat non intelligere. Nã licet eſſet membrum Eccleſiæ mortuum, omnibus tamen Eccleſiæ ſubſidijs non erat ſpoliatus: ſed multis Eccleſiæ precibus iuuabatur. Tũ aliorum mẽbrorum gratia, & vſu, apud Deum ab eius ira, & dæmonis conatibus defendebatur. At deniq́ue in cõcilio Conſtantienſi ſeſsione octaua, qua damnantur 45. propoſitiones Vuicleph, hæc in illis ponitur: Excõmunicationem non eſſe timendam, quia eſt cenſura Antichriſti.

Aliæ pœnæ ſine culpa ſolũ poſſunt: excommunicatio verò minimè.

Bonis internis excõmunicatio priuat.

Debet excõmunicatus publico hominũ cõmercio prohiberi.

Peccator nõ excommunicatus multorum Eccleſiæ bonorum eſt particeps.

Concilium Cõſtantienſe.

FINIS LIBRI PRIMI.

DIDACI STVNICAE AVGVSTINIANI DE VERA RELIGIONE IN OMNES SVI TEMPORIS HAERETICOS.

Ad Philippum I.I. Catholicum Hiſpaniarum Regem.

LIBER SECVNDVS.

CAP. I. *Fidem homini Chriſtiano non ſufficere, ſed opera etiam eſſe neceſſaria.*

EXPOSVI mº libro ſuperiori firmiſsima fidei noſtræ fundamenta, quibus illa nixa nullis hominũ calumnijs conuelli poſsit. Sequitur vt de vi, ac poteſtate eius diſſeramus. Cui rei tantam confuſionem perfidorum hominum obduxit cõtumacia, vt difficilè valde ſit, tantis tenebris lumen aliquod dicẽdo afferre: & inter tam denſas, & implicatas hæreſes, certam aliquam, & explicatam viam refellẽdi inuenire. Mihi quidem in hos homines verè quadrare videtur Nemrod, & ſociorum eius hiſtoria. Qui cum turrim altiſsimam, qua ſe ab iniurijs cœli defenderent, ſuperbiæ, & arrogantiæ monumentum ædificare contenderent, linguarum confuſione eorum opus impeditum eſt. Sic homines iſti, cùm temeritate, & perfidia ſua portum ab ira Dei tutiſsimũ ſibi parare vellent, ita inter ſe confuſi ſunt, ita opinionibus diſsidẽt: vt alij, non dicam alios, ſed ipſi ſeipſos non intelligant. Nulla enim ferè eſt ſingulorum de hac re ſententia, quæ alia ipſiuſmet ſententia non cõuincatur. Ac primùm tam vtilem fidem eſſe prędicant ad gratiam Dei ineundam, & felicitatem conſequendam, vt alia re nulla opus eſſe iactent. In qua primùm hæreſi fuit Eunomius, vt auctor eſt Auguſtinus lib. de hęreſibus. capit. 54. quam iacentem in tenebris, Luterus temporibus noſtris excitauit. Cuius verba recitabo, ne ſi tam ſtulta, temeraria, & ſacrilega fuerint, tamque ab humanis opinionibus abhorrentia, vt inſani, & amentis hominis eſſe videantur, aliquid criminandi cauſa de meo additum quiſquam exiſtimet. Ait enim, Iam vides, quàm

Explicatur hoc ipſum de fide.

Hæretici ita inter ſe diſcrepant, vt ſeipſos non intelligant.

Eunomius.

Auguſtinus.

Luteri de fide verba.

Gen. 9. *Hiſtoria ædificationis Babel in hæreticos quadrare.*

diues sit homo christianus, siue baptizatus, qui etiam volens non potest perdere salutem suam quantiscunque peccatis, nisi nolens credere. Et in illis articulis, quos scripsit ad Leonem Decimum, fidem sacramentis conferens; Nec noui (inquit) nec veteris testamenti sacramenta; sed sola fides iustificat, & contraria sententia hæretica est. Et in libro de captiuitate Babylonica, per solam fidem (inquit) cum Deo possumus agere: opera nec curat, nec illis indiget. Et alio loco; Nulla peccata possunt hominem damnare, etiam si velit, nisi sola incredulitas. Eidem sententiæ subscribit Melancton in libro de Locis communibus: quod ampliùs explicat dicens, Nulla re alia homines peccare, nisi non credendo. Est denique communis ista omnium aduersariorum hæresis. Quorum sententia vt apertè intelligatur, animaduertendum est opinari eos, nulla re alia nos esse iustos, nisi iustitia, quæ est in Christo. Nulla re alia promissam felicitatem mereri, nisi meritis Christi: cuius merita, & iustitia infinita nobiscum propter fidem communicantur, & vt illi loquuntur, à nobis fide apprehenduntur, & nostra fiunt. Sed qua fide? non illa, qua credimus Christum esse propitiationem pro peccatis nostris; & alijs diuinis oraculis nobis veteri, & nouo instrumẽto redditis: sed illa fide (animaduertere oportet genus inauditum fidei) qua vnusquisq; sigillatim sibi persuadeat, & pro certo habeat se saluum esse per Christum. Ita enim Caluinus fidem in institutionibus definit. Fides est diuinæ erga nos beneuolentiæ firma, certaque cognitio, quæ gratuita in Christo promissionis veritate fundata, per Spiritum sanctum & reuelatur mentibus nostris, & cordibus obsignatur. In eandem eunt sententiam Buzerus, & Melancton: licet Melancton in Caluinum scripserit, & pœnitentiam etiam ad iustificationem postulare videatur. Nam non propter pœnitentiam, aut propter charitatem; sed propter solam fiduciam, qua iustos esse confidimus propter Christum, in Dei gratiam nos reduci putat. Buzerus verò licet charitatem, & alias virtutes omnes in Dei amico requirat: existimat tamen eas omnes, vna fide comprehendi: ita vt fieri non possit, fidem à reliquis virtutibus distrahi, sed simulac quispiam fidem habeat se per Christum esse iustum, virtutibus omnibus decorari. Sed quibus virtutibus? id enim operæpretium est intelligere. Nam cùm nullam iustitiam, nulla merita dent præter iustitiam, & merita Christi: consequens esse volunt, omnia opera nostra esse prorsus inutilia, atque adeò iniqua esse, atque peccata. Sed vna, eademq; iustitia, nimirum Christi, omnes iustos, & bonos esse credẽtes. Quare neminem alio sanctiorem, neminem beatiorem, atque adeò Virginem sacrosanctam esse opinantur. Sic illi vniuersam iustificationis doctrinã explicant. Quos sequitur Ioannes Spangembergus, Beza, Brentius, & aliæ id genus quisquiliæ omnes. Quoniam verò multi hîc comprehenduntur errores, de singulis, disputabo. Ac primùm cùm dicunt, Solanos fide iustos esse: Nec aliud esse peccatum, quàm non credere; cum alia ipsorum pugnat sententia, qua dicunt, fidem quocunque vel leui crimine deleri. Nam nihil illi differre putant inter veniale, & lethale crimen,

Melancton.

Explicatur hæresis aduersariorum de fide.

Hæretici fidē afferunt in auditam.

Caluini de fide verba.

Buzerus. Melancton scripsit in Caluinum, & quæ sit eius de fide sententia.

Buzerus in explicatione cõciliationis controuersiæ de iustificatione.

Buzeri de fide sententia.

Ioannes Spãgembergus. Beza. Brentius.

Luterus, & alij dictis suis refelluntur.

men, vt posteà explicabimus. Si fides igitur quocunque vel leui crimine deletur; mentitur Luterus cùm dicit (vt illius verba recitaui) neminem Christianum, atque adeò volentem, posse perdere salutem suam quantiscunque peccatis, nisi nolit credere. Imo nunquam ex alia eius sententia, vel leuiter peccat, quin perdat salutem suam. Nam si Luterus frontem perfricans dicere audeat: hominem quotiescunq; vel leuiter peccat, nolle credere: nugas igitur agit cùm dicit, quantiscunque peccatis homo, nisi non credat, non potest perdere salutem suam. Quod enim peccatum reliquum est; si nullum est, quod non perfidiam afferat? Eodem modo cum alijs disputare possumus: nam easdem de ijs rebus Luteri tenent sententias. Iam verò omnes huius temporis sectarum auctores, ita (vt dixi) iustificationem perfici putant, vt iustus quicunque sit, simul ac sibi persuadeat iustum se per Christum esse: tamen se inter se criminantur, & hæreses obiçiunt. Suo igitur facto docent illam persuasionem non suffice re, vt homines iusti habeantur. Quid enim improbant eos, qui ea conditione sunt, ex qua ipsi probos viros cognoscendos esse iudicant? Deinde ego sic existimo, sic animum induco meum: Si Christus, quam isti docent religionem, doceret: si discipulos suos ita informaret: meritò legem eius, atque præcepta ciuitates propellerent, respub. exploderent, & exterminarent. Nullam enim maiorem labem, nullam cum maiori calamitate perniciem cõiunctiorem regnis, & vrbibus, quàm eiusmodi religione inferri posse arbitror. Nam cùm religione magistratus ciuitates suas cõtineant: vt homines metu numinis vel occulta flagitia vitent; omnem prorsus numinis metum homines isti hac pestifera doctrina tollunt. Quis enim locus iurirurando relinquitur, quo vel barbaræ nationes omnes religiosè astringi putarunt, si nullus homo, etiam volens, suam salutem, nisi incredulitate amitteret? Quis verebitur execrationes? quis diras imprecationes? quis si occultè facere posse putabit, se à furto, ab homicidio, ab adulterio, cùm fuerit libido, cohibebit? si nullum crimen, nullum peccatum, cùm admittantur ista, suscipitur. Quare nullam, ne Mahumetanorum, ne idolatrarũ sectam, tam puto inimicam fuisse ciuitatum, & rerum publicarum statui, quàm istam. Quocirca ego mirari non desino, vllas esse vrbes, vlla regna, quæ hanc libenter pestem admittant: quæ non à se tantum malum diris execrationibus arceãt. Iam ego in mea republica patiar esse legem, quæ leges omnes, & statuta perfringit? quæ furtum, quæ adulteriũ, quæ homicidium Deum nihil curare dicit? quæ libidinis omnia frena tollit? Quanti pueri vehementes patrum obiurgationes putabunt, cùm alia ex parte doceantur, Deum facilè in eorum sceleribus cõniuere? Quàm etiam illud impium, & sacrilegum est; Deum prò nihilo facere existimare, quæ mediocri homines virtute præditi vehementer abhorrent, summoperequè detestantur. Stuprũ, incestum, homicidium, & parricidium gubernatores vrbium acerbissimè puniunt: & Deus totius orbis moderator non puniet? Si non seuerissimè coerceantur ista, vrbes diu stare non posse putamus; & orbis

Numinis metum hæretici suæ doctrinæ tollunt.

Hæretici facto suo indicant fidẽ non sufficere.

Hæreticorũ religio magna est rerũ pub. calamitas.

terrarum ſtabit? Iam verò id maximè religionem noſtram apud alienos viros, ſi eruditi ſint commendat; quod aptiſsimè cum vniuerſa de moribus ſcientia, ab antiquis tradita Philoſophis conueniat. Sed vt ab iſtis explicatur, quid alieniùs, quid diſtantiùs dici aut fingi poteſt? quæ vniuerſum tollit officium, nullum virtutilocum relinquit, omnes hominum actiones iniquas, & ſceleratas pronunciat: nullaque tam grauia, & atrocia crimina eſſe, quæ Deus fieri prohibeat, quæ non æquo animo ferat: dum ſe homines nefarij iuſtos per Chriſtum eſſe cenſeant. An Chriſtum latronum, ſicariorum, profligatorum hominum, & omnibus ſceleribus contaminatorum, dum tales ſint, patronum, ac defenſorem conſtituunt? O perditam hominum libidinem; ô derelictos ab omni ſana mente viros, qui id docere, qui id defendere audeant? Sic ſuos diſcipulos inſtituit is, qui legem perfecit? qui nonnullas leges peruerſis hominum moribus antiquatas, quàm primùm renouandas curauit? vt illam de inimico diligendo, de muliere non appetenda, de patre obſeruando. Qui rogatus ab adoleſcentulo, quid ſibi faciendum eſſet, vt ad vitam peruenire æternam; nunquid tantùm vt crederet præcepit? nonne vt omnia ſeruaret mandata? Qui cùm in iudicium vniuerſum terrarum orbem vocaturus eſt, ob eam rem alios damnaturum teſtatur; quòd parci, & acerbi in pauperes fuerunt; alios vita beata donaturum, quòd in eoſdem clementes, benigniſque fuerint. Num fidem tantùm in hac re commendauit? Num vllam illius mentionem fecit? Quare hoc quoniam intelligebat ſapientiſsimus magiſter à nonnullis iuſtam, ſi nunquam audiiſſent, quòd non crediderint excuſationem afferri poſſe: nullam verò acceptarum, quòd benignitatis, & charitatis officia prætermiſerint. Qui apud Matthæum improbos homines cognoſcere docens, ait; à fructibus eorum cognoſcetis eos, nunquid colligunt de ſpinis vuas? aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Et paulò pòſt poſtulat non ſolùm vt credamus; ſed etiam vt faciamus dicens, Omnis ergo, qui audit verba mea hæc, & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra petram, &c. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: ſimilis eſt viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſupra arenam. Et apud Lucam narrans exemplum de illo, qui aſcendebat in Ierico: concluſit docens, quid nobis factu opus ſit: vade, & tu fac ſimiliter: non dixit, crede: ſed fac. Et apud Ioannem, Vos (ait) amici mei eritis, ſi feceritis, quæ ego præcipio vobis. Sicut igitur multis locis tantùm petit vt credamus: ſic multis alijs exigit ſolum vt faciamus. Ergo quemadmodum his non excluditur fides, quòd nulla de illa mentio fiat: ſic nec illis facta excludentur, quòd non ſimul nominentur. Videamus præterea quid eius veriſsimi, & præſtantiſsimi diſcipuli, qui puram, & incorruptam eius hauſerunt doctrinam, de hac re ſentiant: quanti facta, & officij munera faciant. Paulus ſcribit ad Romanos; Non auditores legis iuſti ſunt apud Deum: ſed factores legis iuſtificabuntur. Idem ſcribit Iacobus dicens,

Hæreticorũ religio pugnat cum tota morum ſcientia.

Mat. 7.

Luc. 10.

Ioan. 15.

Roma. 2.

Iacob. 1.

Chriſtus non nullas naturæ leges renouauit.

Matt. 5.

Mat. 5.

Mat. 15.

Mat. 19.

Mat. 25.

Cur Chriſtus in futuro iudicio nullam fidei rationẽ petiturũ ſe dicat.

Eſtote

Eſtote factores verbi, & non auditores tantùm: fallentes voſmetipſos. Quia ſi quis auditor eſt verbi, & non factor; hic comparabitur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo: conſiderauit enim ſe, & abijt, & ſtatim oblitus eſt qualis fuerit. Qui autem perſpexerit in lege perfectæ libertatis, & permanſerit in ea, non auditor obliuioſus factus, ſed factor operis: hic beatus in facto ſuo erit. Idem Petrus docet dicens, Vos autem curam omnem ſubinferentes, miniſtrate in fide veſtra virtutem, in virtute autem ſcientiam, in ſcientia autem abſtinentiam, in abſtinentia autem patientiam, in patientia autem pietatem, in pietate autem amorem fraternitatis, in amore autem fraternitatis charitatem. Hæc autem ſi vobiſcum adſint, non vacuos, nec ſine fructu vos conſtituent in Domini noſtri Ieſu Chriſti cognitione. Cui enim præſtò non ſunt hæc, cæcus eſt, & manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterum ſuorum delictorum. Ioannes etiam amantiſsimus Chriſti diſcipulus ait, Filioli nemo vos ſeducat, qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt: ſicut & ille iuſtus eſt. Et paulò pòſt, Qui non diligit, manet in morte. Omnis qui odit fratrem ſuum, homicida eſt: & ſcitis quoniam omnis homicida non habet vitam æternam in ſe manentem. Dauid etiam quærit, Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requieſcet in monte ſancto tuo? Cui ipſe quæſtioni reſpondit dicens, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam: qui loquitur veritatem cum proximo ſuo; qui non egit dolum in lingua ſua, nec fecit proximo ſuo malum, & opprobrium non accepit aduerſus proximos ſuos. Et Eſaias viam nobis ſalutis oſtendens ait, Quieſcite agere peruerſe, diſcite benefacere, quærite iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam. Ac denique ſi omnia ſacræ ſcripturæ loca perſequi vellem, quibus aduerſariorum peruerſa doctrina conuincitur, multos, & iuſtos libros complerem. Quid enim longiùs diuinis oraculis, quàm virtutis munera tractantur? aliàs officij præcepta dando; aliàs leges ferendo, aliàs præmia virtuti magna proponendo: aliàs præclara ſanctorum virorum facinora laudando, Deoque gratiſsima fuiſſe narrando: aliàs improbos inſectando, & quas peccatorum ſuorum pœnas dederint explicando. Quid igitur iſti audent tam perfidos, & nefarios ſermones inducere, Nullum eſſe peccatum, niſi incredulitatem: Nullum officium gratum eſſe Deo, niſi fidem. Sed quam fidem iſti definiunt? quam fidem requirunt? Eam nempe, quam nèmo Chriſti diſcipulus non ſolùm non docuit, verumetiam ne cogitauit vnquam. Eſt enim falſa, nugatoria, & ſacrilega, & inſanorum potiùs, quàm ſanorum hominum fides: vt quiſque vel magnis flagitijs contaminatus certò credat, ſe per Chriſtum iuſtum eſſe. De qua fide vt planiùs agamus, eam in Petro exempli cauſa ponamus. Petrum igitur tam certò, quàm fides Catholica poſtulat, oportet credere, ſe per Chriſtum bonum eſſe. Sed fides Catholica tantùm poſtulat, vt diuinis credamus

Fides quam poſtulant hæretici certiſſimo argumento refellitur.

damus oraculis. Quæram ergo, vbi id oraculi ſit, Petrus per Chriſtum eſt bonus. Nam omnia Dei oracula vel ſacris ſunt conſignata literis, vel concilijs, vel maiorum traditionibus. Nuſquam tamen tale reperietur oraculum. Vnde igitur pro certo Petrus habet ſe eſſe iuſtum? quæ fides ei Catholica iſtuc credere præcipit? Nam fides Catholica ad omnes pertinet. Ex eo enim catholica dicitur. Sed omnes ex fidei Catholicæ inſtituto non debent credere Petrum eſſe iuſtum. Nec Petrus igitur, qui eandem, quam omnes hdem profitetur. Quare primùm ſtultè ſacræ ſcripturę loca proferunt ad hanc ſuam fidem confirmandam, & nobis perſuadendam, cùm nulla de Petri bonitate in ſacra ſcriptura mentio fiat. Deinde loca quæ ipſi citant, eò pertinent, vt dicant, Omnis qui credit in eum non confundetur, & Iuſtitia Dei per fidem Ieſu in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum: & id genus alia. De iuſtitia verò, & ſalute Petri nihil ſcribitur. Nihil igitur ad propoſitam quæſtionem ſpectant, quæ eſt de fide, ſalute, ac iuſtitia Petri. Illud ſaltem oraculum, illam propoſitionem in ſacra ſcriptura poſitam eſſe docerent: Omnis qui credit ſe per Chriſtum eſſe iuſtum, eſt iuſtus. Nam tum cùm Petrus id ſe credere expertus eſſet, rectè concluderent, Petrum eſſe iuſtum per Chriſtum; concluſioque ad fidem ſpectaret, vt Dialectici docent. At nunquam illud primum in ſcriptura traditum eſſe monſtrabunt. Quî enim rem ſtultam, & nefariam monſtrabunt? Si verò cùm ſe omni præſidio excluſos videant, in portum illum confugiant, Petro ſigillatim huiuſmodi oraculum eſſe redditum, eſſe nempe iuſtum per Chriſtum: facilè mendacium eorum ſi velint diſcipuli, deprehendent. Certò enim ſcio, ipſorum neminem à Deo iſtud audiuiſſe vnquam. Accedit ad hoc, quod ſancti viri ſit timere, ne in culpa ſit apud Deum; ne non ei placeat, ſecundum illud Eccleſiaſtici, De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Et illud Prouerbiorum; Beatus homo, qui ſemper eſt pauidus, qui verò mentis eſt duræ, corruet in malum. Nemo debet ergo certò credere, ſe per Chriſtum eſſe iuſtum. Imo talis opinio, & exiſtimatio ad mentem duriſsimam, & contumaciſsimam pertinet. Et ita dubium non eſt, quin eius auctores corruent in malum. In eos enim conuenire puto illud, quod monet Ieremias; Nolite confidere in verbis mendacij dicentes, templum Domini, templum Domini, templum Domini eſt: bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & habitabo vobiſcum in loco iſto. Ecce vos confiditis in verbis mendacij, quæ non proderunt vobis. Verè enim eſt verbum mendacij, certiſsimè credo me per Chriſtum eſſe bonum, & Deo gratum, vitamque beatam me certò manere. Mendacij ſunt etiam verba illa Caluini in Antidoto; verè fidelis non eſt, niſi qui ſolida perſuaſione Deum ſibi propitium, beneuolumque patrem eſſe perſuaſus, de eius benignitate omnia ſibi pollicetur. Sed quo pacto tantum mendacium nobis probare contendat iam videamus. Ex illo Pauli ad Romanos loco. Certus ſum, quia nec mors, nec vita,

Vbi ſint diuina oracula.

Sancti viri eſt timere ne in culpa ſit apud Deum.

Eccle. 5.

Prouer. 28.

Iere. c. 7.

Quomodo fidelem Caluinus deſcribat.

Rom. 8.

Quibus argumentis aduerſarij hæreſim de fide probent.

vita, nec Angeli, nec principatus, neque virtutes, &c. nec creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro. Sed hoc loco Paulus tantùm magno verborum pondere ſignificat, quanto erga Deum amore ſit: vt licet omnes formidines opponantur, aut commoda omnia promittantur, ab eius nunquam charitate deſciſcet. Quod idem alio loco ad Philippenſes ſcribit; propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Vnuſquiſque enim pius vir cùm res omnes cogitatione percurrat, quæ aut animum ad ſe allicere, aut metum inferre ſoleant; debet quantùm in ſe eſt, apud ſe pro certo ſtatuere, vt Deum rebus omnibus anteponat: & quidvis potiùs patiatur, quàm Dei amicitiam deſerat. Et propter propoſitum iſtud, & animi deliberationem Paulus dicit, Certus ſum: non quod id tam certò credat, quàm credit Chriſtum eſſe filium Dei. Eſt enim Græcè πέπεισμαι. Id eſt, perſuaſus ſum, decreui, atque ſtatui humano more: ſic enim hac voce Paulus alijs in locis vtitur, in eandemque ſententiam vbique vulgatus interpres vertit certus ſum. Sicut & apud Ouidium, Certus es ire tamen, miſeramque relinquere Didô. Ita Paulus alio loco eiſdem Romanis ſcribit; Certus ſum autem fratres mei & ego ipſe de vobis, quoniam & ipſi pleni eſtis dilectione: repleti omni ſcientia. Stultum tamen eſſet intelligere, Paulum certum eſſe de dilectione, & ſcientia Romanorum, vt catholicum Chriſtianum de ſacra doctrina eſſe oportet. Eadem ratione dicendi vtitur Paulus ad Timothæum ſecunda Epiſtola ſcribēs; Certus ſum quod & in te nimirum habitet fides non ficta. Quod non de certitudine fidei Catholicæ; ſed humanę intelligi debet. Vtroque verò loco Græcè eſt illud præteritum πέπεισμαι. Sed argumentantur præterea aduerſarij ex Ioannis tertio capite quo dicit Chriſtus: Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam. Quo loco dicunt illi, nihil niſi fides poſtulatur ad ſalutem noſtram conſequendam. Sed quæ fides, an nugatoria illa, quam aduerſarij tradunt? minimè quidem: id enim illis erat probandum, vt ex hoc loco aliquid efficere viderentur. Sed illa hoc loco fides exigitur, de qua ipſe alio loco dicit; Qui credit: ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Nullus verò in veteri inſtrumento locus reperietur, quo credendi modus Deo gratus declaretur: niſi ille, Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, vt dent fortitudinem ijs, qui corde perfecto credunt in eum. Corde verò perfecto credere eſt, quod alijs locis ſcriptura vocat, corde perfecto ambulare. Quid autem iſtud ſit, declarat optimè Ezechias cùm Deum ita precatur. Obſecro Domine, memento quomodo ambulauerim coram te in veritate, & corde perfecto, & quod placitum eſt coram te fecerim. Ille igitur, qui corde perfecto credit in filium Dei, ita vt quod placitum eſt coram illo fecerit:

Pauli locus declaratur.

Philip. 3.

Qualis debeat eſſe deliberatio boni viri.

Certus quid Paulo ſignificet.

Rom. 15.

2. Timo. 2.

Ioan. 3.

Quam fidem poſtulet Chriſtus.

Ioan. 7.

2. Para. 16.

Quid ſit corde perfecto credere.

4. Reg. 20.

rit: nunquam vtique peribit. Nam tantùm ille perfectam fidem magistro habere videtur, qui non solùm credit quæ dicit: sed etiam facit quæ præcipit. Eodem modo alia scripturæ loca intelliguntur, quæ nobis obijciunt; vt illa. Hæc est voluntas patris mei, vt omnis qui videt filium, & credit in eum, habeat vitam æternam. Et illud, Ego sum resurrectio, & vita, qui credit in me non morietur in æternum, Et illud Dedit eis potestatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius. Quibus, & alijs locis, iustificatio fidei attribuitur, vt sancta Synodus Tridentina declarat, quòd fides sit humanæ salutis initium, fundamentum, & radix omnis iustificationis, sine qua impossibile est placere Deo, & ad filiorum eius consortium peruenire. Sed hoc decretum irridet Caluinus dicens, ineptum esse omnem fidei vtilitatem, atque fructum in principio solo, & inchoatione iustificationis ponere. Sed magna est hominis istius, vel belluæ, & stultitia, & petulantia, qui quasi rebus omnibus tenebras obduxisset, de eo, quod est ante pedes, nobiscum audet contendere. Non enim sancta Synodus initium tantùm fidem iustificationis esse dixit, sed fundamentum etiam, & radicem. Initium quidem, quòd eum ostendat, ad quem oporteat animum à sceleribus auocantes traducere, & à quo criminum veniam petere, & quem vnicè amare debeamus. Ex quo illud est, quod peccatrici dixit, Fides tua te saluam fecit. Fundamentum verò, quòd fide vniuersa apud Deum iustitia nostra nitatur: sine fide enim (vt Paulus ait) impossibile est placere Deo. Radix autem est, quòd ex fide iustitia imprimis alatur, & crescat, & quasi succum hauriat, ne laborum, & ærumnarum æstu arescat, atque deficiat: sicut Abacuc, & Paulus dicunt, Iustus ex fide viuit. Illud autem quod Paulus ait, Per Christum annunciatur vobis remissio peccatorum, à quibus non potuistis in lege Moysis iustificari: in hoc omnis qui credit iustificatur: quod etiam nobis aduersarij obijciunt, vt planè intelligatur, animaduertere opus est: Vniuersas veteris legis ceremonias, licet essent infinitæ, totumque illum cultum, grauissimamque religionem per se, vique sua neminem Deo reconciliare, & in eius amicitiam reducere. De quo latè disserit Paulus in epistolis, ad Romanos, & ad Galatas præsertim scribens, vocat ritus illos vacua, & egena elementa. Ac licet multa præterea lex illa præciperet; nihil auxilij ad sua tenenda præcepta præstabat. Quod si homines in gratiam cum Deo temporibus illis redibant; id potiùs viua fide in Christum, quàm ceremonijs illis, & legis obseruatione consequebantur. At in nostra lege longè aliter vsu venit. Nam sacramenta quibus fidem profitemur, vi sua Dei nobis gratiam reconciliant, maximamque nobis religio nostra fert opem ad diuina præcepta tenenda, Deique Optimi Maximi gratiam retinendam, vitamque cum virtute colendam. Id quod declaratur Concilio Florentino, ita decernẽte: Nouæ legis septem sunt sacraméta, quæ multùm à sacramẽtis differũt antiquę legis. Illa enim

Quis perfectam fidem magistro habere censeatur.

Ioan. 6.

Ioan. 11.

Ioan. 1.

Sess. 6. Ca. 8.

Explicatur concilij Tridentini decretum.

Cur fides sit Iustificationis initium.

Luc. 7.

Cur fundamentum.

Cur radix.

Act. 13.

Pauli locus declaratur.

Quæ vis fuerit ceremoniarũ & religionis antiquæ.

Quæ vis sit sacramentorum, religionisque nostræ

Concilium Florentinum.

la enim non cauſabant gratiam: ſed ſolùm per paſsionem Chriſti dandam figurabant: hęc verò noſtra, continent gratiam, & ipſam dignè ſuſcipientibus conferunt. Id igitur Paulus ſignificat, cùm dicit, fide nobis ea condonari delicta, à quibus lege Moyſis iuſtificari non poteramus. Sed fides talis debet eſſe, qualem expoſui, id eſt ea, quæ per charitatem operatur, vt ipſe Paulus in epiſtola ad Galatas exponit. Non enim reliquæ virtutes excluduntur, quòd vni reditus in gratiam attribuatur. Nam etiam dicitur, niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis: pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cœlorum, &, Qui diligit me, diligetur à patre meo, &, Spe ſalui facti ſumus. Eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat. Quibus locis reijci fidem putare, ſtultiſsimum eſſet; licet nulla de ea mentio fiat. Quod enim ponitur, ſæpe in ſermonibus miſſum facimus: vt cum multas colloquentes ratiocinationes faciamus, ferè ſemper aut concluſionem, aut alteram antecedentis partem reticemus. Sed inſtat Caluinus adhuc, & probare contendit, non initio tantùm iuſtificationis fidem eſſe neceſſariam: quaſi Concilium Tridentinum, aut Chriſtianus vllus, ſecùs vnquàm exiſtimaſſet, & non potiùs fidem eſſe initium, radicem, & fundamentum iuſtificationis, vt iam explanaui. Sed nobis opponit decretum illud Apoſtolorum; Per gratiam Ieſu Chriſti credimus nos eſſe ſaluos, quemadmodum & patres noſtri. Nam quæſtio (ait ille) erat ea ad ſenatum delata, vtrùm legis opera eſſent neceſſaria: quam explicarunt ſtatuentes, per gratiam Ieſu Chriſti credimus nos eſſe ſaluos. Ergo ſola Chriſti gratia neceſſaria eſſe decernitur: opera verò, ac reliqua omnia excluduntur. Huius verò gratiæ participes ſumus per fidem, qua credimus nos per Chriſti gratiam eſſe ſaluos, vt in ipſo ponitur ſenatusconſulto. Præclarum ſacrarum literarum interpretem, ne dicam præſtigiatorem, & ſceleratiſsimum ſycophantam. Nam primùm quæſtio, de qua in ſenatu deliberabatur, erat ea; vtrùm circunciſio, & reliquæ Moſaycæ legis ceremoniæ eſſent ad ſalutem adipiſcendam neceſſariæ. Nam in eodem capite dicitur, Surrexerunt autem quidam de hæreſi phariſæorum, qui crediderunt dicentes; Quia oportet circuncidi eos, præcipere quoque ſeruare legem Moyſi: conueneruntque Apoſtoli, & ſeniores videre de verbo hoc. Quare non omnia officij munera, vt Caluinus exiſtimat; ſed veteris tantùm legis propria ſenatuſconſulto excluduntur, & antiquantur. Quam quæſtionem Paulus in ſuis Epiſtolis, præſertim in ijs, quæ ſunt ad Galatas, & ad Romanos luculenter explicat. Ac veteris tantùm legis munera, & officia reijcit; poſtulat tamen frequenter ea quæ naturali, & diuino iure iubentur: & ita dicit, Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei. Et alio loco, In Chriſto Ieſu neque circunciſio aliquid valet, nec præputium: ſed fides, quæ per charitatem operatur. Cùm ergo Apoſtoli decernunt; Per gratiam Ieſu Chriſti credimus nos eſſe ſaluos: ſignificant, gratiam, quam nobis Chriſtus à Deo meruit, per ſe valere ad ſalutem obtinendam: quæ quidem

Galat.5.

Non reliquæ virtutes excluduntur, quòd vni reconciliatio aſcribatur.

Luc.13. Matth.3. Ioan.15. Rom.8. Tob.4.

Caluinus.

Non initio tãtum iuſtificationis fidẽ eſſe neceſſariã.

Act.15.

Actorum locus declaratur.

Paulus reiecit tantũ munera veteris legis.

1.Cor.7.

Galat.5.

dem gratia, legis opera non requirit; affert tamen ſecum charitatem, & obſeruationem mandatorum Dei, & virtutes alias, quibus ita renouamur, vt Deo non ingrati ſimus. ſicut Paulus alio loco dicit. In Chriſto Ieſu nec circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed noua creatura. Nec verò verbis illis abſurdam illam, & nugatoriam fidem, quam prædicat Caluinus, & alij, Apoſtoli requirunt; ſed eſt propoſitio generalis, per gratiam Chriſti ſalui ſumus; quemadmodum & illæ, Chriſtus eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Omnis qui credit in eum, non perit: quas quiſque Chriſtianus credere debet, minimè tamen ſe per Chriſtum eſſe ſaluum, Deoque gratum, niſi fidem cum charitate habeat coniunctam, omniaque Dei præcepta teneat: per quas vias à Chriſto parta ſalus ad nos deriuatur. De qua quidem conditione, niſi Deo dicente, cùm nimis certus eſſe non poſſit: fruſtra ſibi pro certo tantam ſalutem pollicetur. Sed vrget, & nobis faceſſit negotium Caluinus. Per gratiam Chriſti dicunt Apoſtoli nos eſſe ſaluos. Gratia verò non ſolùm legis opera, ſed nil etiam meriti, aut boni operis ſua natura admittit, vt Paulus ait, Si autem gratia, iam non ex operibus; alioquin gratia iam non eſt gratia. At ingenuè fatemur nos iuſtificari gratis per gratiam ipſius, per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, vt Paulus alio loco ait: huiuſmodi tamen dicendi rationes ſancta ſynodus Tridentina germaniſsimè explanat dicens; Gratis iuſtificari ideo dicimur, quòd nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Sed hanc expoſitionem valde irridet Caluinus, & ter nos cæcos appellat, qui gratuitam Dei iuſtitiam, non niſi in veſtibulo videamus: regnare verò in ipſo ædificio putemus operum merita. Verum enim verò quater & millies ipſe cæcus eſt, qui non videt, longè nos maiorem virtutem, quàm ipſum gratiæ in ipſo ædificio aſcribere. Nam quod opera, & officia noſtra Deo grata ſint, quòd quidquàm ab eo mereantur, id totum gratiæ acceptum referimus. Eſt enim gratia quædam forma, quæ bona merita noſtra comitatur, eiſque vim, pretium, & æſtimationem præbet. Et quemadmodum vis, & præſtantia naturalium formarum in eo poſita eſt, non ſolùm vt rem faciat conſiſtere: ſed etiam vt poteſtatem ei ad agendum ſuppeditet: ita ea magna gratiæ præſtantia eſt, quòd nos Deo gratos non tantùm efficiat: ſed etiam vt opera Deo grata præſtemus. Et quemadmodum ridiculum eſſet concludere, viuentium animam in vitæ tantùm valere veſtibulo; reliquo verò vitæ tempore otioſam eſſe: quòd multa viuentia opera, & induſtria ſua ad vitam neceſſaria adquirant: ita ridiculus eſt Caluinus, qui concludit, gratiam in iuſtificationis progreſſu non regnare, ex eo, quòd nos multa bona merita eius virtute ponamus. Reſiſtunt nobis etiam aduerſarij ſententia illa Abacuc à Paulo etiam repetita, Iuſtus ex fide viuit: Sed exponant illi hunc prophetæ locum, de fide ea, quam nobis probare volunt ſufficere, vt intelligant, quàm parùm in hoc conueniat prophetæ dictum. Sed fides hîc accipienda eſt in eam partem, qua

Galat. 5.

Caluinus.

Rom. 11.

Rom. 3.

Cur gratis iuſtificemur. Concilij Tridentinum.

Caluinus.

Gratiæ maiorem nos, quàm aduerſarij virtutem aſſignare.

Quid ſit gratia.

Gratiæ magna præſtantia quæ ſit.

Gratia cum formis naturalibus comparatur.

Abac. 2. Rom. 1.

Abacuc locus accurate declaratur.

Abacuc de quaſi fide loquatur.

qua ſubſtantia eſt rerum ſperandarũ, vt à Paulo definitur, & à Chriſoſtomo declaratur, id eſt, confirmanda ſpe noſtra facit, vt res, quas ſperamus, quaſi conſtare iam, & eſſe videantur: quare in calamitatibus nos, & ęrumnis maximis recreat, atque ſuſtentat. Quæ plana expoſitio fiet, ſi altiùs prophetæ locum repetamus. Nam in ſui vaticinij principio de Deo quaſi queri videtur hanc ei proponẽs quæſtionem. Vſquequò Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiens, & non exaudies? Quare reſpicis contemptores, & taces conculcante impio iuſtiorem ſe? Quia impius præualet aduerſum iuſtum, propterea egreditur iudiciũ peruerſum, hoc eſt, peruerſè nõnulli putãt, quòd nulla te tangat rerum humanarum cura. Deinde per totum primum caput probat illud, quòd propoſuit, impium aduerſus iuſtum præualere: calamitates maximas amplificans, quas impius Nabuchodonoſor Dei populo intulit. Deinde ſecundi capitis principio dicit, expectare ſe velle quid Deus ad hanc quæſtionem reſpondeat. Super cuſtodiam (inquit) meam ſtabo, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. Et reſpondit mihi Dominus, & dixit, Scribe viſum &c. apparebit in fine, & non mentietur; ſi moram fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & non tardabit. Ecce, qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: iuſtus autem in fide ſua viuet. Id eſt, quoniam me malè audire dixiſti, quòd bonos iacere, malos autem tam diu rerũ potiri permittam; nihil commoueor: homines enim increduli, puſilloque animo, ac ſceleribus dediti iſta me labe aſpergunt, ſi res ad voluntatem ſuã non fluant, quòd me non charitate, & pietate ducti; ſed commodis ſuis ſeruientes obſeruent. qui quidem morietur; iuſtus autem, quoniam me ex animo colit, & omnes ſpes, & rationes ſuas in me vno collocauit, in magna rerũ deſperatione mihi fidens ſe ſuſtinet certiſſimè credens, quod ei tempore oportuno adero; ac perinde viuet, & erit in calamitate ſuperſtes. Quod idem argumẽtum copioſè tractat Dauid Pſalmo 36. Noli æmulari in malignantibus &c. Itaque non de fide nugatoria, qua credit vnuſquiſque ſe per Chriſtum eſſe iuſtum: ſed de fide, quæ eſt ſubſtantia rerum ſperandarũ Propheta loquitur. Hunc etiam locum Paulus citat in hanc ſententiam Hebræis ſcribens. Nolite (ait) itaque amittere confidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis neceſſaria eſt: vt voluntatem Dei faciẽtes reportetis promiſſionem. Adhuc enim modicum aliquantulumque, qui venturus eſt, veniet, & non tardabit. Iuſtus autem meus ex fide viuit: quod ſi ſubtraxerit ſe, non placebit animæ meæ. Rectè igitur, & germanè à nobis locus explicatus eſt, & perperàm ab aduerſarijs. Sed triumphant de nobis epiſtolis ad Romanos, & ad Galatas, quas in manibus Lutherũ ſemper habuiſſe fertur: quas per capita explicare libet, ut earũ initijs, ac fundamẽtis cognitis, perſpicuũ ſit, vtrùm à nobis, an ab illis ſtent. Sed de epiſtola ad Romanos priùs verba faciamus; cuius hęc loca citant capitis primi: Iuſtus ex fide viuit. Virtus Dei eſt in ſalutem omni credenti. Capitis tertij; Iuſtitiam, per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes, qui credunt in eum. Ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis

Abac. c. 1.

Pſalm. 36.

Hebr. 10.

Cur bonus vir in angustia poſitus in Deo ſperet.

Luterus in manibus habebat epiſtolas ad Romanos & ad Galatas.

Rom. 1. *Epiſtola ad Romanos quæ loca in nos aduerſarij citẽt*

Rom 3.

Cur iniqui afflicti Deo nõ nunquàm inuiioſi ſint.

omnis caro coram illo. Quem propo
fuit Deus propitiatorem per fidem in
ſanguine ipſius. Arbitramur hominẽ
iuſtificari ex fide, non ex operibus. v-
nus eſt Deus, qui iuſtificat circunci-
ſionem ex fide, & præputium per fi-
Rom. 4. dẽ. Capitis quarti; Credidit Abrahã
Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiã.
Ei verò qui nõ operatur, credenti au-
tem in eum, qui iuſtificat impium, re
putatur fides eius ad iuſtitiã ſecundũ
propoſitũ gratiæ Dei. Ideo ex fide, vt
ſecũdum gratiam firma ſit promiſsio
omni ſemini, non ei, qui ex lege eſt ſo
lùm: ſed & ei, qui ex fide eſt Abrahæ.
Non eſt autem ſcriptum tantùm pro
pter ipſum: quia reputatum eſt illi ad
iuſtitiam: Sed & propter nos, quibus
reputabitur credentibus in eum, qui
ſuſcitauit Ieſum. Capitis quinti. Iuſti
Rom. 5. ficati ergo ex fide, pacem habeamus
ad Deum; per quem habemus acceſ-
ſum per fidem in gratiam iſtam. Capi
tis decimi. Quia ſi confitearis in ore
Rom. 10. tuo Dominũ Ieſum, & in corde tuo
credideris, quod illum Deus ſuſcita-
uit à mortuis, ſaluus eris. Corde enim
creditur ad iuſtitiã: ore autem confeſ
ſio fit ad ſalutem. Dicit enim ſcriptu-
ra; Omnis qui credit in illum, non cõ
fundetur. His illi locis cauſam ſuã ſa
tis munitam eſſe iactant. Sed ego libẽ
ter do, his, & alijs ſcripturæ locis ve-
hementer fidem cõmendari, valent-
Melanctõ & Zuinglius quibus locis commncantur que multùm ad Zuinglium, & Melã
ctonem conuincendum, qui ſine fide
ſalutem obtineri poſſe putant: mil-
lies tamen nego Paulum de fide lo-
qui ea, quam tãtopere aduerſarij lau-
dant: id illis erat probandum, vt non
nihil ex locis his efficere viderentur.
Quare nihil his teſtimonijs commo-
tus, in meaque perſiſtens ſententia fi-
dem, quam illi venditant, abſurdam,
nugatoriam, & improbam eſſe con-
tendo. Sed ne quiſpiam dum ſolius fi
dei his locis mentio fit, alia virtutis
munera excludi putet, altè, & à capi-
te repetita expoſitione, ex ijs quæ an-
tecedunt, & conſequuntur, ſimplici-
ter, & omni ſublata calumnia Pauli
ſententiam demonſtrabo. Et hãc epi
ſtolam, quam illi adeò fouent, & am-
plexantur, non ſolùm cum illis non
facere oſtendam: ſed etiam ita com-
poſitam eſſe, vt de induſtria ad ipſo-
rum hæreſes refellẽdas, & calumnias
explicandas compoſita fuiſſe videa-
tur. Scribit igitur Paulus primo capi-
te. Itaq; quod in me promptum eſt
& vobis, qui Romæ eſtis, euangeliza
re, non enim erubeſco Euãgelium, id
eſt: non impeditus ſum, quò minus
id facerem, quod me gẽtium pudeat
dicentium, rem à nobis ſtultam nun-
ciari. Virtus enim Dei eſt in ſalutem
omni credenti, id eſt, quid enim me
pudeat Dei virtutem narrare, quam
Deus ipſe per Euangelium exprimit,
vniuerſis credentibus per illud ſalu-
tem afferẽdo. Iuſtitia enim Dei in eo
reuelatur ex fide in fidem, id eſt, ea iu
ſtitia qua Deus homines impios iu-
ſtos, & pios reddit, in eo proponitur.
Ex fide in fidem; noua eſt dicẽdi phra
ſis, ad eum modũ, quo Latini dicunt,
de manu in manum, ſiue per manus:
ita ex fide maiorum noſtrorum in fi-
dem noſtram. Quo Paulus ſignifica-
re vult iam inde à mundi principio
homines per fidem in Dei gratiam re
ſtitui ſolitos: minimè tamẽ declarat
vniuerſam per ſolam fidem tribui iu
ſtitiam; vt ab aduerſarijs declaratur.
ſed eo modo, quo ſancta Synodus
Tridentina intelligi præcipit; fidem
initium, radicem, & fundamentum
eſſe iuſtificationis: ea dicendi phraſi,
Epiſtola Pauli ad Romanos per capita explicatur.
Rom. 1.
qua

Qua dicendi ratione Paulus intelligat homines per fidem in gratiã reſtitui.

qua medicinam, ægrotũ ſanare dicimus. id eſt, cauſam eſſe, & principiũ ſanitatis. Niſi enim calore inſito adiuuaretur, inutilis prorſus eſſet: ita niſi charitate, & alijs virtutibus fides adiuuetur, inutilis haberi debet. Quod ſic intellexiſſe Paulũ ex ſequentibus luce clarius patebit. Sequitur in Epiſtola. Sicut ſcriptũ eſt, iuſtus autẽ ex fide viuit locus citatus eſt ex Abacuc, vt proximè expoſuimus. Id eſt, ſicut dictũ fuit ab Abacuc iuſtũ propter fidẽ viuere, quã habet Deo: ita ego dico iuſtos propter fidem animæ vitã fuiſſe cõſequutos. Quilocus, quonã pacto cũ antecedẽtibus, & cõſequẽtibus cohęreat, ex optimo quoq; interprete ſcire deſideraui. Quod prætermiſſum fuiſſe miror: cũ totius Epiſtolę integra, & perfecta cognitio ex eo pendeat: ſiquidẽ ferè tota in eo loco verſatur. Quẽ quia iam à capite explicaui, tãtùm quod ad propoſitum attinet recitabo, vt quàm aptus, accomodatuſq; ſit huic Epiſtolæ, apertius intelligatur. Dicit ergo prophetę Deus; Ecce, qui incredulus eſt, nõ erit recta anima eius in ſemetipſo; iuſtus autẽ ex fide ſua viuet. Antitheſis eſt, eaque hebraico more conciſa. Nam cùm ex duobus conſtet contrarijs, alterũ tantùm contrarium in vtraque parte ponitur: integra verò ſi eſſet, ita diceretur: Qui incredulus eſt, nõ erit anima recta: ac proinde morietur; iuſtus autẽ erit anima recta: ac proinde ex fide ſua viuet. De vita, & morte corporis intelligit etiã propheta: quã totã Paulus ad animi vitam, atq; mortem tranſtulit. Ac licet dimidium antitheſis protulerit, totam intelligi vult: totã ſiquidem latiùs amplificando interpretatur. Ac primò, primam partem: nimirũ quod increduli, ſiue gentiles, ſiue Iudæi morientur, dicens, Reuelatur enim ira Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, &c. Narrat crimina gentium, quæ nihil excuſationis habere oſtendit. Cùm verò dixit, Reuelatur enim, &c. hęc cauſę redditio, niſi ad priorem partem antitheſis Abacuc referatur, intelligi non poteſt: nec qua de cauſa, tam multis crimina gentium demonſtrentur, vſque ad illud ſecũdi capitis, cùm dicit. Qui reddet vnicuique ſecundum opera eius: ijs quidem, qui ſecundum patiẽtiam boni operis, gloriam, & honorem, & incorruptionem quærunt; vitã æternam. ijs autem qui ſunt ex contentione; ira, & indignatio. Quibus verbis manifeſtè ad expoſitionem loci Abacuc, quam ſuperiùs reddidimus, alludit, ſcilicet, iuſti, quoniam in malis ſe fide ſuſtinent, viuent: Increduli verò quòd deſperent, moriẽtur. Hoc iam loco ex aduerſarijs quæram; vtrùm illis faueat, quòd gentes propter alia multa peccata, quàm incredulitatẽ, Paulus interituras affirmet? Vtrùm etiã illud quod dicit? In die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei: qui reddet vnicuique ſecundũ opera eius: ijs quidẽ, qui ſecũdũ patientiã boni operis, gloriã, & honorẽ, &c. vitã æternã? An etiã illud? Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ, ſed factores legis iuſtificabũtur. In quo loco trãſitionẽ facit ad Iudæos etiã condẽnandos, in quos ſententia, ſimul & in aduerſarios noſtros fertur: qui Dei irã effugiſſe putãt, quòd Dei legẽ, fidẽ ei habendo, audiant. Demõſtrauit itaq; Paulus priorem illam partẽ antitheſis Abacuc, docẽs, perfidos omnes, & qui non recta anima ſunt: ſiue Iudæi illi ſint, ſiue Gentiles perituros. Sed obijciet fortaſſe quiſpiã: Adæquãtur

Tota fere epiſtola ad Romanos verſatur in Abacuc dicto, ex eoque perfecta eius cognitio pẽdet.

Rom. 2.

ergo Iudæis Gentiles, ſi vtrique peccantes damnandi ſunt: legem verò tenentes, vtrique etiam ſeruandi. Quã quæſtionem vt Paulus explicet, capite tertio ait. Quid ergo amplius eſt Iudæo? aut quæ vtilitas circunciſionis? Quod diluit ſtatim dicens, multùm per omnem modũ, &c. ait enim Dauid, Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Sed nè id valere quiſpiam exiſtimet ad iram Dei, ſi peccauerit, fugiendã: rurſus quærit. Quid ergo? præcellimus eos? nequaquam. id eſt, nemo tamen ſibi perſuadeat, quòd Iudæi peccantes, gentibus antecedẽt: aut quòd eloquijs, & lege Dei ſibi creditis, ſe à Dei ira defendent. Iudæos verò peccaſſe, legemq; Dei violáſſe, multis collectis ſcripturę teſtimonijs, quæ crimina Iudæorũ arguunt, probat. Quare ſi omnes tam gentiles, quàm Iudęi peccârunt: nec lex portum ab ira Dei tutum oſtendere poteſt. Id quod probat dicens, Ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Qui locus nihil aduerſarios iuuat, vt ex dictis apertè intelligitur. Nã cùm Paulus in ea parte antitheſis Abacuc perſiſtat demonſtans, iniquos viros perituros, ſatis perſpicuè declarat, de operibus illis legis intelligere, quæ fiunt, antequam gratis homo in Dei amicitiam recipiatur: quę non valent ad hominem iuſtum præſtandum, neque merentur, vt iuſtus à Deo fiat, ſed quantunuis magna legis, aut fidei opera præceſſerint, ſemper illud conſtabit: vt non niſi gratis in Dei gratiã reducatur homo. Quare rectè Concilium Tridẽtinũ id ita explicat. Cum ergo lex per ſe nó poſsit homines ſeruare, vnus reliquus eſt aditus ad vitã, qui eſt per fidem: quæ & maioribus vitam præbuit. Quamobrẽ dicit Paulus iuſtitiã, ideſt, qua bonos & iuſtos Deus reddit per fide Ieſu Chriſti, in omnes, & ſuper omnes qui credũt in eum. Nõ enim eſt diſtinctio, id eſt, inter Iudæos, & Gentiles: Omnes enim peccauerũt, & egent gloria Dei, iuſtificati gratis, &c. quę poſuit Deus propitiatore per fide. Quæ loca, quamuis ea nobis aduerſarij magnis clamoribus obijciant, expoſitis planum fit ab eis nõ ſtare. Nam cùm hæc Paulus dicit, tranſit ad ſecundam partem antitheſis Abacuc, iuſtus ex fide viuit: cui illud deeſſe diximus vt integra ſit: erit anima recta. Quare loquitur de fide illa, quæ cũ recta, & integra vita cõiuncta eſt: quã fides in magnis rerum difficultatibus, & ærumnis munit, recreat, atq; ſuſtentat. Eius enim initiũ, radix, & fundamẽtũ eſt, vt ſancta Synodus declarat. Rurſus cùm adiũgit, Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operibus legis: excludit legis opera, vt oſtendat, nullum eſſe aliud veræ bonitatis principium, niſi fidem. Quod quidem principium patet non ſolùm Iudæis, ſed etiam gentibus. Quoniam quidẽ (ait) vnus eſt Deus, qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidẽ, id eſt, gentes, atq; Iudæos. Quod ſi quærat aliquis, legem ne deſtruis per fidem? id eſt, cùm fidem tantùm cõmendes, nullumne legi locum relinquis? Abſit (inquit) ſed legẽ ſtatuimus. id eſt, lege vſurpata afferimus. Quo probare vult, nullis vnquam temporibus ſalutẽ vlli ſine fide conſtare. Et affert locum Geneſeos. Nam quinq; libros à Moyſe editos, in quibus Geneſis numeratur, legẽ appellãt Iudæi. Nõnullæ etiã leges in Geneſi feruntur; vt de nõ edẽdo ſanguine, de circunciſione; nonni-

Rom. 3.

Gen. 15.

nonnihilque de mundis, & immundis animalibus dicitur. In lege igitur vſurpatum eſt ſine operibus legis fide Dei gratiam eſſe obtemtam. Nam narratur, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Cùm id Abrahamo contigit, non tum primùm, ſed antè in Dei gratiam receptum fuiſſe puto. Nam fuerat antè accerſitus à Deo ex vr Chaldæorum. Sed ex hoc intelligi vult ratione, qua iuſtus factus, Deoque reconciliatus fuit. Ait enim, Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiã, ſed ſecundum debitum. Ei verò, qui non operatur, credẽti autem in eum, qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius ad iuſtitiam. Quare non intelligit de gratiæ incremento, vt nonnulli opinantur. Nam incrementum gratiæ, non gratis, ſed ex merito tribuitur. poſtquã enim gratus ſemel quiſquam eſt Deo, & gloriam, & gratiæ incrementum verè meretur. Paulus autem loquitur de gratia, & iuſtitia ea, quæ gratis, & abſq; vllis operibus merentibus eam datur. Idcirco non poteſt de gratiæ tantùm incremento
Rom.4. intelligi. Per totum vero caput quartum explicat, quomodo cõtingat in Dei amicitiam ſola fide, id eſt, ſine lege Moyſis reſtitui. Nam antequã lex de pueris circuncidendis ferretur, Abraham iuſtitiam fuit adeptus: atque id ſignificat cum dicit, Non enim per legem promiſsio Abrahæ, aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. id eſt, non quia legem ſeruauit, cùm nondum lata eſſet: ſed quia credidit; ei factũ eſt promiſſum. Deinde narrat, quanta fuerit Abrahæ fides, ad eam fidem alludẽdo, qua Abacuc iuſtum viuere dixit. id eſt, qua nos conſtantes, & fortes in magna rerum deſperatione præbemus. Qui contra ſpem (ait) in ſpem credidit, &c. & non infirmatus eſt in fide: neq; conſiderauit corpus ſuũ emortuũ, &c. Pleniſsimè ſciens, quia quæcũq; promiſit Deus, potes eſt, & facere. Et vt iam concludã, non fidei vniuerſam hominum bonitatẽ aſsignare: ſed eius tantùm principium, radicem, & fundamentum: nec molles, & ſolutos in officio chriſtianos eſſe velle. Ita capite ſexto præcipit, ſibi pri- Rom.6.
mùm aduerſariorum noſtrorum argumentum proponẽs. Quid ergo dicemus (ait) manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit, ſi enim mortui ſumus peccato, quomodò adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius, &c. Peccatum enim vobis non dominabitur, non enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia. id eſt, per quam magna vobis auxilia præſtantur, quibus, cum lege tenebamini, omnino carebatis. Rurſuſque quaſi aduerſariorum noſtrorum perſonam ſumens, illorũ dictis, quæ dixerat ipſe arguit. Quid ergo? peccabimus, quoniam non ſumus ſub lege ſed ſub gratia? abſit. An neſcitis, cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortẽ, ſiue obeditionis ad gratiã. Quid igitur aduerſarij dicunt nullum eſſe peccatum, niſi incredulitatẽ? Et rurſus, ſicut enim exhibuiſtis mẽbra veſtra ſeruire immũditiæ, & iniquitati, ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem. Et Rom.8.
in capite octauo: Nihil ergo dãnatio-

nis est ijs, qui sunt in Christo Iesu: qui non secundum carnem ambulant. Quid autem sit secundum carnẽ ambulare, docet ipse in Epistola ad Galatas narrans opera carnis. Alio igitur modo homines à Deo alienãtur, quàm incredulitate. Deinde fidem eam tangit, quæ Deo placet, quæque est nostræ reconciliationis principiũ. Quia si cõfitearis (inquit) in ore tuo Iesum; corde autem credas, quod Deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. An petit à nobis Paulus vt nos iustos esse per Christum credamus? Quid magis ab eius mente alienum? Quid? cum fidem vehementer commendet, si qualem aduersarij arbitrantur, esse debere putaret, aliquo saltem verbo eam, nisi esset nugatoria, tangeret. Illud verò decimi capitis quod pro se aduersarij citãt: Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, &c. exposuimus iam ex Christi seruatoris sententia, quali corde credere nos oportet, vt salui simus; corde (inquam) perfecto. Perficitur autem non sola fide, sed multis virtutibus alijs. Capite deinde 12. & 13. multa tradit officij præcepta. Nulli malum pro malo reddẽtes: si fieri potest, quod ex vobis sit, pacem cum omnibus hominibus habeatis. Non vosmetipsos defendentes, &c. Et capite. 13. Nemini quidquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis. Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam nõ adulterabis, non occides, &c. & si quod est aliud mãdatum, in hoc verbo instauratur; Diliges proximum tuũ sicut teipsum. Quid attinet hæc dare præcepta si sola fide (vt aduersarij opinantur) Deum esse contentum testetur? Quare mittant iam nobis Epistolam ad Romanos obijcere, quæ non solùm ab illis non stat: sed eos etiam vehemẽter refellit. Iam ad aliã Epistolam, quæ est ad Galatas, veniamus: Cuius his locis nobis resistunt: cap. 2. Scientes quòd non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidẽ Iesu Christi. Vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis: propter quod ex operibus legis non iustificatur omnis caro. capit. 3. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt, ij sunt filij Abrahæ. Conclusit scriptura omnia sub peccato, vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Omnes filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Operæpretium tamen est intelligere, vt Pauli sententia planè constet, quod argumentum his literis persequatur. Hãc verò Epistolam scripsit, vt errorem eriperet eum, in quem erant Galatæ à perfidis Iudæis inducti, legem veterem arbitrantes simul esse cum noua tenendam. Quod perspici licet ex eo, quod Petrum reprehendens dixisse scribit. Si tu cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodò gẽtes cogis Iudaizare? Et ex eo quod capite quinto dicit, State, & nolite iterum iugo seruitutis contineri. Ecce ego Paulus dico vobis, quoniam si circuncidamini, Christus vobis nihil proderit. Nã in Christo Iesu nec circuncisio aliquid valet, neque præputium: sed fides, quæ per charitatem operatur. Ego autem fratres, si circuncisionem adhuc prædico, quid persecutionem patior? Quare nõ virtutis, & officij munera excludit, cùm legis opera inutilia esse dicit, sed veteris tantùm legis opera propria, ceremoniasq;. Cæterùm eos ad officij munera luculẽter hortatur, cũ

Gala. 5.

Rom. 10.

Rom. 12.

Rom. 13.

Gala. 2.

Gal. 5.

Galat. 2. *Epistolæ ad Galatas quæ loca in nos aduersarij citent.*

Gala. 3.

Epistolã ad Galatas quæ de causa Paulus scripserit.

dicit,

dicit, Dico autem Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis. manifeſta ſunt opera carnis, fornicatio, & inuidia. Quare iſtorum hominum, vel pecudum ſtuporem cõſiderare licet, qui non videãt hæc, vel ſi videant, tamen ea obijcere nõ verentur, quibus ſua ipſorũ perfidia, & inſania conuincitur. Quòd verò Paulus tantùm fidei tribuat, eam ſignificat, quã ipſe capite quinto huius epiſtolæ declarat, quæ per charitatem operatur. Nam quod capite tertio huius epiſtolæ, & quarto epiſtolę ad Romanos dicit, Abraham fide, & non operibus iuſtitiam adeptum fuiſſe; præterquàm quod ex eius dictis facilè cognoſci poteſt, quam fidem poſtulet, & quę opera eximat, vt iam expoſuimus; id ampliùs Iacobus, quaſi verba Pauli tangens epiſtola ſua in ſentẽtiam noſtrã declarat dicẽs; Vis autem ſcire homo inanis, quoniam fides ſine operibus otioſa eſt; Abraham pater noſter nõne ex operibus iuſtificatus eſt, offerẽs Iſaac filium ſuum ſuper altare? Vides quoniam fides cooperabatur operibus illius: & ex operibus fides cõſummata eſt. Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & amicus Dei appellatus eſt. Videtis quoniam ex operibus iuſtificatur homo, & non ex fide tantùm. Quid autem planiùs, & apertiùs dici poteſt ad iſtorum hæreſim conuincendam? Nec tergiuerſari licet hanc epiſtolam reijciendo, cùm eam ſanctum Cõcilium Tridentinũ inter canonicas, & à Deo traditas referat. Quãta verò dignitas, & auctoritas ſit Cõcilij legitimè coacti, libro ſuperiori argumẽtis neceſſarijs probauimus; vt neceſſariæ argumentationis laqueis feras iſtas tetras, & immanes irretitas teneamus: ſin minus poſſumus manſuetas efficere. At dicunt aduerſarij nobis ipſis non conſentire, cùm ſolã fidẽ negamus ſufficere; quòd in Hymno canamus, Sola fides ſufficit. Magna quidem hominum petulantia, qui tam leuibus, & puerilibus argumentis de rebus grauiſsimis nobiſcum pugnent. Nam verba illa quæ canimus eô pertinent; vt licet admirabilem conuerſionem illam panis, & vini in Chriſti corpus, & ſanguinem humanis ſenſibus non comprehendamus, fide contenti ſimus. At dicũt; quare Magdalena, & in cruce latro Dei gratiam, niſi fide ſola conſecuti ſunt: ſiquidem Magdalenæ dictum fuit, fides tua te ſaluam fecit. Latro in crucẽ actus, quid aliud, niſi magnificũ illud Chriſti teſtimonium prętitit? Sed Magdalena & magnam erga Chriſtum charitatem, & magnam criminum ſuorum pæniten tiam ſignificauit. Nã multas ad Chriſti pedes abiecta lachrymas effudit: pedes oſculabatur, ac ſuis eos capillis tergebat: Chriſtuſque ingenuè faſſus eſt, lõgè meliori hoſpitio ab illa, quã à Simone ſe acceptum fuiſſe. Ac denique dixit, Remittũtur ei peccata multa: quoniam dilexit multùm. Latro verò & criminis ſocium reprehendit, quòd contumelioſè cum Chriſto loqueretur: & peccata ſua cõfeſſus eſt. Deniq́ue quòd ad Chriſtũ tantis cruciatibus, & ignominijs oppreſſum, & ab amicis deſertũ, & in extremo vitæ diſcrimine poſitũ cõfugerit, ex eoq; ſalutẽ quęſierit, facinus mihi videtur prętãtiſsimo cuiq; ſanctorũ facinori cõferendũ. Verũ Buzerus ait, ſanctos auctores pleroſq; ita fuiſſe locutus; ſola fides iuſtificat. Atqui ſi ſancti auctores ita loquantur, intelligendũ eſt

Galat. 5.

Paulus cui nam fidei, tã tùm tribuat.

Iacob. 2.

Non licet aduerſarijs reijcere epiſtolã Iacobi.

Magdalena magnam erga Chriſtum charitatẽ ſignificauit.

Luc. 7.

Luc 23.

Latronis cũ Chriſto in crucem acti eximiũ facinus.

Buxerus.

Quomodo auctores sancti explicandi sint de sola fide loquentes.

Pauli fuisse discipulos: ac proinde in eam partem huiusmodi verba accipienda sunt, in quam à Paulo accipi diximus: vt omnia naturę & legis excludant officia, quæ detracta fide nō possint quemquam iustum reddere. Vel vt Tridentina Synodus explicat, iustificari per fidem, & gratis, hoc est nullis meritis nostris: sed per solam fidem, tanquam principium, radicem, & fundamentum iustificationis nostræ. Sed plerique aduersarij iactant, Ambrosium, Basilium, & Chrisostomum sibi assentiri. At eorum verba proferrent, aut loca citarēt, ne de suo id poni putaremus. Ego tamen nonnulla loca diligenter exquisiui, quæ præter alia occasionem id iactādi eis præbuisse videbātur. Ac primùm ego sic statuo, non solū hos auctores sanctos quos nominant, verùm etiam neminem vsquam sanctum auctorē in tot, tantisque eorum libris fidei rationem, quam aduersarij docet, vel leuiter attigisse. Contendo (in quam) nunquam illis in mētem venisse, fieri posse, vt quisquam existimaret se iustū, & bonum esse, dum credat tātùm se per Christum talem esse. Mirùm verò eos viros, quos admirabili Deus doctrina imbuit, quò suam Ecclesiā erudirent, & ad veram religionem informarent, nunquam illius fidei mentionem fecisse, quam pondus, & summam vniuersam nostræ iustificationis aduersarij continere iactant. Ambrosij locus ex quo tantum ei mendacium attribuunt, mihi videtur esse in commentarijs epistolę ad Romanos. Nam illud. 9. capitis explicans, verbū consummans, & abbreuians in æquitate, &c. ait, Sola fides posita est ad salutem, quę abbreuiata ex lege est. His tamē verbis modò significat Ambrosius; nihil ex ceremonijs veteris legis reliquum fuisse: sed omnia in vnius fidei compēdium esse coacta: id quod facile intelligitur, si altiùs verba repetantur. Conuenit enim (ait) vt in solo nomine Domini cōditoris consequatur salutem creatura: hoc est, per fidē. Quia sublatis omnibus Næomenijs, & Sabbatho, & circuncisione, & lege escarum, & oblationibus pecorū, sola fides posita est ad salutē, quæ abbreuiata ex lege est. Quare veteris tātùm legis ceremonias excluſas vult, cùm fidem solam dicit. Cæterùm in epistolæ ad Hebræos quartū caput, apertè nostrę subscribit sententiæ. Ait enim explicans illud, festinemus ingredi in illam requiem, &c. Magna quidē res est fides, salutaris, & sine hac non est saluari possibile alicui: sicut dictum est, sine fide impossibile est placere Deo. Sed sola fides non sufficit, operari per dilectionem fidem necessariū est, & conuersari dignè Deo. Proinde etiam Paulus commonet eos, qui dignè ministerium suscipere meruerūt dicens, Festinemus ingredi in illā requie: festinemus inquit; quia nō suffi cit, sed debet addi & vita fidei condigna, & multum studium adhiberi, ne fides sit otiosa. Basilij verò locum ex quo sibi assentiri existimant, suspicor esse illum, quem Ioannes Cornarius, qui in aduersarijs nostris numeratur, notauit in ea versione, quā edidit Basilij, qui ait Homilia 51. de humilitate. Nec ob iustitiam suam quis se iactet; sed nouit quidem seipsum veræ iustitiæ indignum esse, sola autem fide in Christum iustificatum. Sed cùm dicit Basilius, nouit quidem seipsum veræ iustitiæ indignum, manifestè declarat, neminem primam iustitiam meruisse. Quare cum dicit statim, sola fide

Auctores sancti nunquam retigerunt fidem, quam aduersarij docent.

Ambrosij locus explicatur.

Ambrosius.

Ioannes Cornarius.

Basilij locus explicatur.

la fide in Chriſtum tantùm; merita reijcit, quòd nulla ſint ad primam iuſtitiam merendam. Quod autem Baſilius non loquatur de fide ea, in qua poſitam eſſe ſalutem noſtram aduerſarij opinantur: ſed de fide ea, qua omnia, quæ ad Chriſtum attinent nobis perſuademus; declarat ſtatim ipſe adiungens, gloriatur Paulus ob iuſtitiæ ſuę contemptũ: & quod ſectetur per Chriſtũ iuſtitiã ex Deo in fide; vt cognoſcat ipſum, & virtutẽ reſurrectionis ipſius. *Baſilius.* In epiſtola vero 75. docet charitatem vniuerſam noſtram iuſtitiam, & pietatem complecti, vnicumque eſſe maximum Domini præceptum, quod ipſe dicat, In hoc cognoſcent omnes quod diſcipuli mei eſtis, ſi diligatis vos mutuò: & citat Apoſtolum dicentem, complementum legis eſſe dilectionẽ: & illud, Si linguis hominum loquar, & angelorum &c. charitatem autem non habeam &c. *1. Cor. 13.* Chriſoſtomi locum ſuſpicor illum eſſe, quo dicit in Pſalmum 14. Vna ſola virtus iuſtificat fides, quæ eſt virtutũ faſtigium. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam: iuſtificare ergo ex fide. Atqui cum fidem commemorat, quæ eſt virtutum omnium faſtigium, eam perſpicuè fidem ſignificat, quæ virtutes omnes amplectitur; & extremã eis manum addit, ſine qua reliquas omnes virtutes ethicas neminem iuſtum facere poſſe ſignificat. Quam eius mentem facilè cognoſcemus ex eis, quæ mox dicit tractans illud eiuſdem pſalmi: Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam &c. quod perſequitur docens virtutes illas omnes ad veram iuſtitiã ſpectare. *Chriſoſtomi locus explicatur.* *Chriſoſtom.* Cæterùm ipſemet exponens illud 9. ad Hebræos, Feſtinemus ingredi in illam requiem &c. idem prorſus dicit, quod Ambroſium dixiſſe recitauimus. Explicans etiam illud epiſtolæ ad Philemonem, Societas fidei tuę efficax ſit, hoc eſt (ait) vt omnem virtutis ſpeciem impleas, nihilque tibi deeſſe patiaris: ita enim fides efficax eſt, ſi habeat opera. Nã ſine operibus fides mortua eſt. Quare certum hoc, & exploratum ſit, eam fidei rationẽ, quam aduerſarij tradunt, falſam, & nugatoriam eſſe: tum verã fidem homini Chriſtiano ad ſalutẽ conſequendam non ſufficere, ſed opera etiam, & officij munera eſſe neceſſaria.

CAP. 2. Fidem à charitate ſeparari poſſe.

SEd alia nobis cum aduerſarijs noſtris eſt diſcepta tio huic connexa. Nam dicunt, fidem à charitate diſtrahi non poſſe: quare quocunque mortifero peccato fidem omnino tolli. Ait enim Caluinus, nihilo magis fidem à charitate ſeparari poſſe, quàm Chriſtum à Spiritu ſancto. Cui aſſentiuntur Buzerus, Melancton, & aliæ feces. Fuitque Luterus eiuſdem hæreſis auctor. *Caluinus.* *Buzerus. Melanctõ. Luterus.* Sed quis riſum ad horum hominum ſermones contineat? aut quis non videt eos ita implicatos, & dictis ſuis irretitos, vt ridendi potiùs, quàm timendi? pro nihilo ducendi, quàm argumentis laceſſendi ſint? Nã ijdem ipſi dicunt (vt poſtea narrabimus) quamcunq; hominis actionem eſſe peccatum. Quacunque igitur actione fidem homines amittunt. Nũquàm igitur fidem habere poſſunt. Non enim poſſunt non mẽte ſaltem aliquid agitare. Deinde quàm illud inſanum, & temerarium eſt: quotieſcunque homines aut leuitate, aut imbellici- *Aduerſarij ſuis ſe dictis implicant.*

becillitate ducti crimen aliquod admittunt, in hæreſim incidiſſe putare! Quis Dauid vnquàm hæreſeôs labe aſperſit? Sed in quam hæreſim rogo incidit? quam ſacroſanctæ doctrinæ propoſitionem negat, qui furatur, qui peierat, qui fornicatur? nunquàm id explicabunt. Non enim dicent fidem vniuerſam negare. Nam de omnibus articulis quæſitus, apertè, palàm, & ex animo eos confitebitur: niſi dicant, qui furatur, negare non furandum eſſe: id quod ſacroſancta doctrina docet. Sed ſacra doctrina docet tantùm iniquũ eſſe furari, quod idẽ, qui furatur fatetur: præcipit autem eis, qui boni eſſe, & Deo placere ſtudẽt, vt à bonis alienis abſtineant. hoc præceptum ipſe tenere non vult præſenti vtilitate, & commodo captus. Quare facit aliter, quàm ſibi præceptum eſt: minimè tamen negat eſſe præceptum, aut parùm honeſtum eſſe ſecùs facere. Nam ſi alio bono, quàm honeſto nõ caperentur homines: cùm omnes propter bonum agant: rectè concluderetur, qui facit, quod iniquum eſt, honeſtum eſſe putaſſe. Sed cùm non honeſtate tantùm, ſed vtilitate, & iucunditate etiam actiones humanæ dirigantur; poteſt is, qui flagitioſè facere ſe intelligit, vel vtilitatis, vel iucunditatis ſpecie duci. Iam verò qui ex Platone, aut Ariſtotele ſcientiam de moribus didicit, vtrùm talem doctrinam negaſſe, aut falſam exiſtimaſſe putandum eſt, quòd ab officio deſciſcat? Nonne ea Philoſophorum eſt doctrina quod homines perturbationibus impulſi, plerunque ſecùs faciant, quã intelligant eſſe faciendum. id eſt, ſecùs quàm fas, & æquum eſſe cognoſcant: quòd officio ſæpe compendia præferant. Si de moribus ergo ſciẽtia cum mala poteſt eſſe vita coniuncta: cur non & fides cùm ad mentem, atque notionem, quemadmodum & illa, ſua vi, & natura pertineat? Quod idem Chriſtus apertè ſignificat dicẽs, Ille ſeruus, qui cognouit voluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum volũtatem eius, vapulabit multis. Ad fidem verò pertinet Dei voluntatem cognoſcere. Et alio loco clariùs: Non omnis qui dicit mihi Domine, Domine, intrabit in regnum cœlorum: ſed qui facit volũtatem patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe intrabit in regnum cælorum. Domine verò domine dicere, eſt Deum prædicare, ac omnium Dominum eſſe fateri: quod pertinet etiam ad fidem: quam tamen cum animo peruerſo, Deoq; minimè obſecundantie eſſe poſſe Chriſtus hoc loco perſpicuè docet. Addit tamen præterea, Multi dicent mihi in illa die domine, domine; Nonne in nomine tuo prophetauimus? in nomine tuo Dæmonia eiecimus? in nomine tuo virtutes multas fecimus? & tunc confitebor illis, quia nunquàm noui vos: diſcedite à me omnes, qui operamini iniquitatem. Quomodo autem in nomine Chriſti prophetarent, Dæmonia pellerent, & alias virtutes ederent, niſi fide præditi fuiſſent? Tamen eos Chriſtus iubet diſcedere, quòd ſcelera fecerint. Conſtat igitur fides ſine charitate. Itẽ dicit, Omnis qui audit verba mea hęc, & non facit ea, ſimilis eſt viro ſtulto, qui ędificauit domum ſuam ſuper arenam. Audire autem verba Chriſti fidei eſt, ſicut dicit Paulus, fides ex auditu. Contigit igitur ex ſententia Seruatoris, vt quiſpiam credat, & non faciat, quæ credat. Ac proinde contigit eſſe fidem ſine charitate, per quam opera-

Quo pacto qui peccat ſidem minime neget.

Homines perturbationibus impulſi plerunq; ſecus faciũt quàm intelligunt eſſe faciẽdum.

Luc. 12.

Matt. 7.

Fidẽ eſſe cũ vita iniquæ coniunctam.

Rom. 10.

Gal.5. operatur, vt Paulus ad Galatas ſcribit. Verba etiam illa ſtultarum virginum, Domine, Dñe aperi nobis: nonne ad fidem ſpectant? Tamen eis ſpõſus Chriſtus reſpondit, Neſcio vos. Vacabant igitur charitate. Ioannes item ait, Multi crediderunt in nomine eius, videntes ſigna eius, quæ faciebat: ipſe autem Ieſus non credebat ſemetipſum eis. Crederet autem ſi eum ex animo diligerent. Quare fidem accidit à charitate ſeiungi. Iacobus etiam ait, Scienti bonum facere, & nõ facienti, peccatum eſt illi. Scientiam verò hanc nemo niſi per fidem conſequitur. Ac deniq; Iacobus hanc quæſtionem luculenter explicat dicens, Quid proderit, fratres mei, ſi fidem quis dicat ſe habere, opera autem nõ habeat? Nunquid poterit fides ſaluare eum? ſi autem frater, & ſoror nudi ſunt, & indigeant victu quotidiano &c. non dederit autem eis quæ neceſſaria ſunt corpori, quid proderit? ſic & fides, ſi non habeat opera, mortua eſt in ſemetipſa. Sed dicit quis; Tu fidem habes, & ego opera habeo, oſtende mihi fidem tuam ſine operibus, & ego oſtendam tibi ex operibus fidem meam. Tu credis quoniam vnus eſt Deus, benefacis: & dæmones credunt, & contremiſcunt. Et in extremo capite; Sicut enim corpus ſine ſpiritu mortuũ eſt; ita & fides ſine operibus mortua eſt. Non igitur ridicula eſt Theologorum doctrina (vt Caluinus ait) duplicem fidem ponẽtium; aliam informẽ, & aliã formatã, id eſt, aliã mortuã, aliam viuam, vt Iacobus ait: quòd alia ſine charitate ſit, alia cũ charitate coniuncta. Sed eſt doctrina ex ipſis diuinis oraculis excerpta, quam Paulus etiam perſpicuè docet. Nam de illa dicit, Si habuero tantam fidem ita vt montes transferam: charitatem autẽ non habeam &c. De hac verò in Chriſto Ieſu neque circunciſio, neq; præputium aliquid valet: Sed fides quæ per charitatem operatur. Ac deniq; hanc noſtram doctrinam ſancta Synodus Tridentina decernit can. 28. Si quis dixerit amiſſa per peccatum grãtia, ſimul & fidem ſemper amitti aut fidem, quæ remanet non eſſe verã fidem, licet non ſit viua: aut eum qui fidẽ ſine charitate habet nõ eſſe Chriſtianum, Anathema ſit.

Matt.24.

Ioan.11.

Iacob.4.

Iacob.2.

Caluinus.

Fides recte dicitur in mortuam & viuam.

1.Cor.13.

2.Cor 4.

Cõcilium Tridentinum.

Sed magna diuinorum oraculorũ mole nobiſcum pugnat Caluinus in Antidoto ſuo; ſi verum eſt (ait) quod dicit Paulus, Chriſtum habitare in cordibus noſtris per fidem; nihilo magis fidem à charitate ſeparabunt, quã Chriſtum à Spiritu ſancto, ſi fide purificantur corda quemadmodũ Petrus affirmat: ſi quicunq; credũt, habẽt vitã æternam: ſi qui credit in Chriſtum etiã ſi mortuus fuerit viuet; nihil differre poteſt (inquit ille) inter fidem mortuam, & viuam. At hæc loca, & ſi qua ſunt horum ſimilia, ſuperiori capite à nobis explicata ſunt, cùm diceremus fidei iuſtitiam, & animæ nõſtræ vitam attribui, quòd fides ſit (vt ſancta ſynodus ait) initium, radix, ac fundamentum noſtræ iuſtificationis. Et quemadmodum ea radicis natura eſt, vt arborem, ſi non impediretur, ſua virtute poſſet prouehere, vſque dum magnam fructuum copiam ederet: Ita etiam ex fide, ſi peccatis noſtris eius vis non comprimeretur, magnos iuſtitiæ, pietatis, ac vitę fructus ferre poſſemus. Eòque tam magnæ ei res aſcribũtur, quòd eximia virtus eius prædicetur, & exponatur. Explicauimus etiã loca iſta ſuperiore capite cũ diximus, fidẽ quæ à nobis requiritur, eiuſmodi

Caluinus quibus ſcripturæ locis nobiſcũ pugnet.

Epheſ.3.

Act.15.

Ioan.6.

1.Tim.1.

Ioſue 1.

Quanta ſit fidei vis.

eiuſmodi eſſe debere, cuiuſmodi ſcriptura dicit, vt Chriſtus interpretatus eſt, id eſt, vt perfecto corde credamus: vel eam, quam Paulus per charitatem operari dixit. Sed inſtat argumentis Caluinus: ſi fides peccantis vera eſt (vt patres aiunt) licet mortua ſit: veri igitur Chriſtiani ſunt peccantes. Quid igitur ſancta Dei oracula toties tales Chriſtianos irrident, ac ſeipſos fallere clamant ſi veri Chriſtiani ſunt? At ludere Caluinus nobiſcum videtur ex ambiguitate vocabuli. Nam dupliciter verum vſurpatur, & apud metaphyſicos, & apud ſacroſanctos auctores. Eſt enim eius, quod eſt attributũ; & rei naturam ſignificat. vt verum aurum, verum animal dicimus, id eſt, nõ fictum, aut adumbratum, & quod auri tantùm ſpeciem habeat, ſed quod auri vim, & naturam teneat. Ita ſacra ſcriptura dicit, teſtimonium verũ, iudicium verum, verbum verum, id eſt quod falſum, & mendax non ſit. Alio modo verum ſignificat perfectum rei ſtatum: vt verus poeta, verus orator, id eſt perfectus. Ita Paulus dicit, Quæ verè vidua eſt, & deſolata, ſperet in Deum, & inſtet obſecrationibus, & orationibus nocte, & die. & Chriſtus ait, Ego ſum vitis vera, caro mea verè eſt cibus: quod perfectiſsimè potiùs cibi, & vitis munere fungatur, quàm quod in eo, aut cibi, aut vitis natura ſit. Sic Ioãnes ait, Gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, non quòd ante Chriſtum veritas in veteri lege non eſſet: ſed quod perfectum rerum ſtatum adduxerit. Cum Caluinus ergo vrgendo incommodo concludit, peccãtes veros eſſe Chriſtianos; ſi ſignificat Chriſtiani eos natura eſſe, quæ vera fide in Chriſtum conſtat; nihil incommodi eſt, libenter concedimus, & ita Tridentinum concilium Anathemate multat eos, qui dixerint tales non eſſe Chriſtianos. Quod autem verum non eſt ſimpliciter negari poſſet. Quare verè ſunt Chriſtiani ad eam ſententiam, quam diximus; ſi cut Ariſtotelicus dicitur, qui Ariſtotelis doctrinam ſequitur, tametſi factis eam non præſtet. Si autem veros Chriſtianos, id eſt, perfectos Chriſtianos eſſe colligat, abſurdum eſſe fatemur. Nam vt veri, id eſt perfecti Chriſtiani ſint, debent nõ ſolùm aſſentiri præceptis; ſed ea etiã tenere. Sic Chriſtus eis Ioannis 8. capite dicit, Si vos manſeritis in ſermone meo, verè diſcipuli mei eritis. Negamus tamen ratiocinationem: nam in ambiguo verſatur; ſed eo modo concludendum eſt, Chriſtianos eſſe, quò fides eorũ ſe habet: fides autem valde imperfecta eſt: Ita & ipſi valde imperfecti Chriſtiani ſunt. Sed arguit Caluinus; Nullam fidem eſſe mortuam. Nam ſi charitas fructus eſt, & quaſi filia fidei, non debet eam interimere. Videte hominis ſtuporem, perinde quaſi putaret vllus, fidem à charitate interfici, & non potiùs viuam fieri; interficitur autem à peccatis. Sed Buzerus vrget dicens. Quis verè ſibi perſuadet grauiſsimũ Dei ſupplicium ſceleribus ſtatutum, Chriſtumque ſemel omnia expetenda afferre ijs, qui in ſuam ſe amicitiam inſinauerint, qui non abiectis flagitijs ei ſe totum deuoueat, ac magna charitate proſequatur? Atqui profectò is, qui præſentes vtilitates futuris emolumentis anteponet. Nonne regnorum, & imperatorum leges, graues flagitijs multis pœnas conſtituunt? Flagitioſi tamen ſunt multi: atque adeò ij, qui ethica ſcientia inſtructi, ſciunt ad benè, beateque viuendum virtutem

Verum dupliciter vſurpatur.

Verum non nunquàm ſignificat perfectũ rei ſtatum.

1. Tim. 5.

Ioan. 1.

Quo pacto veri Chriſtiani ſint peccatores.

Cõcilium Tridentinum.

Quo pacto veri Chriſtiani non ſunt peccatores.

Quis nam ſit perfectus Chriſtianus. Ioan. 8.

Caluini ridiculum argumentum.

Buzerus.

Quo pacto quis cõtrà faciat, quàm ſibi expediat cognoſcat.

tem esse necessariam. Nonne sæpe homines ira perciti manifesto se vitæ discrimini obijciunt, & nihil non perpetiuntur, dum iniuriam illatam vlciscantur? Quare ergo idem non euenire posse putemus ijs, qui se sceleribus contaminârũt; vt contrà faciant, quã sibi expedire cognoscant. Hac verò de causa fidem illam non viuam, & efficacem; sed segnem, & omnino mortuam esse dicimus. Nam si viua esset, fieri omnino non posset, vt cùm meliora viderent, deteriora sequerẽtur.

Caluinus. Sed nobis non veretur Caluinus Augustinũ opponere: quòd dicat fidem animę esse vitã. Nõ veretur (inquàm) eum nobis opponere, qui librũ integrũ de fide, & operibus scripsit. Cuius in eo versatur argumẽtum vt doceat, fidẽ nullius esse momẽti, nisi pariter officia præstet. Et in extremo 14. capite cõcludit ex verbis illis Iacobi, fides sine operibus mortua est. Quousq; igitur falluntur, qui fide mortua sibi perpetuã vitam pollicẽtur? Non est igitur fides mortua aliena ab Augustini sententia. Et in præfatione in Psalmũ 31. verba effatur grauissima in aduersarios nostros dices; Si enim se infirmitati propriæ omni ex parte dolauerit, & in hãc cogitationẽ se inclinauerit, vt dicat misericordiã Dei omnibus peccatoribus, in quibuslibet peccatis perseuerantibus, tantùm credẽtibus, quia Deus liberat; Deus ignoscit, ita parata est in fine, vt nemo pereat fidelium iniquorum, id est, nemo pereat eorum, qui sibi dicũt, quidquis faciam, quibuslibet facinoribus, & flagitijs inquinet, quãtũlibet peccẽ; liberabit me Deus misericordia sua: quia credidi in eum. Qui ergo dicit neminem perire talium, cogitatione mala inclinatur in impunitatem peccatorum, & Deus ille iustus, cui cantatur misericordia, & iudicium; non sola misericordia, sed & iudicium inuenit hominem malè de se præsumentem, & ad interitum suũ misericordia Dei abutentem, & necesse est vt damnetur. hęc Augustinus. Quando verò ipse dixit fidem animæ esse vitam: in eã id dicit sententiam, qua Abacuc, & Paulum dixisse declarauimus, iustum ex fide viuere, id est, fides initium, & radix est, ex qua licebit ei perpetuum consolationis succum haurire in magno calamitatum, & incommodorũ æstu. Si quando verò sancti fidem iniquis hominibus exprobant: atque eius negant apparere vestigium: aut criminantes quęrunt, quomodo audeãt dicere se Christo credere, cùm eius cõtemnant præcepta? Non eô hæc dicunt, quod fidem eos non habere opinentur; Sed quoniam fides foràs exit, & in hominum conspectum prodit per officij munera; sicut Iacobus ait, Ostende mihi fidem tuam sine operibus, & ego ostendam tibi ex operibus fidem meam. Cùm ergo peccantes officij opus non præstent, dicunt sancti nemini eos sua vi probaturos fidem habere; quare impudenter eam profiteri videntur.

Augustini verba grauissima in aduersarios nostros.

Augustini locus explicatur.

Sancti auctores de fide peccatorum loquẽtes, quo pacto multis locis explicãdi sunt.

Iacob. 2.

CAP. 3. *Iustos non esse nos iustitia quæ in Christo, sed quæ in nobis sit.*

OStendimus fidẽ quàm aduersarij nos habere oportere docent, nugatoriã esse, fraudis, & deceptionis plenã: quare minimè posse quempiã iustum, & bonum reddere. Non solũ autem ipsam, sed etiam ne veram fidem, nisi cum charitate coniũcta sit. Quibus positis, benè intelligitur illud etiam

Aduerſariorũ hæreſis de iuſtitia noſtra.

etiam abſurdiſsimum, & ſtultiſsimũ eſſe, quod ab eiſdem traditur aduerſarijs, fide illa nugatoria Chriſti ſeruatoris iuſtitiam ſic homines ad ſe traducere, vt iuſti ſint non iuſtitia, quæ in illis inſit; aut eorum animis inhæreat; ſed iuſtitia eadem, qua Chriſtus præditus eſt: homines autẽ ipſos, quod attinet ad ſe, in culpa ſemper hærere, ac ſceleribus ſuis conſtrictos manere: celari autem, & quaſi tegi ſcelera iſta, ne Deum offendãt, Chriſti ſumma iuſtitia. Itaque Chriſtum non iuſtificatorem, non ſanctificatorem hi boni viri cognoſcunt: ſed flagitioſorum hominum protectorem, & omnium ſcelerum, criminumque occultorem. Sed quàm nefarium eſt Chriſtũ caput perditorum hominum eſſe putare! & cũ ipſe ſanctiſsimus ſit, corpus eius, quod eſt Eccleſia, ex omnium vitiorum colluuie conflatum eſſe ducere! Sed quo pacto id cum verbis Pauli conuenit, Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſeipſum tradidit pro ea, vt illam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ; vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam Eccleſiam, nõ habentẽ maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi: ſed vt ſit ſancta, & immaculata, & cum verbis Eſaiæ: Et erit omnis qui relictus fuerit in Sió, & reſiduus in Ieruſalem ſanctus vocabitur omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem, ſi abluerit dominus ſordes filiarum Sion, & ſanguinẽ Ieruſalem lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij, & ſpiritu ardoris. Item cum illis Pauli. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſsidebũt. Nolite errare; neque fornicarij, neque idôlis ſeruientes, neque adulteri, neq; molles &c. regnum Dei poſsidebunt. Et hæc aliquando fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini Dei noſtri Ieſu Chriſti, & in Spiritu Dei noſtri. Deinde quid abſurdiùs dici, aut excogitari poteſt, quàm eum qui omni iuſtitia, & bonitate vacat, propter alterius virtutem, & bonitatem bonũ, & ſtudioſum dici? An fieri poteſt, vt qui niger eſt, propter alterius candorem candidus appelletur? Omnes enim qualitates in eo ſubiecto, de quo dicuntur, eſſe amant: habent enim formæ rationem, forma verò cum ſubiecto debet coniungi; alioqui non erit eius forma. Sicut ergo ſciens, & ſapiens non dicitur, niſi qui ſcientia, ac ſapientia imbutus eſt: ita neq; iuſtus, & bonus eſt, niſi qui iuſtitiam, & bonitatem in ſe habet. At dicunt, nobiſcum Chriſti iuſtitia communicatur. Sed quomodo intelligetur id, ſi adhuc ego iniuſtus, & iniquus maneo? Tunc enim id fieri poſſe crederetur, ſi me Chriſtus pro ſua ſumma bonitate, & infinita vi, omni mea deleta iniquitate me iuſtum, & bonum efficeret: ita vt bonitas, & iuſtitia eſſet in me: qua ratione nos fieri aſſeueramus. & Petrus dicens, Quomodo omnia nobis diuinæ virtutis ſuæ, quæ ad vitam, & pietatem donata ſunt per cognationem eius, qui vocauit nos propria gloria, & virtute, per quem maxima, & pretioſa nobis promiſſa donauit: vt per hæc efficiamini diuinæ conſortes naturæ, fugientes eius, quæ in mundo eſt, concupiſcentiæ corruptionem. Et Paulus: ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem, vt eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu eius in charitate. Et Chriſtus ipſe apud Matthæum, Eſtote perfecti, ſicut pater veſter cæleſtis perfectus eſt. Et per Ezechielẽ, Dabo eis cor vnũ, & ſpiritum nouum tribuam in viſceribus

Aduerſarij Chriſtum nõ ſanctificatorem, ſed criminum occultatorem faciunt.

Chriſtus ſanctificauit Eccleſiam.

Epheſ. 5.

Eſai. 4.

1. Cor. 6.

Nemo poteſt eſſe iuſtus iuſtitia quæ in alio eſt.

Non poteſt iuſtitia Chriſti cum illo communicari, qui adhuc manet iniuſtus.

2. Pet. 1.

Quomodo poſſit iuſtitia Chriſti nobiſcum communicari.

Epheſ. 1.

Matt. 9.

Ezech. 11.

bus eorũ: & auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis cor carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiãt, faciãtq; ea: & sint mihi in populũ, & ego sim eis in Deum. Quo loco alia firmissima ratio sentẽtię nostræ tangitur cùm dicitur, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea custodiant, &c. Nã quemadmodũ rebus omnibus sunt vires à natura ad agendũ tributę; vt ignis per calorẽ insitũ vrit, & aqua per frigus refrigerat, homo per rationẽ sibi à natura datã intelligit, pervolũtatẽ diligit: ita cõsentaneũ est vt vires dẽtur eis ad diuina præcepta tenẽda, ex quibus, vt ea teneãt, exigitur: ita & qui iustitię munera præstaturus est, vt iustitiã habeat, qui charitatis, charitatẽ, & id genus alia. Et vt non ita benè natura rerũ esset cõstituta, si nullæ qualitates, nullæ vires in rebus ad agendũ essent: sed diuina tantùm potẽtia ministraret omnia: Ita nimis alienũ à diuina sapiẽtia esset, quæ suauiter omnia disponit, sola Christi charitate, ac virtute esse cõtentũ: neq; alios, quos per Christũ amat, vlla velle virtute, ac bonitate affici, cùm passim ab eis officij munera postulet. Ioannes ait, Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Sicut igitur ei est vt Christo ambulandum: ita aliquid iustitiæ, & eximiæ virtutis Christi ad eũ debet manare, eumq; & imbuere, & afficere. Ita enim natura cõparatũ est, vt qui agit, vim ad agendũ habeat: si satagendũ est (vt Petrus ait) vt per bona opera certã nostrã vocationẽ, & electionẽ faciamus: satagẽdũ etiã est vt boni simus, quò bonitatis, & virtutis munia præstare possimus. Quã rationẽ paulò antè Petrus tractauit dicẽs, Vos autẽ curã omnẽ subinferẽtes, ministrate in fide vestra virtutẽ, in virtute autẽ scientiã, in sciẽtia autem abstinentiã, in abstinẽtia autẽ patientiã, in patientia autẽ pietatẽ, in pietate autẽ amorẽ fraternitatis, in amore autẽ fraternitatis charitatẽ. Paulus etiã ad Romanos scribens; Habentes donationes, secundũ gratiã quæ data est nobis, differẽtes: siue prophetiam secundũ rationem fidei, siue ministeriũ in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortãdo, qui tribuit in simplicitate, qui prę est in solicitudine, qui miseretur in hilaritate. Idest, vnusquisq; præstet id officij munus, cuius sibi vis est à Deo tributa, vt qui docẽdi vim habet, doceat, qui ministrandi, ministret, qui vim vaticinandi, vaticinetur, & item alia. Quid? si Christi iustitia tantùm omnes iusti essemus: omnis pari, eademque iustitia prædĩti essent: neq; Apostoli essent, & alij præclarissimi viri: atque adeò Virgo sacrosancta, præstantiore virtute ornati, quã quiuis alius Christianus, atque fide imbutus homo. Sed nõ verẽtur aduersarij rem tam temerariã, & penitus impiã concedere, idq; negare audent, quod omnis ethica disciplina, vel ipsa potiùs natura docet: magnos esse in virtute progressus. Illud tamen quod pariter dant adeo sacrilegũ, & nefariũ est, vt referẽs horrescã: Omnes Christianos tam sanctos, & bonos esse, quàm ipsum Christũ. Quis nõ aures ad tantã blasphemiã claudat? omnes ergo eadẽ, pariq; felicitate, qua Christus ipse fruẽtur. Quomodo igitur illud quod Christus apud Ioãnẽ dicit explicabũt? In domo patris mei mansiones multæ sunt. Itẽ illud Pauli, Vt charitas vestra magis, ac magis abundet in omni sciẽtia, & in omni sensu,

Decet vt iustitiam habeat, qui iustitiæ munera præstaturus est: sicut res naturales vires habent ad agẽdum.

1 Ioan. 2.

2. Pet. 1.

Roma. 12.

Pauli locus explicatur.

Non omnes christianos æquè sanctos esse.

Blasphemia est omnes christianos tam sanctos, quam Christum esse putare, vt aduersarij putant.

Ioan. 15.

Phil. 1.

2.Cor.9. 1.Pet.2. 2.Pet.3. & illud, Augebit incremẽta frugũ iuſtitiæ veſtræ. & illud Petri, Sicut modo geniti infantes rationabiles, & ſine dolo lac cõcupiſcite, vt in eo creſcatis in ſalutẽ. Et illud eiuſdem, Creſcite in gratia, & in cognitione Domini noſtri Saluatoris Ieſu Chriſti. Et illud Apocalypſis, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc, & ſanctus ſanctificetur adhuc. Iã verò ſicut ſcelus Adã ad nos ita traductũ eſt, vt verè propter illum iniqui, & ſcelere infecti ſimus; & non labe, quæ erat in Adã; ſed labe vnuſquiſq; ſua contaminatus ſit, quæ ad omnes homines ex illa ſuperiori deriuata ſit: Sic oportet iuſtitia, & bonitate Chriſti ita nos bonos reddi, vt bonitas in nobis inhęreat, noſque totos imbuat. Quo argumẽto vtitur Paulus Romanis ſcribens. Igitur ſicut per vnius delictũ in omnes homines in cõdẽnationẽ: ſic & per vnius iuſtitiã, in omnes homines in iuſtificationẽ vitæ. Sicut enim per inobediẽtiã vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionẽ, iuſti cõſtituẽtur multi. Chriſtus etiã docet apud Ioãnẽ, oportere nos denuo renaſci: neminẽq; poſſe in regnũ Dei introire, niſi renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto. Minimè verò reconciliatio cũ Deo natiuitas vocaretur, niſi quia veterẽ peccati naturã abijcimus, iuſtitiæq; naturã acquirimus. Vt igitur natura ex natiuitate dicitur, ita oportet in eo, qui naſcitur, nouã naturã eſſe. Secùs enim nõ eſt natiuitas vlla, nõ renouatio. Ita Paulus ait, Induite nouũ hominẽ, qui ſecundũ Deum creatus eſt in iuſtitia, & ſanctitate veritatis. Id ipſum planiùs alio loco declarat, Expoliãtes vos veterẽ hominẽ cũ actibus ſuis, & induẽtes nouũ eũ, qui renouatur in agnitionẽ Dei, ſecũdũ imaginẽ eius, qui creauit illũ. Quod mox explanat dicens, Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti, & dilecti viſcera miſericordię, benignitatẽ, humilitatẽ, modeſtiã, patientiam. Quid planiùs, quid apertiùs in noſtrã ſententiã dici, aut deſiderari poteſt? Quo pacto quis miſericordiã, & benignitatẽ, & alias virtutes induet, niſi prædictus eis & ornatus ſit? Poſſem alia ſexcenta ſanctæ ſcripturę loca pferre, quæ noſtrã planè ſententiã docẽt, niſi ſufficere putarẽ hæc, vt Caluini petulãtia, vel ſtultitia ſumma intelligatur; qui iactare audet, nullum poſſe nos ſacro ſanctę ſcripturę teſtimoniũ proferre, quo ſententiã noſtrã comprobemus. Huic ſententiæ ſancta Synodus Tridẽtina ſubſcripſit, anathemate feriẽs ſeẽcùs opinãtes. Siquis dixerit (ait Cano ne. 10.) per iuſtitiã Chriſti formaliter iuſtos eſſe, anathema ſit. & Cano. 11. Siquis dixerit hominẽ iuſtificari vel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, vel ſola peccatorum remiſſione, excluſa gratia, & charitate, quæ in cordibus eorũ per Spiritũ ſanctũ diffundatur, atq; illis inhæreat; anathema ſit. Sed nũc teſtimonia videamus, quibus nobis Caluinus temeritatẽ ſuã obtrudere conatur. Cõtẽdit verã hominũ iuſtitiã, verã eſſe remiſſionẽ peccatorũ; & iſtã remiſſionẽ cõſtare ex eo, quod crimina, licet inſint, non imputentur, ſed Deus in eis conniueat. Quod probat ex Paulo Romanis ſcribẽte. Ei verò qui nõ operatur, credẽti autem in eũ, qui iuſtificat impiũ, reputatur fides eius ad iuſtitiã, ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſtitiam ſine operibus, Beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir

Apoc.22.

Sicut propter ſcelus Adæ vnuſquiſque ſua labe cõtaminatur: ita oportet propter officium Chriſti bonos nos reddi, vt in nobis hæreat iuſtitia poſit.

Rom.5.

Ioan.3.

Quia chriſtiani naſci dicũtur, debet in iſtis noua natura eſſe.

Eph.4.

Col.3.

Concilium Tridentinum.

Caluini ſtultitia ſumma.

Quomodo crimẽ remiſſionem Caluinus conſtare putet.

Rom.4.

Pſalm.31.

vir cui nō imputauit Dominus pecca tū. Ex quo loco cōcludit ille, iuſtitiā fidei in nobis nō inhærere, ſed reputa ri ſecundū propoſitū gratię Dei. Quę iuſtitia eiuſdē (ait ille) rationis eſt, ex ſentētia Pauli, cuius & illa beatitudo, quā deſcribit Dauid ex ſola peccatorū remiſsione. Remiſsionē verò perfi ci non ex eo, quod deleta; ſed ex eo, quod tecta, & non imputata ſint pec cata. Sed cùm Paulus dicit fidē ad iuſtitiā reputatā fuiſſe ſecundū propoſitum gratiæ Dei: illud modò ſignificat, quod multis ſuprà declarauimus ex ſententia Concilij Tridentini, primā iuſtitiā, primamq; cum Deo recō ciliationē nullis noſtris meritis, ſed di uina tantùm gratia, & liberalitate cō parari: & ob eam rem Paulus imputa ri ad iuſtitiā, & Dauid tegi peccata di cit; quòd nō noſtra, ſed aliena iuſtitia Dei gratiā ineamus, & peccatorū veniam impetremus. Nec Deus merita noſtra, ſed Chriſti ſpectans noſtris ignoſcit peccatis, & vera iuſtitia donat. Quàm verò alienū ſit à mēte Da uidis interpretari tecta peccata, ideſt, licet inſint, à Chriſto teguntur: mox declarat ipſe Dauid dicēs, Neq; eſt in ſpiritu eius dolus. Quî conuenit hoc cum expoſitione Caluini, qui dolos, & fraudes infinitas in hominis animo relinquit? Iam verò qui fieri poteſt vt peccata ſint, & Deo tegātur? cùm nul la ſit creatura inuiſibilis in conſpectu eius: omnia autē nuda & aperta ſunt in oculis eius, vt Paulus ait. Ex hoc intelligitur alius Pauli locus, quē nobis etiā Caluinus opponit. Quoniā quidē Deus erat in Chriſto mundū recō ciliās ſibi, nō reputās illis delicta ipſorū. Eum qui nō nouerat peccatū, pro nobis peccatum fecit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. Id eſt, Chriſtus fecit ne crimina noſtra impediret, quò minùs Deus nos in gratiā ſuā reciperet, non reputās delicta ipſorū. Id eſt, minimè pœnas ſumens iuſti odij ſui, ac cruciatuū, qui mundū ma nebāt: ſed inimicitias depoſuit, & ſupplicia cōdonauit. Quod autē dicit, vt nos efficeremur iuſtitia Dei in ipſo. id eſt, vt per ipſum nos iuſti eſſemus: Nam eſt hebraiſmus quē ſępe Paulus tanquā hebræus admittit: & ita interpretatur Oecumenius. Quare Chriſtū nō formā, ſed efficiētē cauſam iuſtificationis eſſe declarat. Citat etiam Caluinus in nos illud Actorum; Per hūc nobis annūciatur remiſsio peccatorū, & ab omnibus, à quibus non potuiſtis iuſtificari in lege Moyſis. In hoc omnis qui credit, iuſtificatur. Ex quo loco ſic argumētatur ille; Remiſſioni peccatorum iuſtificatio ſubijcitur. Idem igitur eſt iuſtificatio, quod peccatorū remiſsio. Sed fatemur nos minimè poſſe peccatorū remiſsionē ſine iuſtificatione conſtare: negamus tamē nihil aliud iuſtificationē, quàm peccatorū remiſsionē cōprehēdere; ſed etiā cum pœnitentia, charitate, & vera iuſtitia eſſe cōiunctā. Sed Paulus (ait ille) detrahit legis operibus dicēs, Moyſes iuſtitiā legis deſcribit dicens, quod qui fecerit ea, viuet in ipſis: fidei autē perfectā tribuit iuſtitiā. Sed Paulus in eo legem fidei, legi Moyſis præſtare docet: quòd olim legem veterem ſeruantibus id præmij propoſitum erat, vt diuturnam vitam agerent, & alijs huius æui bonis frueren-tur. At verò legem fidei obſeruantibus verā iuſtitiam, & æternam vitam Deus pollicetur. Seruatur autem lex fidei nō tātùm ſi fidei; ſed etiā ſi charitatis munere fungamur. At (inquit Caluinus) vt demus qualitate remiſ-

Pauli locus declaratur.

Si peccata ſint, Deo tegi non poſſunt.

Hebr. 4.

Caluinus.

2. Cor. 5.

Pauli locus declaratur.

Caluinus. Act. 13.

Iuſtificatio præter peccatorum remiſſionem requirit charitatē & veram iuſtitiam. Rom. 10.

Quod præmium lex vetus proponeret.

Quod præmium propo nit lex noua.

ſis peccatis animũ affici: negamus vllam præter fidẽ noſtrã reconciliationis eſſe cauſam: & patres Cõcilij Tridetini reprehẽdit ſecùs opinãtes. Sed nos exiſtimamus fidei munus cauſam quidẽ eſſe animũ ad recõciliationem paranté, & recõciliationis quaſi principiũ: qualitaté verò, & iuſtitiam quã in animo ponimus, formã iuſtificationis, ac recõciliationis eſſe. Sic enim res natura fiunt, vt præter efficiẽtem, & diſponentẽ cauſas, forma rei faciẽdæ attribuatur. Quæ omnia ſanctũ Conciliũ Tridẽtinum verbis grauiſsimis declarauit; & horũ triũ capitũ doctrinã luculẽter amplexũ eſt. Et ob eam rẽ magnũ huic diſputationi lumẽ allatũ iri puto, ſi eius hic verba ſubijciã, quæ ponuntur Seſsione ſexta à capite tertio vſq; ad vndecimũ.

Quæ ſit iuſtificationis forma.

Verba Concilij Tridentini c. 3.

Verùm etſi ille pro omnibus mortuus eſt, non omnes tamẽ mortis eius beneficiũ recipiũt, ſed ij dũtaxat, quibus meritũ paſsionis eius cõmunicatur. Nam cũ reuera homines, niſi ex ſemine Adæ propagati naſcerentur, nõ naſcerentur iniuſti, cum ea propagatione per ipſum dum concipiũtur, propriã iniuſtitiam cõtrahant: Ita niſi in Chriſto renaſcerẽtur, nunquam iuſtificarẽtur: cùm ea renaſcentia per meritũ paſsionis eius, gratia qua iuſtifiũt illis tribuatur. Pro hoc beneficio Apoſtolus gratias nos ſemper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorũ in lumine, & eripuit de poteſtate tenebrarũ, trãſtulitq; in regnum filij dilectionis ſuę, in quo habemus redẽptionem, & remiſſionẽ peccatorũ. Quibus verbis iuſtificationis impij deſcriptio inſinuatur, vt ſit trãſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatũ gratię, & adoptionis filiorũ Dei, per ſecundũ Adã Ieſum Chriſtũ Saluatorẽ noſtrum. Quæ quidẽ tranſlatio poſt Euangeliũ promulgatũ, ſine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri non poteſt: ſicut ſcriptũ eſt, Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, nõ poteſt introire in regnum Dei. Declarat præterea ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Dei per Chriſtũ Ieſum præueniente gratia ſumẽdũ eſſe, hoc eſt ab eius vocatione, qua nullis eorũ exiſtentibus meritis vocantur: vt qui per peccata à Deo auerſi erãt, per eius excitantẽ, atq; adiuuantẽ gratiã ad conuertendũ ſe ad ſuã ipſorum iuſtificationẽ, eidem gratiæ liberè aſſentiendo, & cooperãdo diſponãtur. Ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, nec homo ipſe nihil omnino agat inſpiratiõnẽ illã recipiẽs, quippe qui & illã abijcere poteſt: neq; tamẽ ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiã corã illo libera ſua voluntate poſsit. Vnde in ſacris literis cũ dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: libertatis noſtræ admonemur: Cùm reſpõdemus, Conuerte nos Domine ad te, & conuertemur: Deinos gratia præueniri cõfitemur. Diſponũtur autẽ ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti, fidem ex auditu concipientes, liberè mouẽtur in Deum, credentes vera eſſe, quæ diuinitũs reuelata, & promiſſa ſunt. Atque illud imprimis, à Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, à diuinæ iuſtitiæ timore quo vtiliter concutiũtur, ad conſiderãdũ Dei miſericordiam ſe cõuertendo, in ſpẽ eriguntur, fidentes Deũ ſibi propter Chriſtũ propitiũ fore, illumq;, tãquã omnis

Ioan. 3.

Ca. 5.

Zach. 1. Pſal. 84.

Ca. 6.

Col. 1.

Ca. 4.

omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiũt: Ac propterea mouentur aduerſus peccata per odiũ aliquod, & deteſtationẽ: hoc eſt, per eam pœnitentiã, quam ante baptiſmum agi oportet. Deniq; dum proponunt ſuſcipere baptiſmũ, inchoare nouã vitã, & ſeruare diuina mandata. De hac diſpoſitione ſcriptum eſt, Accedentẽ ad Deum oportet credere quia eſt, & quòd inquirẽtibus ſe remunerator ſit: &, Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. &, Timor Domini expellit peccatũ: &, Pœnitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũm in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionẽ peccatorum veſtrorũ. &, Accipietis donum Spiritus ſancti. &, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti: docẽtes eos ſeruare ea, quæcunq; mãdaui vobis. Denique, Præparate corda veſtra Domino.

Heb. 11. Mat. 9. Eccle. 1. Mat. 28. 1. Reg. 2. Ca. 7.

Hanc diſpoſitionẽ, ſeu præparationem iuſtificatio ipſa cõſequitur, quæ nõ eſt ſola peccatorũ remiſsio: ſed & ſanctificatio, & renouatio interioris hominis per voluntariã ſuſceptionẽ gratiæ, & donorũ: vnde homo ex iniuſto fit iuſtus, & ex inimico fit amicus, vt ſit hęres ſecundũ ſpẽ vitæ æternæ. Huius iuſtificationis cauſæ ſunt; finalis quidẽ gloria Dei, & Chriſti, ac vita æterna: perficiẽs verò miſericors Deus, qui gratuitò abluit, & ſanctificat, ſignans, & vngẽs Spiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Meritoria autem dilectiſsimus vnigenitus ſuus Dominus noſter Ieſus Chriſtus, qui cùm eſſemus inimici, propter nimiã charitatẽ, qua dilexit nos, ſua ſanctiſsima paſsione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & pro nobis Deo patri ſatisfecit. Inſtrumẽtalis item ſacramẽtũ baptiſmi, quod eſt ſacramentũ fidei, ſine qua nulli vnquã iuſtificatio contigit. Demùm vnica formalis cauſa eſt iuſtitia Dei, nõ qua ipſe iuſtus eſt, ſed qua nos iuſtos facit: qua videlicet ab eo donati renouamur ſpiritu mentis noſtræ, & non modò reputamur, ſed verè iuſti nominamur, & ſumus; iuſtitiã in nobis recipientes, vnuſquiſque ſuã, ſecundũ menſurã, quam Spiritus ſanctus partitur ſingulis prout vult: & ſecundũ propriam cuiuſq; diſpoſitionẽ, & cooperationẽ. Quanquam enim nemo poſsit eſſe iuſtus, niſi cui merita paſsionis Domini noſtri Ieſu Chriſti communicantur; id tamen in hac impij iuſtificatione fit, dũ eiuſdẽ ſanctiſsimæ paſsionis merito, per Spiritũ ſanctũ charitas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui iuſtificantur, atq; ipſis inhæret. Vnde in ipſa iuſtificatione cum remiſsione peccatorum hæc omnia ſimul infuſa accipit homo per Ieſum Chriſtũ, cui inſeritur, fidem, ſpẽ & charitatẽ. Nam fides niſi ad eam ſpes accedat, & charitas, nec vnit perfectè cũ Chriſto, nec corporis eius viuũ mẽbrum efficit. Qua ratione veriſimè dicitur, fidẽ ſine operibus mortuam, & otioſam eſſe. Et in Chriſto Ieſu neq; circunciſionem aliquid valere, neque pręputiũ: ſed fidẽ, quæ per charitatem operatur. Hanc fidem ante baptiſmi ſacramẽtum ex Apoſtolorũ traditione catechumeni ab Eccleſia petunt, cùm petunt fidem vitã æternam pręſtantem: quam ſine ſpe, & charitate fides præſtare non poteſt. Vnde & ſtatim verbum Chriſti audiunt, Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Itaque veram, & chriſtianam iuſtitiam accipientes, eam ceu primam ſtolã, pro illa, quam

Iacob. 2. Gal. 5.

Adam ſua inobedientia ſibi, & nobis perdidit, per Chriſtum Ieſum illis donatam, candidam, & immaculatã iubẽtur ſtatim renati cõſeruare, vt eam perferant ante tribunal Domini noſtri Ieſu Chriſti, & habeãt vitam æternam. Cùm verò Apoſtolus dicit, Iuſtificari hominem per fidem, & gratis: ea verba in eo ſenſu intelligẽda ſunt, quem perpetuus Eccleſiæ catholicæ conſenſus tenuit, & expreſsit, vt ſcilicet per fidem ideo iuſtificari dicamur, quia fides eſt humanæ ſalutis initiũ, fundamentum, & radix omnis iuſtificationis, ſine qua impoſsibile eſt placere Deo, & ad filiorum eius conſortium peruenire. Gratis autem iuſtificari ideo dicimur, quia nihil eorum, quæ iuſtificationem præcedunt, ſiue fides, ſiue opera ipſam iuſtificationis gratiam promeretur. Si enim gratia eſt, iam nõ ex operibus: alioquin, (vt idem Apoſtolus inquit) gratia iam non eſt gratia. Quamuis autẽ neceſſarium ſit credere neq; remitti, neq; remiſſa vnquam fuiſſe peccata, niſi gratis diuina miſericordia propter Chriſtum; nemini tamen fiduciam, & remiſsionem peccatorum ſuorũ iactanti, & in ea ſola quieſcenti peccata dimitti, vel dimiſſa eſſe dicendum eſt: cùm apud hæreticos, & ſchiſmaticos poſsit eſſe, imo noſtra tempeſtate ſit, & magna cõtra Eccleſiam catholicã contentione prædicetur vana hæc; & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud aſſerendum eſt oportere eos, qui verè iuſtificati ſunt, abſq; vlla omnino dubitatione apud ſemetipſos ſtatuere ſe eſſe iuſtificatos, nemi nemq; à peccatis abſolui, ac iuſtificari, niſi eum, qui certò credat ſe abſolutum, & iuſtificatũ eſſe, atq; hac ſola fide abſolutionem, & iuſtificationem perfici. Quaſi qui hoc non credit, de Dei promiſsis, deq; mortis, & reſurrectionis Chriſti efficacia dubitet. Nã ſicut nemo pius de Dei miſericordia, de Chriſti merito, atq; ſacramentorũ virtute, & efficacia dubitare debet: ſic quilibet dum ſe ipſum, ſuãq; propriam infirmitatem, & indiſpoſitionem reſpicit, de ſua gratia formidare, & timere poteſt: cùm nullus ſcire valeat certitudine fidei, cui non poteſt ſubeſſe falſum, ſe gratiam Dei eſſe cõſequutum. Sic ergo iuſtificati, ac amici Dei, & domeſtici facti, euntes de virtute in virtutẽ, renouãtur (vt Apoſtolus inquit,) de die in diem, hoc eſt, mortificando membra carnis ſuæ, & exhibẽdo ea arma iuſtitiæ in iuſtificationem per obſeruationem mãdatorũ Dei, & Eccleſiæ, in ipſa iuſtitia per Chriſti gratiã accepta cooperãte, fide bonis operibus creſcũt, atq; magis iuſtificãtur, ſicut ſcriptũ eſt, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc. & iterũ, Ne verearis vſq; ad mortẽ iuſtificari: & rurſus, Videtis quoniã ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tãtũ. Hoc verò iuſtitiæ incrementũ petit ſancta Eccleſia cùm orat, Da nobis Domine fidei, ſpei, & charitatis augmentum.

Mat. 9. Ca. 3.

Ca. 9.

Ca. 10.

Apoc. 22. Eccle. 18. Iacob. 2.

CAP. 4. *Liberum arbitrium eſſe.*

§. Atis apertè demonſtratum eſt, fidem ſolam nos Deo minimè iugere, niſi charitatis, & aliarũ virtutum munere fungamur. Quoniã verò virtutis ratio ex libera pendet voluntate, vt egregiè Ariſt. tertio libro Ethicorũ demonſtrat: Siquidem niſi in nobis ſitum ſit aliter agere, neq; vitij, neq; virtutis actio eſt. Quare operæpretiũ eſt diſputare, Vtrùm homines arbitrio

Virtutis ratio ex liberæ pendet voluntate. Ariſtot.

arbitrio libero pręditi simus; ita vt liberũ nobis sit res nonnullas vel agere, vel non agere. Nam licet hæc quęstio similis eius sit, si quæreremus, vtrùm videamus, vtrùm audiamus: nihil enim tam notum, nihil tam expertum habemus, quàm quod nostra voluntate res alias facimus, alias non facimus. Tam enim perspectum, & explo ratum Arist. in topicis esse duxit, vt non rationibus, & argumẽtis, sed plagis, atque verberibus cum eo disputãdum existimet, qui id in controuersiam deduxerit: Tanta tamen est aduersariorum nostrorum stupiditas, vt prorsus negent, quidquàm in nostra potestate esse. Ita enim Luterus ad Leonem decimum scribit, Articulo 36. Liberum arbitrium post peccatũ res est de solo titulo, & dũ facit quod in se est, peccat mortaliter. Imo simpliciter debui dicere; liberum arbitrium est figmentum in rebus, seu titulus sine re: quia nulli est in manu sua quidpiam cogitare, aut mali, aut boni; sed omnia de necessitate absolu ta eueniunt. Quomodo potest homo se ad bonum præparare, cùm neque in potestate sua sit vias malas facere? Eandem sententiam sequitur Melancton, quam ponit in annotationibus epistolę ad Romanos. Certum est (inquit) omnia à Deo fieri, non solùm permittendo, sed principaliter, & effectiuè. Quemadmodum igitur confitemur vocationem Pauli opus proprium fuisse Dei: ita & adulteriũ Dauidis, & fęuitiam Manlij, atque proditionem Iudæ. In eadem hęresi est Buzerus Caluinus, & alij ferè omnes huius temporis hæretici. In quo errore prius Bardesanes versatus est: qui fatali quadam necessitate omnia euenire putabat. Postea Manichæus extitit

Nihil tam expertum, quã liberum arbitrium.

Aristotel.

Aduersarij negant quidquàm in nostra potestate esse.

Luterus.

Melancton.

Buzerus.

Caluinus.

Bardesanes.

assęuerãs minimè in nobis esse vt turpis, aut honesti quidpiam geramus: sed duo in nobis inesse principia dicebat; honesti, quod rationem, turpis, quod cupiditatem appellabat. Propter hos igitur stultissimos homines, res quotidiano experimento cognita, in disceptatione versatur. Quam vt faciam planissimam, liberi arbitrij priùs naturam explicabo, vt ex proprijs, & insitis, non ex alienis, & externis, vt nonnulli faciunt, solùm arguamus. Arbitrij igitur vis non solùm ex volũtate, sed etiam ex ratione pendet. Circa illas enim res arbitrium versatur, circa quas deliberatio, atque consilium; quæ non nisi ratione fiunt: ob eamque rem homo liber esse dicitur, quòd ratione prædituſ est, qua valet ad vtramque partem de bono, & malo disputare; veluti, quia in furto, & adulterio, & alio quocunque crimine rationem boni, atque mali disputãdo reperire potest, in eo situm esse dicitur vel admittere, vel non admittere flagitium. Nisi enim furtũ aliquo pacto bonum esse existimaret, nunquàm illud faceret: quippe quę bona putamus esse, nostra solùm voluntate facimus: quod enim malum esse ducimus, nunquàm eligimus. Quoniam igitur ratio duo quasi bona voluntati proponit, voluntas libera est. Nam nihil est illi perscriptum: quoniam bonum, in quo illa tota cernitur, in duabus longè diuersis rebus videt. Brutum verò ea de causa liberum non est: quia mente, ac ratione vacat, quæ de bono, ac malo in partes contrarias differat. Semper enim agit ad perscriptum: vt si statuat bonum esse comedere, aliter statuere in sua non sit potestate: siquidem nihil boni percipit in non comedẽdo: quippe quòd

Ex proprijs & insitis liberi arbitrij causam suam probat auctor.

Arbitrij vis non solùm ex volũtate, sed & ex ratione pendet.

Nemo eligit quod malum esse ducit.

Brutum cur liberum non sit.

ratione vacet, quæ id boni, & vtilitatis inueſtiget. Non enim res vniuerſas comprehendit: ſed tantùm ſingulas, id eſt, non cogitat de tota ratione boni, ſed de bono tãtùm iſtoc, quod ob oculos habet. Homo verò quoniam mentis eſt compos, de toto genere boni diſſerit: Ac proinde licet quadam ex parte comedere bonum eſſe iudicet, quod iucũdum ſit: alia tamen ex parte intelligit eſſe malum: quia bonæ valetudini aduerſatur. Quare & comedere bonum eſt, quia iucundũ; & non comedere bonum etiam eſt, quia ſalubre. Cum igitur bona duo oblata ſint homini, liberum eſt ei, atque ſolutum in quod voluerit animum inclinare. Brutis verò vnum dũtaxat bonum (vt expoſui) offertur. Sed dicet fortè quiſpiam, Cùm illa duo bona propoſita voluntati ſint, nõ eſt ſemper anceps, & incerta: quid igitur ei præſcribit, quid opus ſit facto? Eadem ipſa ratio reſpõdebo. Sed quo pacto? quid melius ſit decernendo: quod poſtquàm ſtatuit ita, vt nõ ampliùs procedat deliberatio, atque conſilium, neceſſe eſt vt voluntas amplectatur id, quod ratio melius eſſe iudicat, niſi prius mutet ſententiã. Nam ſicut volũtatem bonum perſequi neceſſe eſt: ita etiam quod melius eſt neceſſariò expetit. Si enim accideret, vt quod videt eſſe deterius perſequatur: fieri poſſet, vt malum, quatenus malũ eſt, appeteret: quod eſt abſurdiſſimum. Nam malum quatenus tale, eligi non poteſt. Bonum enim omnis ſpectat electio. Quod autem id abſurdi conſequatur ex eo intelligi licet; quòd illud boni, quod in re deteriori deeſſe iudicat, veram habet rationem mali. Quare cum ratio de re aliqua facienda deliberat, præſcribit appetitui quid fit faciendum; dum docet quid melius, & commodius ſit. Quod ſi quod reuera melius eſt, iudicet eſſe tale; recta ratio dicitur: Sin autem quod eſt reuera deterius, melius eſſe ſtatuat; peruerſa ratio nominatur: niſi ita ex ignorantia ſentiat: nam tum ignoranter feciſſe dicimus.

Homo de toto genere boni diſſerit.

Brutis vnũ duntaxat bonũ offertur.

Quid præſcribat volũtati quid opus ſit facto.

Voluntas neceſſario expetit quod melius eſt.

Quo pacto ratio præſcribat appetitui quid ſit faciendum.

Quid ſit recta ratio, quid peruerſa.

Quid autem reuera melius ſit, vel natura ipſa, vel bona doctrina docet. Quod ſi aliter ſtatuat ratio, quàm natura, vel bona doctrina docet, in culpa eſſe dicimus. Quare mens, & ratio, voluntas, & arbitrium æquiparãtur. Quo enim pacto ratio ad mentem affecta eſt, eodem & arbitrium ad volũtatem. Siquidem mens circa prima principia verſatur, quæ non ratiocinatione concludũtur: ratio verò verſatur circa concluſiones, quæ ex principijs ratiocinando deducuntur. Ita voluntas in fine cernitur: arbitrium verò in medijs ad finem pertinentibus. Liberi iam arbitrij natura, & ratione explicata, pedem cum aduerſarijs noſtris conferamus. Et primùm ex illis quæram, Vtrùm ea ſit homini vis à natura tributa, vt poſsit ad vtrãque partem de re facienda diſputare? Non puto negabunt, cùm tot quotidiè de re facienda, vel non facienda, quæſtiones, conſilia, & deliberationes experiantur, multaq; dici in vtrãque partem: audiãt ipſeq; doceat Philippus Melanẽton in ſua dialectica ad vtramque partem de quacunque re propoſita diſputare. Deinde cùm ratio (exempli cauſa) furtum, bonum eſſe cenſet, quòd ex eo vtilitas percipitur: bonũ etiam à re aliena abſtinere, quod honeſtum: quid obſtat quò minùs alterum ſibi melius eſſe iudicet? quoniam neutrum eo probatur argumento; quod mentem & ingenium aſſentiri

Quando ratio ſit in culpa.

Mens & ratio, voluntas & arbitriũ æquiparãtur.

Poteſt homo ad vtrãque partẽ de re facienda diſputare.

Qui vtile ſibi melius iudicat, nullo argumẽto cogetur ſententiam deponere.

aſſentiri cogat. Nam ſi quiſpiam melius eſſe furtum ſtatuat, quo illum argumento coges deponere ſentẽtiam? Si enim dicas quòd inhoneſtum ſit: at vtile ipſe dicet eſſe vultq́; vtile honeſto anteponere. Omnia denique argumenta, quibus homines vt aliquid agant, vel non agant ſuaderi poſſunt, ad hæc tria capita reuocantur, honeſtum, vtile, atque iucundum. Quod ſi horũ aliquod quiſquàm apud ſe pertinaciter cæteris velit præferre: nullo argumento poterit euinci. Quare nihil impedit quò minus duobus bonis propoſitis, liberum ſit rationi alterũ anteferre: quod ſtatim (vt demõſtraui) amplectetur voluntas. Eam igitur naturam, quæ totum rei genus comprehendit, ea vis neceſſariò ſequitur, vt valeat ad vtramq́ue partem differe re, ac rerum rationes cõferre. Huic verò libertas in eligendo adiuncta ſit neceſſe eſt. Cùm igitur homini ſit à natura data rerum generalium cognitio; abſurdum omnino eſt, in eo ſitũ eſſe negare res quaſdam vt agat, vel non agat: Quid? nonne vires animi ad cognoſcendum datæ eis, eiuſdem viribus inſeruiunt, quę ſunt ad expetendum tributæ, bonum eis, vel malum indicando? Oportet igitur hæ vires ſibi in natura reſpondeant, ſimiliterq́; ſint inter ſe affectę; ita vt quemadmodum res tantùm ſingulas comprehendit ea cognoſcendi vis, quæ tali inſeruit appetitui, vt non niſi res ſingulas appetat: quales omnes ſunt appetitus brutorum; nec integrum eſt eis ad vtramq́ue partem expetere, quòd non niſi in vnam tantùm partem cognoſcant: ad eundem modum eam cognoſcendi vim, quæ genus aſſequitur rei, & in vtramq́ue partem differit, oportet ei inſeruiat expetendi potentiæ,

Ad quæ capita ſuadẽdi argumenta reuocentur.

Oportet appetẽdi & cognoſcendi vires in quocũq; ſint æquiparari.

quæ & genus rei perſequi, & ad vtrãque partem in ea ſitum ſit velle, & expetere. Quid enim attineret vim habere intelligendi ad vtramq́ue partem, ſi alteram tantùm partẽ appetere neceſſe eſſet? Multa etiam ſacroſanctæ ſcripturæ loca hanc ſententiam demonſtrant, quæ Deum optionem hominibus dediſſe ſignificant in vtramque partem eligendi. In Numeris optio datur marito in voto vxoris. Datur optio data eſt vnam ex tribus plagis eligendi. Moyſes poteſtatem fecit Iſraelitico populo eligendi maledictionem, vel benedictionem. Ieremias verbis Dei dixit populo Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego do corã vobis viam vitę, & viam mortis: qui habitauerit in vrbe morietur, qui egreſſus fuerit viuet. Et vniuerſæ Iſrael concioni Ioſue dixit; optio vobis datur, eligite hodiè quod placeat, cui ſeruire potiſsimùm debeatis: vtrũ dijs, quibus ſeruierunt patres veſtri in Meſopotamia, an dijs Amorrhæorum, in quorum terra habitatis: Ego autem & domus mea ſeruiemus Domino. Et in Eccleſiaſtico dicitur: Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum in manu conſilij ſui &c. apoſuit tibi aquam, & ignem, ad quod volueris porrige manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonũ, & malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Multa etiam loca ſolutam nobis optionem eſſe ſignificant eligẽdi quod maluerimus: vt verba illa Cain dicta: Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Ioannes etiam dicit, Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri ijs, qui credunt in nomine eius. Et Paulus ait. Qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc

Sacræ ſcripturæ teſtimonijs probatur liberum arbitrium eſſe, & hominibus eligendi optionem dari.

Num. 20.
2. Reg. 34.
Deut. 30.
Ierem. 21.
Ioſue. 24.
Eccle. 15.

Multa ſcripturæ teſtimonia ſignificãt hominibus eſſe integrum quod maluerint eligere.

Gen. 4.
Ioan. 1.
1. Cor. 7.

& hoc iudicauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam, benè facit. Multa etiam in ſacris literis ſponte, & voluntate noſtra fieri dicuntur: vt voluntaria dona vocantur in Exodo, quæ à viris, & mulieribus oblata ſunt ad tabernaculum faciendum. Et in Paralipomenis dicitur: Si quis ſponte offert, impleat manum ſuã, & offerat quod voluerit Domino. Et Dauid dicit, Voluntaria oris mei beneplacita fac domine; &, Voluntariè ſacrificabo tibi. Chriſtus etiam apertè teſtatur poteſtatem hominibus fuiſſe delatam ipſum ſequendi, ipſius præcepta ſeruandi, ipſius gloriam adipiſcendi. Si vis perfectus eſſe (ait) vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Si vis ad vitam ingredi ſerua mandata. Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum &c. Paulus etiam ſcribit Philemoni, vt non ex neceſsitate bonum tuum eſſet, ſed volũtarium. Multa etiam in ſacris literis fieri dicuntur præter Dei voluntatem. Quo pacto verò hæc fieri, niſi hominum voluntate poſſunt, quibus integrum, & ſolutum per Deum eſt, ſecùs facere, quàm ipſe vult? Ita in Exodo de Pharaone, Deo reſiſtere dicitur. Stephanus Iudæis dixit, Spiritui ſancto ſemper eos reſtitiſſe. In prouerbijs Salomõ ait, Verbis Dei vocaui, & renuiſtis. Verbis etiam Dei Eſaias dicit, Expectaui vt faceret vuas; fecit autem labruſcas; & alio loco, Tota die expãdi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem mihi. Et Chriſtus ſic cum Ieruſalem loquitur: Quoties volui congregare filios tuos ſicut gallina cõgregat filios ſuos ſub alis, & noluiſti. Quid? cur in ſacra ſcriptura Deus alia præcipit, alia vetat, ad alia hortatur, ab alijs auocat, alia probat, alia improbat, alia pœna, alia munere afficit ex ijs, quæ ab hominibus fiunt? Quorſum hæc? quid ſignificãt? quò ſpectant, ſi res aliter quàm fiunt ab hominibus, fieri non poſſent? Cùm igitur oracula vniuerſa diuina ex ijs rebus compoſita ſint, vniuerſa libero hominis arbitrio pollere declarant. Quid? quare iudices, & magiſtratus, & legiſlatores in eos ſeuerè animaduertunt, qui prudentes leges, & ſtatuta violant? ijs verò, qui vi coacti, aut imprudentia lapſi peccant, ignoſcũt? Niſi quod illos ſua voluntate; hos verò inuitos peccare iudicãt. Iniquum autẽ eſſet alios punire, alijs verò parcere: ſi non eſſet integrum vtriſque aliter agere, quàm agũt. Cur etiam duobus hominibus idem efficientibus, alterum nonnunqvàm in culpa eſſe, alterum non eſſe cenſemus, ſi libertas vtriſque agendi tollatur? Aut cur culpetur vllus, qui aliud præſtare non potuit? Aut cur ij, qui reſpręclaras geſſerunt, laudantur, niſi quod ſecus facere potuerint? quam cauſam Eccleſiaſticus luculenter exponit dicens. Beatus diues, qui inuentus eſt ſine macula, & poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua, qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus; facere mala, & non fecit. Cur honores, & alia præmia legibus decernuntur, niſi vt homines ad facinora præclara accẽdantur? Cur ſupplicia conſtituuntur, niſi vt homines à flagitijs deterreant? Quid verò attinet eum ad res gerẽdas adhortari, cuius in poteſtate nõ ſunt? vel vt illas exequatur neceſſe eſt, aut illum ab ea re deterreri, quæ ſuo arbitrio minimè gerenda eſt. Quid illud attinet Deum per Eſaiam dicere; Si volueri-

Exod. 31.

1. Paral. 29.

Pſalm. 118.

Pſalm. 34.

Matt. 16.

Luc. 19.

In ſacris literis multa præter Dei volũtatem fieri dicũtur, quæ nõ niſi hominis voluntate fiunt.

Exod. 10.

Act. 7.

Prou. 1.

Eſai. 5.

Matt. 25.

Varijs oraculis liberũ arbitrium eſſe probatur.

Ex ratione qua legiſlatores animaduertunt in legum violatores liberũ arbitrium eſſe cognoſcitur.

Ex eo quod homines culpantur, vel laudantur, liberum arbitrium eſſe intelligitur.

Eccle. 31.

Ex honoribus & ſuppliciis lege conſtitutis cognoſcitur liberũ arbitriũ eſſe.

Eſai. 1.

volueritis,& audietis me, bona terræ comedetis: quòd ſi nolueritis, & me ad iracũdiam prouocaueritis, gladius
Gen.4. deuorabit vos. Aut illud quod Deus ipſe Caino dixit; Nõne ſi benè egeris recipies: ſin autem malè, in foribus peccatum tuum? id eſt ſtatim pœnas pendes. Nam עון hauon, & peccatum, & peccati pœnam hebræis ſignificat. Cur inquam id illi denũciatum eſt? Nonne ob id quod mox ſubijcitur? Sub te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illius. Cur alij boni, alij mali cenſentur; ſi nemo aliter poteſt agere quàm agit? Quid ad hæc aduerſarij reſpondebunt, qui nihil in nobis ſitũ eſſe iactant? aut qua ratione ſe ijs quæſtionibus explicabunt? Leges, & ſtatuta tollent, omnia diuina, & humana iura euertent; reſpublicas omnes conuellent: Dei iudicia damnabunt: omnia officiorum præcepta diuinis oraculis tradita, inutilia, & inepta eſſe cõcedent: omnem ethicam diſciplinam tanti vel apud eos, qui lumine diuino caruerunt habitam irridebunt, & pro nihilo ducent? O perfidos, & nefarios homines! ò abſurdiſsimas, & ſtultiſsimas cogitationes. Fateor ego ingenuè magnum vulnus arbitriũ noſtrũ propter crimen primi parentis acceptum, valdeq; fuiſſe deiectũ; quòd animus varijs perturbationibus diſtractus, ægrè quid ſit optimũ decernat. At ſi penitùs fuiſſet exciſum; penitùs fuiſſet hominis natura conuulſa. Sed tãto illi vulneri magnã afferunt medicinam leges, & præcepta Dei, quibus quid optimum ſit docemur. Auxilia etiam multa nobis Deus præſtat, quæ & mentem illuſtrant, & voluntatem confirmant, & perturbationes ſedãt,
Philip.4. ſicut Paulus ad Philippenſes ſcribit: omnia poſſum in eo, qui me confortat: & in Eccleſiaſtico dicitur, Deus creauit de terra hominem, & ſecundum imaginem ſuam fecit illum, & iterum conuertit illum in ipſam; & ſecundum ſe veſtiuit illum virtute. Numerum dierum, & tempus dedit illi &c. conſilium, linguam, & oculos, & aures, & cor dedit illis excogitandi, & diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus, & ſenſu impleuit cor illorum, & mala, & bona oſtendit illis. Quare tantis homo auxilijs munitus nihil accepto vulnere impeditur, quò minus ſatis ampla libertate fruatur. In hanc etiã ſententiam frequentes ſancti Eccleſiæ & claſsici auctores eunt: quorum conſenſus magnam habere religionem, magnam auctoritatem ad res fidei noſtræ comprobandas, ſancta ſynodus Tridentina decreuit; quorum verba ne nimis lõgus, & prolixus ſim, non referam: ſed loca tantùm citabo, quibus de hac re ſecundum nos verba faciunt: quos in duas claſſes diſtinguam, in Latinos, & Græcos. Auguſtinus de ciuitate Dei lib. 12. cap. 6. Contra Creſconium Grãmaticum lib. 3. cap. 51. Et contra Fortunatum Manichæum in ſecũdæ diſputationis principio. De vera religione cap. 14. Et homilia 92. in Ioannem. Epiſtola 46. & 47. Hieronymus ad Edibiam. & in 3. epiſt. ad Damaſum. Ambroſius lib. 2. de Iacob, & vita beata. Gregorius 3. moralium cap. 9. Tertullianus lib. 2. in Marcionem, & de Monogamia. Cyprianus lib. 1. epiſt. 3. & in tractatu de ſimplicitate prælatorum. Lactantius 2. inſtitu. cap. 9. Anſelmus de conceptu virginali ca. 8. Accedit ad hoc, quòd Auguſtinus, & Hieronymus nõ ſolùm ita exiſtimãt, ſed etiã tetrũ errorem eſſe tradũt ſecùs exiſtimare:

Eccleſ.17.

Ex eo quod alij boni, alij mali cenſentur, liberũ arbitrium eſſe cognoſcitur.

Omnium ſanctorum auctorum conſenſu liberum arbitrium eſſe probatur.

Ad quãta incommoda liberũ negãtes arbitriũ impellantur.

Liberum arbitrium propter peccatũ primi parentis deiectum non conuulſum fuit.

Quæ res medicinam faciunt libera arbitrio.

ſic enim Auguſti. ait in. 3. Hypo. Liberum arbitrium ineſſe hominibus certa fide credimus, & prædicamus indubitanter. Et non eſſe catholicum ſubiungit, qui liberum arbitrium negauerit. Hieronymus verò ſic Damaſo ſcribit. Liberum ſic confitemur arbitrium, vt dicamus nos ſemper indigere Dei auxilio: & tam illos errare, qui cum Manichęo dicunt hominem peccatum vitare non poſſe, quàm illos, qui cum Iouiniano aſſerunt hominem non poſſe peccare: vterq; enim aufert arbitrij libertatem. Nos verò dicimus hominem ſemper & peccare, & nõ peccare poſſe, vt ſemper nos liberi confiteamur arbitrij. Vt ad Grę cos auctores veniamus, id ipſum teſtatur Baſilius in quodam ſermone de libero arbitrio: & in eo libro, quo probat Deum nõ eſſe auctorem malorũ. Chriſoſtomus Homilia. 60. in caput 18. Matth. & in quadam Homilia de conuerſione Pauli. Theophilactus in parabolam de filio prodigo. Cyrillus lib. 3. in Iulianum apoſtatam prope principium, & 6. lib. prope finem. Et 4. in Ioannem cap. 30. Athanaſius in epiſtola ad Romanos. Damaſcenus 2. de fide orthodoxa cap. 25. Origines lib. tertio de principijs cap. 3. Vt igitur hæc ſententiæ noſtræ confirmatio omni ex parte perfecta ſit, ſenatus Tridentini conſultũ de hac re ſeſſione 6. canone 5. factũ addamus. Si quis liberum hominis arbitrium poſt Adę peccatum amiſſum, & extinctum eſſe dixerit, aut rem eſſe de ſolo titulo: imo titulum ſine re; figmentum denique à Sathana inuectum in Eccleſiã, Anathema ſit.

Concilium Tridentinum.

Sed magna argumentorum mole aduerſarij, præſertim Luterus, Melancton, & Caluinus nos obſident, ve riſsimaq; & certiſsima ſententia, conantur euertere. Obijcit nobis Luterus illud Ieremiæ; Sicut lutum in manu figuli; ita vos domus Iſrael in manu mea. Ex quo ſic ille concludit. Sicut nihil agit lutũ in manu figuli, ſed tantùm accipit, ita de nobis omnibus qui luto conferimur eſt dicendum. Sed Ieremias illo capite minatur vrbẽ excidendam, agrum vaſtandum, & vniuerſum regnum conuellendum, niſi reſipiſcant. Ne autem vllis præſidijs regni, & vrbis ſe tutos fore ſperarent, dicit tam facilè ſe poſſe totius regni, & vrbis ſtatũ mutare, quàm figulus luti, quod habet in manu formã: ita vt ſicut lutum nihil reſiſtit ſi figulus illud velit diſsipare: ita ipſi nihil reſiſtere poterunt, ſi ſemel eos vaſtare decreuerit. Quam ſententiam ipſe Ieremias declarat: nam ſubijcit ſtatim: Repentè loquar aduerſus gentem, & aduerſus regnum; vt eradicem, & deſtruam, & diſperdam illum, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo, quod locutus ſum aduerſus eam: agã & ego pœnitẽtiam ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei: & ſubitò loquar de gente, & de regno, vt ædificẽ, & plantem illud. Quare locus hic nihil nobis aduerſatur. Non enim omnia eſſe in poteſtate noſtra putamus (nam ſolus Deus eſt omnipotens) ſed aliqua. Quod idem ex hoc loco longè melius probatur, quàm aduerſariorum ſententia. Siquidem dicitur, ſi pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo &c. poterat igitur pœnitere; ſecùs enim ſtultè illa adderetur concluſio. Fatemur autem aliter mala, & incõmoda non poſſe vitare, quæ Deus inferre decreuit. Fatemur etiam facilè poſſe eum res perditas, & omnino deſperatas reſtituere. Sed quoniam mul

Ieremi. 18.

Argumenta aduerſariorum in liberũ arbitriũ.

Ieremiæ locus exponitur.

Luterus. Melancton. Caluinus.

ta afferunt alia sacræ scripturæ loca, quæ habent eandem expositionem, ne longus sim simul subijciam: quæ verò singularem interpretationem desiderant, sigillatim interpretabor. Iere. 10. Citant igitur contra nos illud Ieremiæ; Non est hominis via eius, nec viri est vt ambulet, & dirigat gressus Ioan. 3. suos. & illud Ioannis, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Nemo venit ad me, nisi pater meus, qui misit me traxerit Iac. 1. eum. Illud etiam Iacobi, Omne datum optimum, & omne donum perfectum de sursum est. Et illud Pauli: 1. Cor. 4. Quid habes, quod non accepisti? Et Rom. 9. illud, Non est volentis, nec currentis, sed Dei miserentis. & illud Oseæ; Perditio tua Israel, tantummodo in me *Multa simul scripturæ loca explicantur.* auxilium tuum. Quæ omnia probant tantùm id, quod nos postea probaturi sumus; viribus tantùm nostris nixos non posse ea præstare, quæ ad salutem consequendam, & Dei amicitiam ineundam necessaria sunt. Quare Dei oportet auxilium implorare, quod ipse se daturũ promisit ijs omnibus, qui pro virili parte ad rem tantam aspirauerint. Optio tamen nostra est, velimus, necne tanto eius auxilio vti. Mat. 6. Eodem pertinet illud quod *Luterus.* Luterus citat; Folium arboris non cadit in terram sine voluntate patris ve Mat. 10. stri. & illud quod *Melancton.* Melancton. Nonne duo passeres asse vænèunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine patre vestro, & illud ad Ephesios Pau Ephe. 1. li, Qui operatur omnia secundum consilium voluntatis suæ. Quæ omnia tantùm declarant, nihil Deo inuito, nihil nesciente fieri: sed aut volente, aut permittente: nihilque temere, sed omnia magno consilio administrare. Quod verò in fine capitis primi illius Epistolæ dicit, Qui omnia in omnibus adimpletur: in aliam longè diuersam sententiam dictum est. Verba enim de Christo facit, quem (inquit) Deus dedit caput supra omnẽ Ecclesiam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur: Græcè est τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσι πληρουμένου. Vox media est πληρωμένου apud Græcos, quæ si passiuè accipiatur, vt magis D. Hieronymo placet; nihil ad istorum propositum attinet, qui actiuè efferri volunt. Idque tum significatur, Christum bona omnia omnibus esse, nihilque deesse ei, qui membrum eius viuum est. Christus autem adimpletur, id est completur, ac consummatur omnibus membris sui corporis; quod corpus Ecclesiam esse dixit. Sin autem accipiatur actiuè, vt Græci interpretes explicãt: nihil istorum probat sententiã. Nam tantùm declarat Christum singulis membris aptas sibi ipsis virtutes præbere: vt in alio loco dicit; Alios dedit Apostolos, alios Euãgelistas, &c. Sed 1. Corin. 12. nostram sententiam Luterus refellit *Luterus.* verbis illis Apostoli, Fuistis serui pec Rom. 6. cati, liberati autem à peccato serui facti fuistis iustitiæ. Ergo in quocunq; homo fuerit statu, seruus est, siue concupiscentiæ, siue charitatis: caret igitur libertate. Sic & Christus Ioãnis. 8. Ioan. 8. Qui facit peccatum, seruus est peccati. & B. Petrus; A quo enim quis superatus est, huius & seruus est. Atqui 2. Pet. 2. probaret Luterus ne ridiculis argumentis ludere videretur: inuitos nos atq; coactos in seruitutẽ peccati, aut iustitię esse redactos. Nã si in nostra *In nostra est potestate vel peccato, vel iustitiæ inseruire.* sit potestate vel peccato, vel iustitiæ inseruire, magna fruimur libertate. Quod autem vtrũq; situ in nobis sit, benè cognoscitur ex verbis Pauli in

Pauli locus declaratur.

eodem capite. Sicut exhibuistis (ait) membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem. Frustra quidem sic eos hortaretur Paulus, si illorum non esset optio cui seruire maluerint. Quod verò Christus, Paulus, & Petrus seruum iustitiæ, vel peccati dicunt; translatione vtuntur ad declarandum, vtrùm simus in officio, nec ne: ductaque est ex seruo, qui eius esse cognoscitur, cui obtemperat: ita & nos si ea faciamus, quæ libido postulat, serui sumus peccati: sic enim libidinem Paulus frequenter appellat. Sin autem non quæ libido, sed quæ postulat iustitia præstemus, serui sumus iustitiæ. Quam translationem Paulus eodem capite citato declarat dicens; Anne scitis quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius cui obedistis? siue peccati ad mortem, siue obeditionis ad iustitiam. Gratias autem Deo quod fuistis serui peccati, obedistis autem ex corde in eam formam doctrinæ, in qua traditi estis. liberati autem à peccato, serui facti estis iustitiæ: humanum dico propter infirmitatē carnis vestræ. ideſt, humano, & vsitato vtor loquendi modo, cùm peccati seruum, vel iustitiæ nomino. Cum verò Paulus dicit, obedistis ex corde, &c. arbitrij libertatem apertè tangit. ideſt, sponte, & voluntate vestra in potestatem iustitiæ redacti fuistis. Sed clamat Melancton, ex motibus potiùs internis, quàm externis libertas nostra ponderanda est. Quis autem non videt (ait) internos affectus in nostra potestate non esse? experientia enim, vsuque comperimus non posse voluntatem suum ponere amorem, odium, aut affectus similes, sed affectus affectu vincitur; vt qui læsus ab eo, quem amabat, amare desinit: nosque ardentius, quàm quemuis alium amamus. Atqui fatemur nonnullos animi motus in nostra non esse potestate, quales sunt primi libidinis conatus, & impetus, qui se nobis inuitis nonnunquam efferunt, de quibus Paulus ait: Quod operor non intelligo: non enim quod volo bonum, hoc ago: sed quod odi malum, illud facio. Ex hoc tamen non concluditur nullos animi motus in nobis esse sitos. Possumus enim hos conatus vel comprimere: vel facilè in nobis esse pati: in nostra deniq; potestate sunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ, quæ exire ex corde Christus testatur. Affert etiam in nos Melancton illud Actorum. Conuenerunt Herodes, & Pilatus facere, quæ manus tua, & consilium tuum decreuerunt fieri. Perinde quasi nos opinaremur quidquam fieri posse, quod non Deus fieri decreuerit: nullam tamē tollit nostræ libertatis partem (vt mox declarabimus) Deum facienda cognoscere, & eius quodam diuino consilio omnia fieri. Quod verò illud Pauli in nos citat Melanctō, Cuius vult miseretur, & quem vult indurat: postea cōmodiori loco verba faciemus, quid indurandi verbo scriptura significet. Nos tamē arguit Caluinus loco illo Pauli ad Corin. 15. Abundantiùs illis omnibus laboraui nō ego, sed gratia Dei mecum, quod Græcè si verbum de verbo reddatur sit; Non ego, sed gratia Dei, quæ mecū. Quibus verbis res suas gestas Paulus gratiæ Dei ascribit. Quare nihil nos

Ex serua ducta trāslatione declarat Paulus vtrū simus in officio, nec ne.

Melancton.

Nonnullos animi motus in nostra nō esse potestate.

Melancton. Mat. 15. Act. 4.

Melancton.

Caluinus.

Pauli locus declaratur.

nos facimus; ſed Deus omnia opera noſtra facit. At Paulus tantùm ſignificat tam præclaras res ſe, niſi Deo adiuuante, gerere non potuiſſe. Id verò vt amplificet, vſurpat illud loquendi genus, ſicut Chriſtus dixit: mea doctrina non eſt mea. id eſt, mei ſolius: ita Paulus, non ego ſed gratia Dei quæ mecum. ideſt, non ego ſolus, ac per me ipſum: ſed Dei gratia adiuuante. Nam συν Græci ad auxilium ſignificandum vtuntur, & ita dicunt συν θεῷ. vel συν θεοῖς ἐργάσθαι. Id eſt Deo iuuante dicere. Adhuc tamen vrget, & inſtat Luterus, multaque profert ſacroſanctæ ſcripturæ loca. Primùm illud Prouerbiorum; Hominis eſt præparare cor, Dei autem gubernare linguam. Ex quo ille effici putat, homines libero arbitrio vacare. Sed ſi hominis eſt præparare cor, aliquid igitur in eo ſitum eſt. Verum enim verò hic, & ille qui ſtatim ſequitur locus, Cor hominis cogitat viam ſuam, & Dominus diſponit greſſus ſuos; de ea nos re erudiunt, nihil nos poſſe ſine Dei auxilio ad felicem exitum perducere. Eadem Ieremiæ ſententia eſt cum dicit, Scio Domine, quod non eſt in homine via eius, neque viri eſt, vt dirigat greſſus ſuos: quæ omnia loca in nos aduerſarij citant: & illud etiam Prouerbiorum, Sicut diuiſiones aquarum ſunt, ita cor regis in manu Domini, quocunque voluerit inclinabit illud. Sed nunquid inuitum inclinabit? an verò ſua ſponte? ego dico ſua ſponte. Id illi ſi poſſunt, refellant. Idem enim dici ſolet de ijs, qui apud Regem gratia, & auctoritate valent: id tamen regis voluntate efficiunt. At nemo verè concludet Deum regis, aut alterius animum ad peccatum inclinare, quin legibus, præceptis, minis, atque ſupplicijs valde à culpis, ſceleribuſque auocat. Sed id potius ſapiens mihi ſignificare videtur; felicem fortunam, quæ regis voluntate ſæpe ponderari ſolet, à Deo eſſe: ſicut Pharaonis animũ ad Ioſeph inclinauit; Aſſueri ad Eſter: Nabuchodonoſoris, & aliorũ regum ad Danielem. Conantur tamẽ aduerſarij non ſolùm Dei oracula, ſed etiam ſacros eorum interpretes nobis eſſe contrarios probare, multa eorũ teſtimonia peruerſa expoſitione afferentes. Primùm illud Auguſtini. Liberum arbitrium prono ad nequitiam lapſu fluit, & cùm ad virtutis indolem Dei auxilio deſerente nihil poſſit, ad genus omne peccati idonea fultum virtute ſubſiſtit. & alio loco. Liberum arbitriũ ad benè, pieque viuendum non valet, niſi voluntas hominis fuerit liberata: libero arbitrio malè vtens homo, & ſe perdidit, & ipſum liberum arbitrium ſine gratia non valet, niſi ad peccatũ. Sed hæc, & alia huiuſmodi Auguſtini dicta tantùm ſignificant viribus modò liberi arbitrij neminem poſſe de Deo bene mereri: id quod nos fatemur. Veram autem Auguſtini de libero arbitrio ſententiã dudum narrauimus; qua dicit apertè, non eſſe catholicum, qui liberum arbitrium negauerit. Eandem habent ſententiam verba illa ſecundi Concilij Arauſicani; Arbitrium voluntatis in primo homine infirmatum, niſi per gratiam baptiſmi non poteſt repararì. Quod amiſſum, niſi à quo poteſt dari, non poteſt reddi: vnde ipſa veritas dicit, Si vos filius liberauerit, verè liberi eritis. hoc eſt, nulla hominis merita erga Deum extare poſſunt, niſi liberum arbitrium eius per gratiam

Luterus. *Prouer. 6.*

Prouerbiorũ locus declaratur.

Prouer. 21.

Auguſt. de præd Dei 2. contra 2. ep. Pel. c. 5.

Enc. cap. 30. de ſpi. & lit.

Auguſtini loca explicantur.

Concilij Arauſicanum.

Dei erga nos reſtituatur. Illa verò verba Cypriani, quem etiam aduerſarij teſtem producunt: Gloriandum in nullo, quia noſtrum nihil eſt: ſi nihil noſtrum, nullam partem ibi habet libertas noſtra. Id eſt, nullis noſtris officijs, ſed ſua tantùm bonitate Deus commotus nos in ſuam amicitiã recipit: quare nihil eſt, quod in huiuſmodi reconciliatione de noſtra virtute gloriemur, ſed Deo omnia accepta referamus. Locum etiam iam Cypriani citauimus, quo veram ponit de hac re ſententiam. Eode modo intelligeda ſunt illa verba Bernardi; Liberum arbitrium tantùm eſt capax ſalutis. id eſt, tantùm accipit, & non meretur ſalutem. Sed ex hoc facilè iſtorum hominum inſignem petulantiam intelligi licet. Nam nullo loco magis Bernardus noſtram docet ſententiam, quam hoc, quem ipſi audent citare. Ait enim Bernardus. Tolle liberum arbitrium, & non erit quod ſaluetur: tolle gratiam, & non erit vnde ſaluetur: opus hoc ſine duobus effici non poteſt; vno à quo fit, altero cui, vel in quo fit. Deus auctor eſt ſalutis, liberum arbitrium tantum capax. Quod ergo à ſolo Deo, & ſoli datur libero arbitrio tam abſq; conſenſu eſſe nõ poteſt accipiẽtis, quàm abſque gratia dantis. Et ita gratiæ operanti ſalutem liberum arbitrium dici tur cooperari, dum conſentit, hoc eſt dum ſaluatur. Proinde irrationalis ſpiritus ſaluté minimè capit, eò quòd illi voluntarius conſenſus deſit, quo Deo ſaluanti placidè obtemperet, ſiue iubenti acquieſcendo, ſiue pollicenti credendo, ſiue reddenti gratias agendo. Quid planiùs, quid apertiùs in noſtram ſententiam dici, aut optari poteſt? Ex dictis etiam intelligitur illud, quo Deum Eccleſia precatur, quo nos iſti ſycophantæ etiam redarguunt; Deus virtutum cuius eſt totum quod eſt optimum. ideſt, quicquid in nobis boni eſt, non tam noſtra virtute partum, quam Dei beneficio, & ſumma benignitate acceptũ exiſtimare debemus. Sed clamant aduerſarij, magnoque nos incommodo vrgent. Nam ſi noſtra poteſtas eſt facere, vel non facere quicquam, Dei ſcientiam de illa re poſſemus fruſtrare, ſi poſſumus aliter facere, quàm Deus faciendum eſſe cognouit. Sed primùm ſi argumentum hoc alicuius eſſet momenti, valeret non ſolùm ad tollendum liberum arbitriũ ex hominibus, ſed etiam ex Deo. Nec enim Deus ipſe poteſt ſcientiam infinitam ſuam fallere, aut irritam vllo modo efficere. Sed nihil illi hoc tanto abſurdo commouentur, facilè patiuntur in Deo liberum arbitrium non eſſe. Sed vt argumentum iſtud planè nos explicemus; duplicem diuinæ ſcientiæ rationem excogitare poſſumus; vnam, qua res contemplatur tantùm: quam ſciẽtiam Theologi vocant ſpeculatiuam: Aliam, qua res contemplatur vt per ipſum faciendas: quam vocant ſcientiam practicam. Neutra ratione ſcientia Dei nobis libertatem eripit. Nam illa non eſt rei cauſa: nõ enim quia Deus præuidit me facturũ quidpiam, ego facio; ſed è contrario quod ego facio, Deus præuidit me facturum, ſed in mea poteſtate fuit vt facerem, vel non facerem: in mea igitur poteſtate fuit, vt Deus præuideret, vel non præuideret. Hæc verò practica ſcientia integram nobis etiam poteſtatem relinquit. Nam ita Deus cõſiderat res per ipſum faciendas, vt poſtea fient: fient

Cypriani locus exponitur.

Bernardi de lib. arb. locus declaratur.

Scientia Dei non tollit liberum arbitriũ noſtrũ.

Concedũt aduerſarij in Deo liberum arbitriũ non eſſe.

Duplex ſciẽtia Dei.

Scientia ſpeculatiua Dei non eſt rei cauſa.

Scientia Dei practica non tollit libertatem.

fient autem liberè, ita vt integrum facienti sit secùs efficere: considerat igitur eas tanquam liberè faciẽdas. Nulla igitur ratio diuinæ scientiæ impedit, quò minùs multa in nobis posita sint. Sed dicit Luterus; Quælibet hominis actio non solùm ab ipso, sed etiam à Deo, qui adiuuat proficiscitur: temerariũ igitur est opinari, non Dei sed hominis arbitratu dirigi. Nã non essent (inquit) omnia in potestate Dei, si ex alterius volũtate ipse penderet. Sed homo stulte, si Deus illam actionem non suo, sed hominis arbitrio gubernari vult; erit ne contra eius voluntatem, quod hominis arbitratu fiat? sanè verò vult: quippe qui homines ita fingit, vt se arbitrio suo in rebus nonnullis gerendis regant. Quemadmodum verò fingit, ita regit, atque tuetur. Et quemadmodũ nihil de Dei potestate detrahitur, quòd se in agendo cum rebus ad earum vires accomodet: ita neque eius minuitur potestas, quòd arbitratu nostro nonnullæ actiones procedãt; tametsi aliter ipse fieri præceperit. Id igitur certum, & exploratum sit, eam potestatem hominibus esse delatã, vt res multas possint vel facere, vel non facere.

Luterus.

Nonnullas actiones hominis arbitrio Deus gubernari vult.

CAP. 5. *In futuro contingenti liberum arbitrium versari.*

LIberum arbitriũ esse demonstrauimus. Vt eius tamen vis perfectè declaretur, oportet differere, circa quas illud res versetur. Vtrùm circa præteritas, vel circa instantes, vel circa futuras. In qua disputatione duplex nobis quæstio tractanda est: vna cum viris catholicis; altera cum aduersarijs. Nã multi nomine digni auctores vehementer mihi errare videntur, existimantes arbitrium nostrum circa res præsentes versari: ita vt quando agit homo, possit non agere: quando furatur fur, possit non furari. In qua sentẽtia est Dominicus à Soto vir cætera doctus, & pius, in libro. 1. de Natura & Gratia, capit. 16. qui quodam aduersariorum argumento implicatus, mirabilè quiddã dicit; quod quãdo re iam mihi Deus opem ad agendum præstat, ego possum renuere, atque nõ agere. Et quædam addit de sensu, quem ille vocat composito, atque diuiso, quæ minimè intelligi possunt. Sed eam, quam eius dixi de libero arbitrio sententiã, commentarijs manu scriptis in primam secundæ Sancti Thomæ multis probat argumentis; quam multi, qui Thomistæ vocantur, sequuntur. Qui primùm Aristoteli, de cuius se doctrina iactant, valde cõtrarij sunt. Nam libr. de Enunciatione cap. 7. dicit, solas futuri temporis enunciationes in vtrãque partem cadere. Enunciationes vero ex instanti, præteritoque certum aliquid, & constitutum in principio capitis significare dicit. Idque in enunciationibus ex instãti, de quibus maior difficultas esse videbatur, ita esse probat. Quoniam (inquit) res quando est, necesse est esse. Quare dubium non est quin Aristo. iudicio idem de instantibus, quod de præteritis existimandum sit. & sicut præterita aliter fieri nequeunt: ita neque instantia. Quamobrem disputatio de rebus, quæ & euenire, & non euenire possunt; futuris duntaxat aptat. Quod si cum ago (vt isti dicunt) ego possum non agere, instantia in alterutram partem

Dominicus à Soto putat liberum arbitrium circa res præsentes versari.

q. 10. arti. 4.

Aristo.

Enunciationem ex instãti, & præterito, certũ aliquid & cõstitutum significant.

Idem de instantibus quod de præteritis Arist. iudicio existimandũ est.

cadunt contra Ariſtotelis ſentẽtiam: debuitque ille ſermonem de præſentibus contingentibus inſtituere. Quare dubium non eſt, quin iſtorum opinio longè diuerſa ab Ariſt. ſententia ſit. Iam verò cùm inſtans, temporiſq; punctũ id declaret, in quo nihil pòſt, nihil antè eſt: ſi quod iam eſt, eodem temporis puncto non eſſe poteſt: ſimul igitur quidquam & eſſe, & non eſſe poteſt. Si verò non dent eodem inſtanti aliter ſe rem habere poſſe: non igitur inſtanti, ſed futuro tempore res mutari, conuertiq́ue poteſt. Ergo inſtantia in vtramque partem nõ cadunt. Quid? circa res illas libertas nobis à natura tributa verſatur, circa quas & conſilium? De inſtantibus autem, præſentibuſq; rebus nunquam conſilium capimus: futura enim duntaxat prouidere, & antè præcauere dicimur. Quocirca eſt in nobis quidem inſtanti tempore libertas: non tamen declinandi quæ iam inſtant, ſed quæ futura ſunt. Quare quando ſcelus aliquod homo cõmittit, poteſt ille qui dem quocunque tempore peccare deſiſtere. Nec tum immutat quod inſtanti tempore fit: ſed quod futurum erat, ſi nõ deſtitiſſet ille. Quod enim inſtanti illo fit, factũ eſt, vt clarè, apertèq; demonſtrat Ariſto. ſexto Phyſico. Quoniam fieri non poteſt, vt aliquid moueatur, quin motum ſit: ita ſi homo ille nequam peccat, peccatũ eſt. Qua de cauſa Ariſto. peritiſsimus eiuſdem rationis eſſe putat enunciationes, quæ de re præterita, & quæ de inſtante dicunt. Quod enim vtriſque ſignificatur conſtitutum, & certum eſt. Et quemadmodum præterita, ſic & inſtãtia mutari nulla ratione poſſunt. Sicuti enim nunquam continget quin peccauerit, qui ſuperiori tempore peccauit: ita fieri nequit, vt qui peccat, nunquam peccauerit. At hoc conſequitur (inquiunt illi) nemi nem ſua ſponte, libereque peccare. Sed eſt quidem hæc argumentatio ridicula. Etenim homini illi nequam ſolutum antè, liberumq́; fuit in quã voluiſſet partem animum inclinare: poſtquam verò in deteriorem partẽ ſemel inclinat, non poteſt non inclinaſſe. Nam quod erat indifferens, certum, & conſtitutum reddidit. Quemadmodum qui ſuperiori tẽpore peccauit, ſua ille ſponte peccauit: fieri tamen iam minimè poteſt, quin peccauerit. Sed (dicunt illi) ſi hæc vera eſſent, nũquam homo eſſet liber. Nam primo temporis puncto, quo peracto licet ei quicquam ſua ſponte facere, liber non eſt: quoniam quod tũ facit, non poteſt non facere: idemque in alijs inſtantibus dicam, quæ conſequuntur: ita nunquam liberum eſſe concluditur. Sed quàm infirmis, leuibuſque argumentis rem ſibi abſurdiſsimam perſuadent! Nam quemadmodum quãuis quod ego ante præſtiti, vertere, & mutare non poſsim: liber tamen nunc ſum, quia quæ conſequuntur aliter facere valeo. Ad eundem modum liber ſum cum iſtuc facio: quoniam ſi mihi libeat, deinde non faciam. Alias nugas agunt planè ridiculas, quas recitare, & in medium proferre pudet. Maneat ergo eandem habere neceſsitatem inſtantia, quàm præterita. Quoniã quod adeſt, quodque præſens eſt, quadam ratione præteritũ eſſe dicitur: quod enim fit, factum eſt: quod mouetur, motũ eſt: quod peccatur, peccatum eſt, vt Phyſicus demonſtratione cõcludit. Illud verò quod Sotus dicit, cũ Deus re iam me adiuuat, me poſſe non agere: quî

Quid inſtans declaret.

Explicantur argumenta quibus probatur liberũ arbitrium circa res præſentes verſari.

Circa eaſdẽ res libertas, & conſilium verſantur.

Non eſt de præſentibus rebus cõſiliũ.

Quod inſtanti fit, factum eſt.

Ariſto.

Quemadmodum præterita ſic inſtantia, mutari nulla ratione poſſunt.

Cum Deus re iam me adiu uat ego non possum nō a gere.

re: quî fieri potest? Nam si me Deus in actione aliqua iuuat, igitur & ipse agit. Quid tamen agit, cum ego nihil agam? Deinde cur mihi modo in effectu Deus auxilium ferre dicetur potiùs, quàm antea, cum ego tam nihil modo agam, quàm antea? Sed quod dicit ipse in illum articulum sancti Thomæ citatum, vbi copiosiùs hanc suam sententiam exponit, est valde mirabile. Nam si petatur ab eo, vt fieri ponatur, quod ipse fieri posse dicit: ita vt me Deus adiuuet ad scribendū, & ego non scribam. Respondet ille, simul ac tollitur me scribere, tollitur etiã illud me Deum iuuare. Sed quid magis alienum ab ipsius sententia, quã id responsi? Quod vt planè, & apertè intelligatur, sit exempli gratia hæc ratiotinatio: si Deus me adiuuat, ego facio. Quæram deinde ex Soto, vera sit necne? Si dicat esse veram, vici, quod volo fieri nō posse, si me Deus re iam adiuuet fieri non posse, quin faciam: hæc enim est natura illius conditionis si vera & legitima est, vt si verum est, si homo currit, mouetur; fieri nō potest quin moueatur si currat. Verè enim (vt dialectici dicunt) ex negatione cōsequētis, sequitur in bona ratiocinatione negatio antecedētis. Sin autem dicat esse falsam; contingit ergo antecedens esse verum, & consequens falsum: Ita vt verum sit me à Deo adiuuari, falsum autem me facere, non ergo verum est illud tolli, si tollatur hoc: vt Sotus ait. Pugnat igitur secum Sotus dicens, non esse necesse me facere si me Deus adiuuet ad faciendum: & rursus affirmans hoc tolli, simul ac illud tollatur. Dicit etiam secum sanctum Thomam in explicatione tertij argumenti sentire. Ego autem dico planissimè ab eo in eadem explicatione dissentire, cuius verba subijciã: nam breuissima sunt: vt ex illis vtra vera sententia sit intelligatur. Ad tertium (ait) dicēdū, quod si Deus mouet volūtatem ad aliquid: impossibile est huic positioni, quod voluntas ad illud non moueatur, nō tamen est impossibile simpliciter. Vnde nō sequitur, quod voluntas à Deo ex necessitate moueatur. Ecce apertè, & planè quod nos dicimus, dicit primis verbis S. Thomas fieri non posse, quin ego mouear, si me Deus mouet. Idem enim illi est mouere me ad aliquid, & adiuuare me ad aliquid. Quod verò secundo loco dicit, non tamen est impossibile simpliciter: verissimum est, neque vllo pacto à nostra sententia diuersum. Aliud enim est fieri non posse simpliciter: aliud ex posito fieri nō posse. Tunc simpliciter fieri non potest, quando aliquid attribuitur subiecto, quod ei natura repugnat: aut aliquid ab eo tollitur, quod ei natura conuenit. Vt fieri nō potest simpliciter hominem esse leonem: nam leo in homine dicitur, à quo sua natura differt: fieri etiam nō potest hominem non esse animal. Nã aliquid ab homine tollitur, quod ei natura conuenit. Ex posito fieri non potest quando natura esse potest, quibusdam tamen positis non potest. Vt in hominem conuenire potest, vt nō peccet: posito tamen quod peccauit, non potest nō peccasse: ita integrum fuit voluntati ne moueretur; posito tamen Deum illam mouere, necesse est, vt moueatur. Ita solutum, & liberum voluntati fuit ne Deus illam ad agendum adiuuaret, posito tamen Deum adiuuare: quoniam vnà tum cum voluntate agit, vt voluntas agat necesse est. Quare non agere non est

Doctrina valde absurda D. à Soto.

Pugnat secū Sotus.

Dissētit à Soto S. Thomas in eodem loco quo ipse secum facere existimat.

Quid sit simpliciter fieri nō posse: quid ex posito fieri non posse.

impoſsibile ſimpliciter,ſed impoſsibile ex ſuppoſitione.Ex qua doctrina facilè ſoluitur aliud argumentum,quo vrgens incõmodo Sotus probare cõtendit,inſtans in vtrãque partem cadere poſſe. Nam ſecùs(ait) nulla inſtantis temporis enunciatio eſſet contingens: nam ſi comedit, & non poteſt non comedere, neceſſariò comedit: Si intelligat ſimpliciter eſſe neceſſariam,falſum eſt:non enim per ſe,viq́ue ſua in hominem cadit comedere. Sin autem intelligat eſſe neceſſariã ex poſitione, ita verum eſſe id Ariſt. exiſtimat,vt ex eo probet inſtantia in vtramq́ue partem cadere non poſſe. Nam res quando eſt(ait)neceſſe eſt eſſe. Sed illud argumentum Sotum, & alios vehementer conuincit:quòd libera cauſa illa definiatur eſſe, quæ poſitis omnibus requiſitis ad agendum, poſsit agere, vel non agere. Auxilium autem Dei numeratur in requiſitis ad agendum:illo igitur poſito integrum eſt voluntati, vt agat, vel non agat. Sed qui ita definiunt ſi intelligant re iam adhibitis requiſitis ad agendum, definitio eſt valde ridicula. Si verò proxima poteſtate poſita intelligãtur,ita vt quoties mihi placuerit nihil impediet quò minùs vel agã, vel non agam;vera eſt definitio: vt ſapiẽs dicitur non is ſolùm, qui ſapiẽtia vtitur:ſed is etiam cui ſapiẽtia ſuppetit, ſic vt ea quoties voluerit vtatur.

Inſtãtis temporis propoſitiones ſimpliciter non omnes ſunt neceſſariæ: ex poſitione omnes ſunt neceſſariæ.

Quomodo intelligenda ſit libere cauſæ definitio.

CAP. 6. *Futurum eſſe contingens.*

EXplicauimus eam quæſtionem, quæ nobis erat cum pijs, & Chriſtianis viris, probantes vniuerſam liberi arbitrij vim in futuro contingenti cerni. Sequitur,vt aliam quę ſtionem explicemus, quam nobis cũ impijs & perfidis aduerſarijs futuram eſſe diximus,quæ de re ea eſt; vtrùm ſit vllum futurum contingens. Luterus; negat ſic vt non ſolum hominibus, ſed etiam Deo liberũ arbitrium demere audeat. Ait enim res omnes fatali quadã neceſsitate euenire:itavt nec Dei poteſtate mutari poſsint. In qua hæreſi antea Petrus Abailardus, & Ioannes Vuicleph verſati ſunt. Nihil igitur eſt quòd Deũ obſecremus, quòd quicquàm ab eo precibus contendamus. Nihil enim nobis ipſe præſtare poſſet, ſi res aliter ab eo fieri nequeunt,quàm ſua ſponte cadunt. Fruſtrà igitur ſanctos Deum fuiſſe precatos toties ſcriptura cõmemorat. Fruſtrà Dauid dicebat, Domine Deus ſalutis meæ in die clamaui, & nocte coram te. Fruſtrà etiam illud, Voce mea ad Dominum clamaui, voce mea ad Dominum deprecatus ſum:effundo in cõſpectu eius orationẽ meã: & tribulationẽ meã ante ipſum pronũcio. & alia ſexcenta. Nugas etiam ageret Dauid cum dicit,Ad dominum cùm tribularer clamaui, & exaudiuit me: quomodo exaudiuit, ſi haud aliter ei ſubuenire poſſet, quàm ſi non clamaret? Nugæ etiam eſſent illæ, quas alio Pſalmo canit: Voce mea ad Dominum clamaui,voce mea ad Deum, & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deum exquiſiui manibus meis, & nocte contra eum, & non ſum deceptus.quomodo non deceptus, aut quid tantis precibus impetrauit;ſi fatali omnia neceſsitate fiunt? Quid igitur toties nos Chriſtus hortatur,vt petamus,vt poſtulemus,vt pulſemus,vt quæramus? Quid ad homines attinebat Chriſtum rogare,vt ſanaret infirmos,vt manus illis imponeret? Nam

Luterus Deo demit liberũ arbitriũ.

Petrus Abailardus.

Ioannes Vuicleph.

Pſalm.85.

Pſalm.141.

Ex eo quod Deum ſancti viri precantur,cognoſcitur liberũ arbitrium in Deo eſſe.

Pſalm.76.

fie-

Non eſſet Deus omnipotens ſi liberũ non haberet arbitrium.

fieret idem ex iſtorum ſententia; licet ipſi non rogarent. Non eſt iam Deus omnipotens prædicandus,& tã quàm talis admirãdus:Imo nihil amplius, quàm imbecilla formica poteſt. Non maiori conſilio ipſe mundum gubernaret, quàm ſol, luna, & ſtellæ. Nullum erit iam prodigium, nullum miraculum,atque portentũ. Cauſæ enim omnes cauſis nexæ ſunt, neceſſarioq; rem ex ſe gignunt. Quis verò tantam dedit vim loſue, vt ipſo iubente cælum conſiſteret? Quòd ſi non ſua, ſed alterius vi illud præſtitit; poterit idem quoties voluerit præſtare. Qui ſemel orbem terrarum fecit, poſſet & alium orbem ſi voluiſſet efficere: iterum & hominem ex luto facere. Res igitur aliquæ non ſunt, quæ eſſe poſſent. In libro enim ſapiẽtię de Deo dicitur. Subeſt enim tibi, quando velis poſſe. Rurſus eodem capite: ſed & his tanquàm hominibus peperciſti. Et miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos paulatim exterminarent. Nõ quia impotens eras in bello ſubijcere impios iuſtis, aut beſtijs ſæuis,aut verbo duro ſimul exterminare. Et alio loco. Non enim impoſsibilis erat omnipotens manus tua,quę creauit orbem terrarum ex materia inuiſa, immittere illis multitudinẽ vrſorum, aut audaces leones, aut noui generis ira plenas,aut ignotas beſtias, aut vaporem igneum aſpirantes, aut fumi odorem proferentes,aut horrẽdas ab oculis ſcintillas emittentes. Ex quibus locis benè colligitur multa fieri aliter à Deo poſſe, ac facta ſunt. Et Petro Chriſtus dixit; An putas quia ſi volo non poſſum rogare patrẽ meum, & exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones angelorũ: quomodo ergo implebuntur ſcripturæ prophetarum? Nefaria igitur eſt iſta Luteri, & aliorum hæreſis putantium, omnia neceſſariò contingere: nihilque in vtramque partem cadere: poteſtque eiſdem argumentis refelli,quibus liberum arbitrium eſſe probauimus. Damnatur etiã iſta ſententia in octaua Seſsione Concilij Cõ ſtantienſis 27. propoſitione.

Sap.12.

Sap.11.

Multa poſſunt à Deo aliter fieri quàm facta ſunt.

Matt.26.

Concilium Cõſtantienſe.

Sed videamus iam, quibus argumentis tam abſurdam, & nefariã ſententiam nobis aduerſarij probare moliantur. Proferunt verba illa,quę Chriſtus dixit Petro; Quomodo ergo implebuntur ſcripturæ,quia ſic oportet fieri. Quibus verbis declarari dicunt tanta neceſsitate Chriſtum ad mortem compelli, vt eam effugere,& declinare non poſſet. Atqui quo pacto talis explicatio cohærere poteſt cum verbis ijs,quæ proximè præcedunt? An putas quia non poſſum rogare patrem meum, & exhibebit mihi modò pluſquàm duodecim legiones angelorum? Quare ſic fieri oportebat, quò non inchoata,& adumbrata, ſed perfecta, & omnibus ſuis numeris abſoluta,(cuiuſmodi Dei vniuerſa opera eſſe ſolẽt) humani generis reſtitutiõ, & redẽptio eſſet: quò rectiſsimè,perfectiſsimè infinita Dei miſericordia, cũ infinita ſua iuſtitia in hominũ reconciliatione coniungeretur: quò Dei infinita potentia non minùs in mũdi reſtitutione, quàm in creatione reluceret: quò ex tãtis rebus geſtis infinitam Deus gloriam reportaret. Longũ denique ſermonem inducerem,ſi rationes omnes perſequi vellem,cur ſic fieri oportuerit. Nullæ tamen eam Deo neceſsitatem afferunt,quam aduerſarij opinantur: ſed ſicut ei,qui beneficium collocat, integrum eſt & maius, & minus facere, licet intelligat

Matt.26.

Cur oportuerit Chriſtũ pati.

Quo pacto ſe Deus in redẽptiõe geſſerit

gat maius ſe magis decere: ita ſe Deũ geſsiſſe credendum eſt in hominibus tantis beneficijs augendis; dicẽte præſertim ipſo, Nemo tollit animam meam à me, ſed ego pono eam à me ipſo: poteſtatem habeo ponendi eã, & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Quod verò dixit, quomodo implebuntur ſcripturæ? Stultum eſt vaticinijs prophetarum coactum fuiſſe concludere. Non enim quia Prophetæ dixerunt, ita factũ eſt: ſed quia ita futurum erat, Prophetæ prædixerunt. Quare ſi facere ita ipſe noluiſſet, nunquàm Prophetæ dixiſſent. At inſtant aduerſarij probantes Chriſtum mortem ſuam ſubterfugere non potuiſſe. Nam ipſe patrem precatus eſt dicens, Pater mi, ſi poſsibile eſt tranſeat à me calix iſte. Ex quo ſequitur (dicunt illi) Chriſtum dubitaſſe, an poſſet eum pater morte liberare. Sed tam improbam, & abſurdam ſententiam, Chriſtus in eiſdem precibus, vt à Marco narrãtur, refellit. Nã ita Marcus obſecraſſe teſtatur: Abba pater, omnia tibi poſsibilia ſunt: transfer calicem iſtum à me. Refellitur etiam à Paulo de precibus eiſdẽ ad Hebræos ſcribente: Qui in diebus carnis ſuæ preces, ſupplicationeſque ad eũ, qui poſſet illum ſaluum facere à morte, cum clamore valido, & lachrymis offerens &c. Ea igitur de cauſa Chriſtus dixit; Si poſsibile eſt, id eſt, ita vt nihil tua voluntas violetur, nec quod à te ſtatutum eſt infringatur: ac mox propterea ſubiecit, Veruntamẽ non ſicut ego volo, ſed ſicut tu. Quid igitur (dicet aliquis) illa ratione dicendi, Pater ſi poſsibile eſt &c. declarauit? Id oportet cognoſcere, facileque à nobis explicabitur, quod nõnullis auctoribus faceſsit negotiũ, & de quo theologi-

Nõ fuit Chriſtus coactus vaticinijs prophetarum ad ea faciẽdum quæ geſsit.

Ioan. 10.

Matt. 26.

Non dubitauit Chriſtus vtrum poſſet eũ pater morte liberare.

Marc. 14.

Hebr. 5.

Matth. locus explicatur.

Optime explicatur quid Chriſtus illa ratione dicendi declarauit pater ſi poſsibile eſt &c.

Matt. 26.

ſtæ vehementur digladiãtur. Declarauit inquàm voce id ipſum, quod antè re, cũ (vt Marcus ait) cœperit pauere, & tædere. Nam timor, & pauor fuga mali eſt natura ſua: quare ſi fieri poſſet, fugere velle, ac tantũ malum declinare videbatur. Quod idem ſignificabatur, cùm triſtitia, & anxietate afficiebatur; cum ob plagas, & vulnera dolebat, atque mœſtus erat: commouebatur enim pars animi eius ignobilior, & inferior, quæ doloribus, & anguſtijs omnibus expoſita erat. Cuius omnes motus oratione illa explicati ſunt, Pater ſi poſsibile eſt &c. Et quẽadmodum Dei erat voluntas, vt timeret, vt doleret, vt in angore, & triſtitia verſaretur: ita vt eo modo precaretur. Quibus omnibus rationibus verũ hominem eſſe, vereque malis, & incõmodis iactari præſeferebat. Motum verò ſuperioris, & nobilioris partis, quæ Deo omni ex parte obtemperare debet, explicauit oratione illa, Verum tamen non mea voluntas, ſed tua fiat. Sed nobis aduerſarij obijciunt illud Marci; Et non poterat ibi virtutem vllam facere: niſi paucos infirmos impoſitis manibus curauit: quo loco (dicunt illi) ingenuè Euangeliſta narrat, Deum non potuiſſe vlla ibi miracula edere. At non in eam ſententiam, quã ipſi nefariè intelligunt: ſed in eam accipiendum eſt; Chriſtum magna, & vehementi ratione ductum noluiſſe vlla apud affines, & cognatos ſuos miracula edere; quòd nimis eſſent incredduli. Sequitur enim; Et mirabatur propter incredulitatem eorum. Id enim non poſſe apud ſacros, & profanos auctores ſæpe ſignificat, quod magna aliqua ratione impulſi facere nolumus; vt Paulus; Ego fratres non potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi car-

Marc. 14.

Marc. 6.

Marci locus explicatur.

Nõ poſſe quid nonnũquam ſignificet.

1. Cor. 3.

Act. 4. ſi carnalibus. Et Petrus, & Ioannes; Non poſſumus, quæ vidimus, & audiuimus non loqui. Cicero etiam ad Atticum ſcribit, facere nó poſſum, vt nihil ad te dem literarum. Et alia epiſtola: Neſcire non poſſum diutiùs, quomodo ſe habeat tota res Brundu ſina. Argumentantur tamen aduerſarij: ſi Deus res aliter efficere poſſet, quàm fiunt: noui aliquid accidere aliquando videremus. At dicit Eccleſiaſtes. Quid eſt, quod fuit? ipſum, quod futurum eſt. Quid eſt quod factũ eſt? ipſum quod faciẽdum eſt. Nihil ſub ſole nouum; nec valet quiſquàm dicere, Ecce hoc recens eſt. At mimis quidem abſurdum, & inſanum eſt ex eo concludere, aliter non poſſe facere, quod aliter non facit. Præſcripſit enim Deus certas naturæ leges, quas facilè violare ſapientia ſuá dignum nó iudicauit, de quibus verba facit Eccleſiaſtes: dixerat enim, oritur ſol, & occidit &c. Atque in ijs rebus multa noua, & præter naturę ordinẽ facta ſunt, qualia fuerunt illa, quæ prodigioſè à Chriſto, & ſanctis eius geſta ſunt: Vt quòd ſol conſiſteret, quòd vſq; inimicos ſuos vlciſceretur Ioſue: quòd mortui excitarentur: quòd ægritudines deſperatæ ſanarentur: quæ, quis faciat, aliter omnia efficere potuiſſe, quàm naturæ legibus fiunt, magnum, & euidens indicium eſt. Poſſunt etiam Eccleſiaſtes verba ad hominum cõſilia, & inanes occupationes referri: quæ quoniã ab eiſdem cupiditatibus proficiſcantur, & eiſdem ſubſidijs hominum exiguis fulciantur, & eodem ferè ſemper modo fiunt, & in idem recidunt. Quæ interpretatio ex ijs, quæ ſequuntur in eodem capite, & in tota libri ſerie facilè elicitur. Ita vt nulla ſint tam callida, & benè ad rem geredam, & ſtabiliendam comparata conſilia, nulla tanta rerũ moles, cuius ſimilis, ſi ſuperiorũ tẽporũ eſſet recordatio, antè non extiterit: Id quod non inalè probabitur ex vitis paralellis Plutarchi, hiſtoriæ compoſitoris diſertiſsimi, ac diligentiſsimi, quibus eadẽ ferè Latinis & Græcis accidiſſe demonſtrat. Vt enim ſatis leuis eſt, & anguſta hominũ ſcientia, rerũq; cognitio; ita non multùm varia capiunt cõſilia, nec valde diuerſis modis actiones, & res ſuas adminiſtrãt: & ob eã re dicit Eccleſiaſtes. Nec valet quiſquàm dicere, ecce hoc recens eſt: iam enim præceſſit in ſeculis, quæ fuerunt ante nos. Sed nobis quidam, qui ſe vehementer de Aſtrologia iactant, reſiſtunt, ex illo loco Geneſeos, quo de ſtellis dicitur: Sint in ſigna, ac tempora, dies, & anni: ex quo illi concludunt, ſtellas noſtrarum actionum eſſe ſigna certiſsima; ſic vt ſecùs quàm ipſæ præſcribant, facere non poſſimus. Sed valde prolixam diſputationem, & à propoſito alienam ſuſciperem, ſi vellem aduerſus aſtrologos, quos iudiciarios vocant diſputare, & illorum ridiculas opiniones de futuris rebus inueſtigadis, præſertim quæ ex libero arbitrio pendeant, refellere: ſatis enim copioſè hoc argumentum Picus Mirandulanus vir eruditus tractauit: tantùm dicam ex ijs, quæ ſum expertus: non enim ſum facultatis huius omnino rudis. Adeò ridiculam, & ſtultam eſſe, vt viro docto, & literarum ſtudijs dedito indignum ſit vllam ijs fabulis fidem habere, aut multum in huiuſmodi ſtudio operæ cõſumere. Quod autem ſigna appellantur ſtellæ in Geneſi; ſigna quidem ſunt non rerum, quę in vtramque partem cadere poſſunt, cuiuſmodi ea ſunt, quæ in homi-

Eccleſ. 1.

Eccleſiaſt. locus declaratur.

Inanes hominũ occupationes ferè eoſdem ſemper exitus habẽt

Geneſi 1.

Ridicula eſt Aſtrologia iudiciaria.

Quomodo ſigna ſint ſtellæ.

num

num poteſtate ſunt: ſed earum, quæ ex præſcripto agunt, cuiuſmodi naturales ſunt: vt ſigna ſint commodè ſerendi, metendi, putandi, nauigandi, & aliorũ eiuſmodi. Sequitur vt aliud argumentum explicemus, quod non ſolùm aduerſarios conuincit, verùm etiam pleroſque doctiſsimos, atque adeo ſanctiſsimos viros vehementer vexauit; quod latiſsimè Cicero perſequitur in vltimo libro de natura Deorum. Videntur enim res humanæ minimè Dei cõſilio, & prouidentia: ſed fato quodam, & neceſsitate gubernari: quòd nefarij, & iniqui homines rerum potiantur, ac proſperam fortunam trahãt: ſicut Diogenes Cynicus (auctore Cicerone) dicere ſolebat: Harpalum, qui temporibus illis prædo felix habebatur, contra Deos teſtimonium dicere, quòd in illa fortuna tam diu viueret. Dionyſiusque cũ fanum Proſerpinæ expilauiſſet, nauiganſque curſu ſecundiſsimo Syracuſas, videtis ne (inquit,) amici, quàm bona à Dijs immortalibus nauigatio ſacrilegis detur! Contrà verò ſancti viri, qui vitam totam cum virtute colũt, in magnis incommodis, & ærumnis verſantur, graui paupertate opprimuntur, acerba, & iniqua fortuna iactantur: ita vt emergere, & aliquando reſpirare non poſsint. Quod argumẽtum eleganter etiam tractauit Dauid Pſalmo 72. & Abacuc cap. 1. & Ieremias cap. 13. & à Malachia ca. 3. Paucis tamen rem planè difficilẽ declarabo. Poteſt verò argumentũ hoc, vel ethicè, vel theologicè explicari. Ethicè, id eſt, ex principijs moralis philoſophiæ hactenus pro dignitate explicatum non vidi. Primùm autem rerũ humanarũ adminiſtratio, quàm hoc argumẽtum poſtulat, eſſet ridicula, & ſtulta, & planè puerilis. Nam infinitæ fierent breuiſsimo tempore, & intolerabiles rerum omnium conuerſiones, ſi deterrimus quiſque dignitatis gradu eſſet deijciendus, & optimus quiſque in eo collocandus. Quis enim æquo animo ferret, quòd homo vilis, & abiectus, quòd parùm ampliùs quàm Rex in virtute proceſsiſſet, Rege deiecto, regno donaretur. Ac rurſus ſi propter fortunarum copiam, & rerum omnium affluentiam, parum (vt fit) ab officio deſciſceret, è regno deturbatus iaceret. quid volubiliùs, aut inconſtãtiùs talibus conſilijs dici aut fingi poteſt? Deinde quid turpiùs quã virtutem vænalem conſtituere, & diuitiarum, & voluptatum & honorũ omnium conciliatricem, quæ docet ipſa contemnere. Iam verò vt propius ad rem accedamus; in magno verſantur errore, qui viros bonos, licet inopes, & omnium rerum ſubſidio deſtitutos infelices, & omni præmio ſpoliatos exiſtimãt. Nam longè maioribus bonis abundant, quàm ij, quibus omnes copiæ, & diuitiæ ſuppetunt. Virtute enim præditum eſſe, bonum longè præſtantius eſt, quàm magna rerum affluẽtia frui. Id quod Ageſilaus Rex, & imperator præſtantiſsimus auctore Plutarcho, & Xenophõte teſtatus eſt dicens, longè pluris facere quod ſe animi tẽperaret, quàm quod regna, & infinitas ex hoſtibus victorias pareret. Alexander ille Magnus nulli niſi Diogeni Cynico inuidit, adeò vt diceret, niſi Alexander eſſem, Diogenes eſſe cuperem. Iulius Cæſar dixiſſe narratur, nullã quàm ſui ipſius excellentiorẽ victoriã eſſe. Si certet igitur impius cũ viro pio, eumq; fortunis ſpoliet, ipſe tolerãtia, & patiẽtia ſua virtutis bonũ acquiret; quod pluris, quã diuitias, quas

Argumentũ difficilimũ in Dei prouidẽtiam: & eius duplex explicatio.

Iniqui res ſæpenumquam proſpere cadunt.

Sancti viri nõ unquam, in magnis incõmodis verſantur.

Dauid Pſalmo 72. Abacu. 1.

Ierem. 13. Malach. 3.

Argumẽtum in Dei prouidentiã ethicè explicatur.

Intolerabilis eſſet rerũ adminiſtratio ſi optimus quiſq; in ſummo dignitatis gradu eſſet collocandus.

Turpe eſſe vænalem virtutẽ efficere.

Viri boni licet inopes, ſe liciores ſunt probis, rebus omnibus abundãtibus

Ageſilai dictum.

Alexander inuidit Diogeni.

Iulius Cæſar.

amisit, facere debet. Non igitur deterius cũ probis, quàm cũ improbis agitur si maiora illi, quàm isti semper bona possideãt. Cõgruẽter verò vnà cũ virtute nõ opes, non gloriã cõsequũtur pij, quò virtutẽ per se ipsam, non propter alias res amare discãt. Quæ omnia quàm vera sint, qui nõ videt, qui nõ sentit, satis exiguos in virtute progressus, ac vix primis labijs virtutis excellentiã gustasse indicat. Ita igitur facilè argumẽtũ istud ethicè explicatur. Sed longe facilior theologica explicatio est. Nam vir sanctus cœlestibus bonis ditatur, ad cœlestem gloriã aspirat: quanti igitur harũ rerũ caducarum iacturã facere debet, quas cum sempiternis commutat? De qua re facundissimè disserit Paulus dicẽs, Propter quod nõ deficimus, sed licet is, qui foris est noster homo corrumpatur: tamen is, qui intus est renouatur de die in diẽ. Id enim quod in præsenti est momẽtaneum, & leue tribulationis nostræ, supra modum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis. Non contemplãtibus nobis quæ videntur, sed quæ nõ videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ non videntur, æterna sunt. Ita & Abacuc hanc propositã (capite vt diximus primo) quæstionẽ, capite secundo explicauit dicens: iustus ex fide viuit, vt in primo capite libri huius à nobis satis copiosè expositũ est. Eodem etiam modo illam explicauit Dauid Psalmo illo citato dicens, Existimabunt vt cognoscerent hoc: labor est ante me, donec intrent in sanctuarium Dei, & intelligant in nouissimis eorum, &c. Velut somnium surgentium Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorũ ad nihilũ rediges. Quid enim mihi est in cœlo? & à te quid volui super terrã? Defecit caro mea, & cor meum Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternum. Quia ecce, qui elõgant se à te peribũt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autẽ adhærere Deo bonũ est, & ponere in Deo spem meam. Ex principijs igitur ethicæ, & theologiæ concluditur, nihil nostrã sententiã argumentũ hoc, quod difficile habitum est, labefacta re: sed in ea semper manere debemus existimantes, non fato ineuitabili, ac necessitate omnia geri; sed futurum esse contingens, ac magno Dei consilio res omnes vel minutissimas administrari, sicut ipse dixit, Nonne duo passeres asse væneunt, & vnus ex eis non cadet in terram sine voluntate patris vestri. Mat. 10.

Quæ de causa non opes cum virtute consequũtur pij viri.

Theologicè explicatur argumẽtum in Dei prouidentiam.

2. Corin. 4.

Abac. 2.

CAP. 7. Non esse peccatũ quicq. à libero arbitrio nostro proficiscitur.

LIberum arbitriũ esse probauimus, & in quo versaretur ostendimus: sequitur vt de potestate eius aliqua dicamus. De qua re duo sunt non minus stulti, quàm nefarij aduersarijs errores. Luterus enim, & qui eũ sequuntur asseuerãt, quicquid à libero arbitrio nostro proficiscitur esse peccatũ, rectasq; ipsas actiones, esse peccata. Qui errores ipsi se nullo arguẽte iugulãt. Nã qui nõ potest non facere, minimè faciẽdo peccat. Cur enim leges in culpa non ponunt eos, qui coacti quidpiam contra leges faciũt? cur minimè puniunt? nisi quia non peccãt. Quare vix sani hominis esse videtur, & liberũ arbitriũ tollere, & culpã vllam, ac peccatum esse ponere: cùm sine libero arbitrio nullũ crimen, nullum flagitiũ cõstare possit. Si seruum

Luterus.

Nõ quidquid à libero proficiscitur arbitrio esse peccatum.

Sine libero arbitrio crimen nullum constare potest.

ſuũ quiſpiam quidquã facere compu liſſet, ſi erratũ, aut peccatum eſſet: nũ tam eſſet amens, & mentis impos vt non in ſe, ſed vniuerſam in ſeruũ culpam conferret? Is enim errauit, cuius in poteſtate fuit aliter agere, quàm egit. Si poſitum igitur in me non eſt mentiri, cum mentior, ſi eſt in eo pec catum, is potiùs peccat, qui ad iſtam me neceſsitatem adegit, quàm ego. Sed vide quantùm iſti impuri homines in temeritate, & impietate pro grediantur. Non dubitant concede re Deum noſtra omnia in nobis pec cata efficere. Dicit enim Melancton, tam opus proprium eſſe Dei prodi tionem Iudæ, & ſæuitiã Manlij, adul terium Dauidis: quàm cõuerſionem Pauli. Saltem ſi rem tam impiam da re non pudet, illud etiam pariter dare debent hominem haud peccare: ſi cut gladius culpa caret, quòd illo ne cetur homo: & ſcalæ, quòd aditũ ad domum latroni dent. Pugnãt ſecum igitur cum dicunt hominem nõ poſ ſe niſi peccare: imo nihil minùs po teſt, quam peccare, ſi vera eſſent quæ dicunt. Iam verò quæ maior temeri tas, & inſania; quod maius in Deum conuitium, & blaſphemia aut dici, aut excogitari poteſt, quàm infinito rum ſcelerum Deum auctorem eſſe dicere? illum inquam, qui nihil niſi ſcelus, nihil niſi flagitium abhorret, & execratur: cuius aures non claudũ tur, & ad tam impia, & nefaria verba non exhorreſcũt? Nullus homo tam improbus, tam perditus, & profliga tus fingi humana cogitatione poteſt, quàm iſti Deum Opti. Max. non fin gunt, ſed eſſe dicunt: in quem omniũ flagitiorum, quæ iam inde ab initio mundi admiſſa ſunt, culpam transfe runt: ſiquidem ore polluto, & impio audet Melancton omnia ſcelera pro pria Dei opera eſſe dicere. Propriè le gem ſuam perfringit ipſe? propriè ſua præcepta violat? propriè cõtra ſuam facit voluntatem? O ſtultitiam incre dibilem cum inaudita impietate con iunctam! Quo pacto igitur illud con ſtabit Oſeæ, Perditio tua Iſrael; tan tùm in me auxilium tuum: at omnia ſcelera iſti, atque flagitia Deo aſcri bunt. Quomodo illud explicabunt: Odit Deus impium, & impietatem eius. Abominatio eſt Domino via im pij. Abominatio Domini omnis arro gans. Cur viã impij deteſtatur Deus, ſi eius eſt proprium opus, cùm nihil oderit eorum quæ fecerit? Quî intelli getur illud quod eſt in Prouerbijs: Abominabile Domino cor prauum. Quare abominetur, quod ipſo com pellente factum eſt? Quid ſignificat il lud Iacobi: Deus neminem tentat, & illud Pauli, Non patietur vos tentari vltra id, quod poteſtis. Si deus homi nes flagitijs contaminari vult, nonne talis eius volũtas apertè pugnat cum illa, de qua Paulus Theſſalonicẽſibus ſcribit? Hæc eſt voluntas Dei, ſanctifi catio veſtra. & Timoth. Vult omnes homines ſaluos fieri. & Dauid, Quo niã non Deus volens iniquitatem tu es. Quod ſi Deus neq; peccare poteſt, neque vllo modo velle vt peccemus, cùm multa à nobis ipſe officia poſtu let, & vera ipſorũ cauſa ſit liberũ no ſtrũ arbitriũ iuuando: non igitur eſt peccatũ, quicquid libero arbitrio no ſtro geritur. Nam multis modis ipſe nos ad ſe allicit, aliàs timorẽ, aliàs amo rẽ, aliàs gaudium, aliàs ſpem, & alios motus in cordibus noſtris excitãdo, quæ nefariũ eſſet crimina eſſe putare. Vult etiã ipſe vt ſcelerũ veniã implo remus, vt petamus, vt quæramus, vt pulſe-

Melanctonis blaſphemia.

Pugnant ſecum aduerſa rij dicentes hominem nõ poſſe niſi pec care.

Hæretici Deũ omnium ſcele ratiſſimum dicere audẽt.

Deum peccati cauſam eſſe non poſſe.

Oſeæ. 5.

Prouer. 15. Prouer. 16.

Sap. 11.

Prouer. 11.

Iacob 1.

1. Cor. 10.

Theſſ. 4.

1. Tim. 2.

Pſalm. 5.

pulſemus: nō ſunt igitur iſta crimina. De beato etiam Iob dicitur, In omnibus his non peccauit Iob. Quid? cur ipſe tot leges fert, toties præcipit ne peccemus, ſi non poſſumus nō peccare? Dixit Chriſtus paralytico, Ecce ſanus factus es, noli ampliùs peccare, ne deteriùs tibi aliquid cōtingat. Et Paulus monet omnes; Euigilate iuſti, & nolite peccare. Et alio loco cum Dauide, Iraſcimini, & nolite peccare. Et Ioannes; Hęc ſcribo vobis vt non peccetis. Quare ſapientiſsimè ſancta Synodus Tridētina Seſsione ſexta hoc fecit decretum. Siquis dixerit non eſſe in poteſtate hominis vias ſuas malas facere; ſed quod mala opera, ita vt bona, Deus operetur non permiſsiuè ſolùm, ſed etiam propriè, & per ſe: adeò vt ſit eius proprium opus non minus proditio Iudæ, quàm vocatio Pauli, Anathema ſit.

Præcipit ſæpe Deus ne peccemus.

Ioan. 5.

1. Corin. 15

Ephe. 4.

Pſal. 4.

Ioan. 2. 1.

Concilium Tridentinum.

Iam aduerſariorum argumēta tractemus. Siquis in me non māſerit (ait Luterus) mittetur foras ſicut palmes, & areſcet, & colligēt eum, & in ignē mittent, & ardet. Verba Chriſti hæc eſſe cognoſcimus: ſed quid ex illis Luterus confici velit, niſi exponat ipſe, nullum mortalem intelligere poſſe puto. Cōcludi dicit, hominem à Deo ſemel alienatum, in Dei gratiam redire non poſſe: idq; in eo tantùm ſitum eſſe, vt deterior indies fiat. At nonne Petrus Apoſtolus vehemēter gratiam Dei exulcerauit? Non ne exaruit omnino ſicut palmes? Idē de Dauide dicam, de Paulo Apoſtolo, deq; multis alijs, qui progreſsi æta te noſtram religionem profeſsi ſunt. Valuit igitur in his omnibus liberū arbitrium non ſolùm ad peccādum; ſed etiam ad gratiam Dei conciliandam. Chriſtus verò nos illa ſimilitudine docet ſe fontem eſſe gratiæ, & reconciliationis cum Deo; ab ipſoque nos habere vim ferendi fructus, quibus ad vitam alamur æternam: ita vt qui eius violauerit amicitiā, areſcet, ſicut palmes à vite diſſectus; nullumque feret omnino fructum, quam diu ipſum infenſum habuerit: ſed indies labetur in deterius, quòuſque ad inferos præceps ruat. Quod idē ipſe proximè declarauerat dicens, Manete in me, & ego in vobis: ſicut palmes non poteſt ferre fructum à ſemetipſo, niſi manſerit in vite: ſic nec vos, niſi in me manſeritis. Ego ſum vitis, vos palmites: qui manet in me, & ego in eo, hic fert fructum multum: quia ſine me nihil poteſtis facere. Patet tamen quā diu vita ſuppetat ad eum aditus, ſicut patuit Dauidi, Petro, & Paulo, & multis alijs. Obijcit deinde Luterus illud Geneſeōs ſexto, & octauo; Videns autem Dominus quod multa malitia hominum eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum omni tempore. Si omni tempore (inquit ille) cūcta hominis cogitatio de malo eſt: quādo boni aliquid cogitabit, vt ſe præparet ad Dei gratiā ineundam? Ad hebræaq; verba nos allegat, quibus magis ille nos vrgeri putat, quæ reddēda ita eſſe dicit. Quicquid cupit, & cogitat cor hominis, ſolummodò malū eſt omni die. In qua verſione eſt illa excipiēs coniunctio tantùm, & verbum cupit, quæ à noſtro ſunt interprete prætermiſſa: quibus verbis cupidinem homini natura inſitam ſignificari putat, quę noſtras omnes actiones (vt ille dicit) contaminat. Primùm neque verba Hebræa, neque, quam locus habeat ſententiā Luterus intelligit: Deinde loca duo longè diuerſa, ſexti, & octaui capitis

Ioannis locus exponitur.

Chriſtum eſſe fontē gratiæ, & reconciliationis cum Deo.

Luterus.

Gene. 6.

Locus Geneſeos accurate exponitur.

eadem eſſe ſtultè opinatur. Quod verò noſtrum culpat interprete, quod cupit, nõ reddidit. Cur verteret quod in Hebræo non erat? Nam יֵצֶר iezer quod ille transfert, cupit; non niſi opus, & figmentum declarat à verbo יָצַר quod informare ſignificat, locuſque ita ad verbum aptè reddetur; quicquid ſuæ mentis cogitatione totos dies fingebat tãtùm malum erat. Nam cor, pro mente, hebraiſmus eſt. Sicut illud Pſalmi, Qui cogitauerunt iniquitates in corde. Et Prouerbiorũ, Cor machinãs cogitationes peſsimas & illud Pauli licet ſcripſerit Græcè; Corde creditur ad iuſtitiam. Quod verò de vniuerſorum hominum natura dici putat verba illa; non caret ſtultitia. Nam in capite illo exponit Moyſes cauſas, cur Deus omnes ferè illius ætatis homines aquis obruerit diluuij. Ait enim, Videntes filij Dei filias hominum, quòd eſſent pulchræ. &c. adiũgitq; deinde; Videns autem Dominus, quod multa malitia hominis eſſet in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malum, pœnituit eum, &c. Quare de hominibus ijs, quos Deus extinxit, propriè, germanèq; locus intelligitur. Idcircoq; nomen figmentum verbo præteriti imperfecti conuertimus; & addimus erat, vt latina eſſet locutio. Ex quo planum etiam eſt, non cupiditates, & perturbationes, quas habent omnes homines natura inſitas, hoc loco (vt Luterus opinatur) ſignificari. Nam ſi in cauſis numerarentur iſtæ euerſionis hominum: eadem etiam de cauſa Noe cum filijs eius euerteret. Non enim his humanis cupiditatibus vacabant. Quare ſumma flagitia, atq; ſcelera declarantur, quæ ſemper animo illius temporis homines cogitabant, quibus Noe cum filijs carebat. In capite verò octauo has cupiditates hominibus natura inſitas fateor ſignificari: ſed nõ eandem habet hic, quam ille (vt Luterus ſomniat) ſententiam: ſed aliam longè diuerſam: quod ex alijs verbis, & ex alio ſermonis contextu facilè intelligitur. Sic in octauo capite ad verbum in Hebræo dicitur. Quoniam figmentum humanæ mentis malum eſt à pueritia ſua. Sunt igitur alia verba: quoniã prioſi loco vniuerſum figmentum dicitur: hic deeſt vniuerſum, & aliquod intelligi poteſt. Illic eſt omni tempore; hic verò abeſt. Illic eſt tantum: hic vero non. Cùm igitur tribus verbis, quæ longè mutant naturam enunciationis, hæ differant locutiones, diuerſas habere ſententias exiſtimandæ ſunt: animadueríoneq; dignum eſt quomodo de ijs cupiditatibus, quæ nobis naturã inſunt, Deus loquatur. Non ſemper enim, ſed aliquando inſtant, atq; vrgent: contextus etiã diuerſam ſententiã oſtẽdit. Nam illic verba illa dicta ſunt, quò mortales accuſaret, ſupplicioq; dignos ſignificaret: hic verò vt excuſet, & noxæ eximat, veniaque dignos demonſtret. Nã dicitur, Nequa quã maledicã terræ propter hominẽ. Senſus enim & cogitatio humani cordis in malum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua. Non igitur vltra percutiam omnem animam viuẽtem ſicut feci. Hinc etiam perſpici poteſt, quãtùm differat inter Dei, & Luteri ſententiam. Nam Deus has naturales cupiditates hominum ſcelera excuſare dicit: contrà verò Luterus honeſtiſsimas actiones contaminare. Quocirca eodem ipſe loco cõuincitur, quo nos arguebat. Sed Luterus nobis reſiſtit ex eo, quod illo ſexto capite Geneſis dici-

Pſal. 136.

Prouer. 6. *Cor pro mente hebraiſmus.*

Cupiditates naturæ inſitæ cauſæ no fuerunt diluuij.

Luterus.

ſis dicitur. Non permanebit ſpiritus meus in homine;quia caro eſt. Verũtamen iſta verba cauſam declarant, cur homines Deus voluerit euertere. Quare non ad vniuerſum hominum genus,ſed ad illius ætatis homines referenda ſunt. Eoſque modò nomine carnis ſignificat, qui nefarijs cupiditatibus indulgent. Nam ſi naturales cupiditates ſignificaret, Noe (vt diximus) & filios eius perderet. Argumentatur etiam ex illo Eſaiæ; Suſcepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis ſuis. Non (inquit) pro officijs; quia nulla ſunt. Et ex eo quod ſtatim ſequitur;omnis caro fœnum, & omnis gloria eius vt flos fœni. Carnem interpretatur ille liberũ arbitrium, & quicquid hominis eſt. florem officia omnia,de quibus poſſet gloriari. At hoc loco tantùm propheta docet Chriſtum ſeruatorẽ noſtrum venturum non propter merita, & officia noſtra, cùm nulla ſint, quæ valeant ad tantum beneficium promerẽdum: quin potiùs niſi actiones ille noſtras aduentu, meritiſque ſuis ornaret,quaſi pannus eſſent menſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, vt ipſemet Eſaias teſtatur. Propter igitur bonitatem, & clementiam ſuam nobis aduentu ſuo quicquid opus erat, copioſiſsimè præſtitit. Ita enim explicari debet verbum illud duplicia; ſicut illud Zachariæ. Hodie quoque annuncians duplicia reddam tibi. & illud Ieremię, Duplici contritione contere eos,id eſt valenti,& perfecta contritione. Cumulatiſsimam ergo gratiam recepimus pro pœnis omnibus, quibus eramus pro peccatis, noſtris obnoxij. Nã חַטָּאת hata, & peccatum, & peccati pœnam hebræis ſignificat. Quare ſummopere clementia Dei commendatur, qui beneficia cõtulit pro ſupplicijs. Quod planiùs ab ipſomet Eſaia explicatur cùm ita capite primo vaticinatur. Principes tui infideles,ſocij furum, omnes diligunt munera, ſequuntur retributiones. Pupillo non iudicant: & cauſa viduæ non ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituum fortis Iſrael, Heu conſolabor ſuper hoſtibus meis, & vindicabor de inimicis meis. Cùm hæc expoſuiſſet magna deinde ſupplicia expoſiturus videbatur: at è cõtrario, vt planior Dei miſericordia fieret; immenſa in populum narrat beneficia per Chriſtũ collata. Et conuertam (ait) manum meã ad te, & excoquam ad purum ſcoriã tuam, & auferam omne ſtannum tuum. Et reſtituã iudices tuos, vt fuerunt priùs, & conſiliarios tuos, vt antiquitùs: poſt hæc vocaberis ciuitas iuſti, vrbs fidelis, &c. Ita cùm Deus Chriſtũ ad nos mittere decreuiſſet, nullis hominum meritis ad tantum beneficium præſtandũ adductus eſt. Imo propter peccatores venit, ſicut Paulus ait, Commendat charitatem ſuam Deus, quod cum adhuc inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis paſſus eſt. Eius tamen poſita morte, qua nos mortuos ad vitam reuocauit, ipſius ope in nobis ſitum eſt multa officij munera exequi, ac filios denique Dei fieri. Deinde cum additur in Eſaia, Omnis caro fœnum, & omnis gloria eius vt flos fœni. Ideſt, ſi ad Chriſti aduentum omnia eius officia referantur, nullius omnino momenti ſunt ad tantum beneficium promerendum. Eſt enim in Hebræo pro gloria חַסְדּוֹ heced quod pietatis munus ſignificat, de quo poſſunt homines gloriari. Itaque aliud eſt cum

Eſa.40.

Eſaia locus accurate declaratur.

Chriſtus non venit propter merita noſtra.

Zach.9.

Iere.17.

Duplex quid ſignificet non nunquam in ſcriptura.

Eſai.1.

Rom.5.

Ioan.1.

Officia noſtra aut cum Chriſti aduẽtu, aut cum æterna felicitate comparantur.

Pſal. 17.

Luterus.

Prouer. 16.

Prouerbiorũ locus explicatur.

Iniquus etiã volens nolens Deo ſeruit.

Eſai. 11.

Iniqui Dei ſupplicia expromunt.

Per iniquos Deus res geſſit præclariſſimas.

Chriſti aduentu; aliud eſt cum perpetua felicitate officia noſtra comparare. Si cum Chriſti aduentu, vt comparat Eſaias, comparentur; ſunt quaſi pannus mẽſtruatæ vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: ſin autem cum perpetua felicitate, dicit de illis Dauid, Reddet mihi dominus ſecundum iuſtitiã meã, & ſecundum puritatem manuũ mearum retribuet mihi. & Tu reddes vnicuique ſecundum opera ſua. Quare Luterus deſipere videtur, cum ex illo Eſaiæ loco concludit, nihil in nobis ſitum eſſe, niſi peccatum. Incipit tamen furere Luterus, audet Deo cõuitium facere; probare contendit nefandam illam blaſphemiam, & execratiõnẽ; opera mala in impijs Deus operatur: quòd Sapiens dicat in Prouerbijs: Omnia propter ſeipſum operatus eſt Dominus, etiam impium in diem malũ. Sed locus hic docet abeſſe tantùm vt quidquam Dei voluntati poſsit repugnare, vt omnia pareant, & ſeruiant ei: atque adeo iniquus homo, qui ei maximè infeſtus eſſe videtur. Nam vtitur eo in die malo, ideſt, cum probos, vel improbos viros punire decreuerit. Vocat enim Aſur ipſe virgam furoris ſui: ſiquidẽ impij Dei ſupplicia expromunt: quæ Dæmonis partes ſunt: ſicut temporibus his per Turcas, Luteranos, & alios aduerſarios noſtros noſtrorũ criminum pœnas ab Eccleſia Dei perſequitur. Res etiam præclariſsimas, ſi ſuperiorum temporum memoriam repetamus, Deus geſsit per impios, vt mundi redemptionem, Martyrum, & aliorum præſtantiſsimorum virorum coronas. Voluit itaq; Deus euerſionem primam, & ſecundam Ieruſalem; voluit Chriſti, Martyrum cædes, & cruciatus indignos: voluit piorum hominum acerbas calamitates, & graues ærumnas: deteſtatur tamẽ crudelitatem Aſſyriorum, qui Ieruſalem vaſtarunt: deteſtatur odium, & inuidiam Iudæorum, qui Chriſtum in crucem egerunt: deteſtatur ſæuitiam, & immanitatem iniquorum hominum, qui ſanctos viros indignis modis tractarunt. Alia enim de cauſa Deus, & alia de cauſa improbus bonis viris calamitates affert. Deus, vt ſcelera puniat, vel vt ad pietatem exerceat: quod patris officium eſt. Improbus homo vt perdat, vt damnum inferat, ſeque iure vel iniuria vlciſcatur, odioque non ſcelerum, ſed perſonarum æſtuat. Quam eius peruerſam voluntatem tantùm abeſt vt in eo Deus excitet, & efficiat; vt aſpernetur, abhorreat, & vehemẽter deteſtetur. Id quod optimè per Zachariam declarat dicens, Ira magna ego iraſcor ſuper gentes opulentas, quia ego iratus ſum parùm; ipſæ verò adiuuerunt in malum. Parùm Deus iraſcitur: quòd non mali, ſed boni cauſa puniat. At gentes iniquæ ſunt, in magnoq; apud Deum odio, quòd nihil boni ſpectantes tot damnis Iudæos affecerunt, tot detrimenta eorum vrbi, & regno importârunt: Hinc etiam intelligitur, quòd nobis Luterus, & Melancton opponunt. Quod inquam, Deus Pharaoni dixit, In hoc ipſum excitaui te, vt oſtendam virtutem meam in te, hoc eſt, eò patienter te tamdiu feró, quò portentis, atque miraculis, quæ propter tuam pertinaciam edam, vberrimos gloriæ fructus percipiã. Quod verò Deum dixiſſe aduerſarij obijciunt, Ego indurabo cor Pharaonis: & Paulum, Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant, quæ non conue-

Alia de cauſa Deus, alia de cauſa improbi bonos affligunt.

Zach. 1.

Cur Deus parùm iraſci dicatur.

Luterus & Melancton.

Exod. 9.

Exodi locus declaratur.

Rom. 1.

conueniunt. Et alio loco, Quem vult indurat, & cuius vult miseretur: animaduersione quidem dignum est, quod neminem nostrorum auctorum obseruasse vidi: quapropter vehementer his locis implicantur: Aliud (inquam) esse peccatum, aliud quę peccatum sequuntur. Peccatum vt Sanctus Augustinus definit, est dictum, factum, vel concupitum cõtra legem Dei. Si verò peccatum admittere consueſcat homo, habitus natura in anima gignitur, quem longa consuetudine confirmatum, sequitur vt ad officij præcepta, ad consilia, ad plagas, & verbera obdurescat animus, rudissimusque fiat, & omnem ferè humanitatem exuat. Ex quo fit, vt omnis rerum gerendarum prudentia cõsopita iaceat, & omnis virtutis industria torpens obstupescat. Nam cùm omnis cura in peccãdo ponatur, omnis rectè faciendi scientia, & memoria deponitur. Quæ cæcitas quędam horrenda, & misera torpedo est: ita vt homo non possit, aut certè ægrè possit cernere quid sibi maximè expediat, quidq; optimũ factu sit. Hæc nõ peccata, sed peccatorum sunt, & scelerũ consequentia, & effecta: quæ nõ tam hominis voluntate, quàm ipsa natura fiunt. Nam vel inuito, & renuente impio huiusmodi habitus, huiusmodi torpor, atque cæcitas in animo consequitur. Habitus verò cum sit animi qualitas, à natura est, sicut & reliquæ qualitates omnes. Quare sunt istę quasi quædam scelerum pœnæ à natura institutę. Ex quo fit, vt homo velit peccare: quippe qui sciens, & prudens legem Dei violat. Nemo tamen tam est insipiẽs, tam suæ inimicus naturæ, qui velit hunc pessimum habitum in sensu suo implicatum insidere: qui velit tam immani qualitate imbui, obdurescere, omni carere prudẽtia, cæcum, & planè stipitem ad officij munera fieri: Imo si fieri posset, vellet iniquus ista non consequi, sed eodem animo, eadem prudentia, qua antea esse. Sed natura secus constitutum est, quę has pœnas (vt diximus) ab improbis sumit. Quod autem natura cõstat, à Deo est, qui est auctor naturæ. Quare facile intelligi licet has pœnas, sicut & alias Deum ab impijs expetere; ita vt sicut natura propriè obdurescit, & callum obducit animo consuetudo diuturna peccãdi: Ita & propriè id Dei volũtate fit. Talis enim immanitas non est peccatum, sed pœna peccati potiùs. Ex quo fit, vt peccatũ quoties quis voluerit, possit abijcere: hic verò mentis stupor, qui est habitus, & species intemperati, vt Arist. loquitur, non ita facilè excutitur: imo Aristoteles, qui naturalem modò medicinam nouit, dicit esse insanabilem. Quare Dauid non scelus, atque crimen, sed pœnam, atque supplicium omnium maximum deprecatur dicens, Obscurentur oculi eorum ne videant. Verè etiam & propriè locutus est Paulus cùm de profligatis philosophis dixit. Tradidit illos Deus in reprobum sensum, id est, mentis oculis à Deo priuati sunt, ne quæ facere oportebat viderent. Rectèque Deus per Esaiam dixit, Excæca cor populi huius. Et in Exodo: Ego indurabo cor pharaonis, & id genus alia, quæ in scriptura sunt. Tamen hinc consequens non est (vt impiè Luterus existimat) Deum esse peccati auctorem, sed pœnarũ peccati potiùs. Ex his etiam planum fit illud Pauli, Ergo cui vult miseretur, & quem vult indurat. Nam de prima cum Deo reconciliatione lo-

Cur Deus quosdã indurare dicatur optimè exponitur.

Quid sit peccatum.

Quid sequatur peccatũ longa consuetudine firmatum.

Quo pacto peccator rudis officij fiat.

Peccandi habitus, & mẽtis cæcitas nõ sunt peccata sed peccati, pœna.

Quod naturã constat à Deo est.

Quo pacto Deus proprie induret & sit causa cæcitatis.

Aristoteles 7. eth. cap. 7. & 8.

Psal. locus optime exponitur. Psalm. 68.

Multa scripturæ difficilia loca optime exponuntur. Rom. 2. Esai. 6. Exod. 4.

Deus est pœnarũ nõ peccati auctor. Rom. 9.

quitur,quæ nullo noſtro merito con ſtat:quare Dei ſummæ liberalitati, ac benignitati accepta referenda eſt. Quemvult etiam indurat:quia quem vult,pœna torpedinis, & cæcitatis afficit maxima.Id tamen non ſine ratione, & ſummo conſilio vult. Propter peccantis enim ſcelus huiuſmodi ſupplicium ſumit: & ex Pharaonis ſupplicio id Paulus concludit, in quo magno eius crimine tam acerbũ ſupplicium ſtatutum eſt. Quamobrem nefandum, & ſacrilegum habeatur, Deum eſſe peccati auctorem putare. Sed inſtant, & vrgent aduerſarij, & probare contẽdunt;nihil nos niſi peccare poſſe:quòd dicat Paulus,Eramus & natura nos filij iræ, ſicut & cæteri. Atqui ſi duos vel tres verſus amplius recitaſſent, hoc eodem loco ſtultitiæ ſuæ conuincentur. Mox enim ſequitur;Deus autem qui diues eſt in miſericordia,propter nimiam charitatem ſuam dilexit nos: & cũ eſſemus mortui peccatis,cõuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Poſſumus igitur iam per Chriſtum in vitã reuocati aliquid officij prẽſtare;quod vt faciamus ipſe nos admonet Paulus capite quarto eiuſdem epiſtolæ:Obſecro vos (ait) ego vinctus in Domino,vt dignè ambuletis vocatiõe, qua vocati eſtis cum omni humilitate, & manſuetudine,cum patientia ſupportantes inuicem in charitate.Poteſt igitur homo vitam cum virtute colere. Tum ex eo quod eſſemus natura filij iræ,tantùm ſequitur,quod natura deprimebamur ad perpetuum ſupplicium: Minimè verò ſequitur fore, quicquid ageremus,ſupplicio dignũ. Nam Daniel magnam Nabuchodonoſor Dei iram impendere nuncians admonuit eum, vt peccata ſua eleemoſynis redimeret, & iniquitates ſuas miſericordijs in pauperes.Quod non admoneret,ſi quidquid facit iniquus homo eſt peccatum. Nam magis iram Dei concitaret in ſe. Nihil præterea moliatur iniquus homo,nihil tentet, quo Dei clementiam ſibi cõciliet; nulla officij munera exequatur,nihil eum admoneamus, ſi quicquid agit crimen eſt. Non reuocet in memoriam quot impios apud inferos cruciatus, quot tormẽta maneãt, vt hoc propoſito metu reſipiſcat; ſi quicquid aggreditur, quicquid molitur crimen eſt.Sed audet dicere Melãchton in Apologia ſua,& Buzerus in libro de controuerſijs componendis; eſſe timores illos peccata antequàm eos per fidem vincamus.Excitari non debent igitur ne peccati auctores ſimus. Peccant igitur qui excitant illos in concionibus:peccauit Ioannes Baptiſta,cùm diceret, Quis docuit vos fugere à ventura ira. Paulus etiam de iudicio,& inferno diſſerens. Quæ tanta incommoda, & abſurda quia non ſanorum hominum,ſed inſanorum potiùs,conſilio,ac mente deſtitutorum ſunt,maneat apud animos noſtros,fixumque ſit: & liberum arbitrium eſſe,& quicquid ab eo proficiſcitur nõ eſſe peccatum: cum hauſerit ex natura,homorationem rectam,qua admonente,atque illuſtrante,poteſt nonnihil boni præſtare.

Ephes.21.

Ephes.4.

Quid eſt natura eſſe filios iræ.

Nõ quidquid iniquus homo facit eſt peccatum.

Melan Ecton. Buzerus.

Tormentorũ timores non eſſe peccata antequã eos fide vincamus.

CAP. 8. *Rectas actiones non eſſe peccata.*

DE toto actionum genere, quæ à libero arbitrio noſtro geruntur, diſputauimus. Sequitur, vt de rectis eius actionibus verba faciamus. In

In qua re alterum,& longè magis ſtultum aduerſariorum errorem eſſe diximus, rectas ſcilicet omnes actiones eſſe peccata. Quæ ſententia licet magnã ipſa præſe ſtultitiam ferat: nam ſi recta actio eſt, non eſt iniqua: non enim contraria in eandem rem ſimul conueniunt. Item ſi quicquid à libero arbitrio fit eſt peccatum, vt aduerſarij ſomniant, nulla igitur actio recta ab eo proficiſcetur. Qua re nulla reliqua eſt actio recta, quæ peccatum ſit: nugas igitur aduerſarij agunt, cùm pronunciant actionem rectam peccatum eſſe. Alia tamen aggrediemur via errorem iſtum inſanum conuincere. Et ex aduerſarijs quæram, an parentes colere, indigentibus ſubuenire, patriam defendere, ius populis dicere, & veram Dei doctrinam exponere, & id genus alia, bona ſint natura ſua; an iniqua? Si iniqua dicãt; Chriſtus ergo verus Deus cùm doceret, cũ ægrotos ſanaret, cùm plagas, & verbera ſuſtineret, peccabat. Illud enim iniquum ſua natura eſt, quod non poteſt ad bonũ finẽ qui proximus ſit referri: quoniã incluſum prius, & implicatum ſecum habet inhoneſtum, & quod eſt contra legem, & ęquitatem; vt hominem innocẽtem necare, adulterari, mentiri, & huiuſmodi alia, quę ſi vel ipſe Chriſtus faceret, peccaret. Sin autem bona, & honeſta ſua natura eſſe dent: tantùm ergo corrumpi poſſunt, ſi mala de cauſa, & iniquo animo fiant. At ſi parentes ego colo non alia de cauſa, niſi quia de me optimè meriti ſunt: vel quia Deus ſic fieri præcepit: enarro Dei euangelium vt illi placeam, & alijs vtilitatem afferã: cur id erit iniquum? cur ab aduerſarijs improbabitur? Quia non (fortaſſe dicent) omni attentione, & perfecta in Deum charitate fiant. At ſi in hac re peccatum eſſe dicerent, quod aliquid deeſt: ego quidem nõ multũ reſiſterẽ. At ipſi peccatũ appellãt, nõ in quo nullus gradus perfectiõis deeſt, ſed quod Deum offendit, quod verè crimen eſt. Sed quare illum, quod verè bonum eſt offendet, licet omnino perfectum non ſit? Nam res eæ, quæ acceſsionem, & imminutionem accipiunt, licet gradum perfectiſsimum non attingant, ſuam tamen ſeruãt naturam. Candidum enim eſt, quod çãdidius eſſe poteſt: calidum etiã, quod calidius. Niſi perfricent illi frontem, dicereq; audeant ignem non eſſe calidũ, & niuem non eſſe cãdidam; quod nix, niue candidior ſit; & ignis, igni calidior. Eodem modo erit honeſta actio, ſi honeſti naturam ſeruet, id eſt, ſi legi Dei, & naturæ conſentanea ſit, nec ad iniquum finem relata, licet honeſtior eſſe poſsit: ſecùs enim actiones honeſtæ non ſuſciperent illud magis atque minus. Nam niſi perfectiſsima ſit, honeſta, aduerſariorum iudicio, non erit actio. Ex quo fieret, vt neque ipſi beati, honeſti quidquàm facere valuerint; quòd illam Dei perfectiſsimam bonitatem non aſſequuntur. Chriſtus etiam quod nos argumentamur apertè confirmat dicens; Lucerna corporis tui eſt oculus tuus: ſi oculus tuus ſimplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit: ſi autem oculus tuus fuerit nequam, totũ corpus tuum tenebroſum erit. Oculum Chriſtus vocat animum, finemque propoſitum, quem opus vel honeſtare, ſi ſimplex fuerit; vel dehoneſtare dicit, ſi fuerit nequã. Sed ego poſſum opus ad bonum finẽ referre: poſſum igitur auctore Chriſto aliquid honeſti agere. Paulus etiam apertiſsimè aliquod

Præſe magnã ſtultitiã ferat rectas actiones peccata eſſe putare.

Quid ſit iniquum natura ſua.

Duplex peccatum.

Quæ res ſuã ſeruent naturam licet gradum perfectiſsimum non attingant.

Matt. 6.

Oculũ Chriſtus vocat animum.

quod hominis opus peccatū non eſſe
1.Cor.7. declarat: Si nupſerit virgo (ait) nō pec
cat. Iam verò multæ ſanctorū virorū
Multæ ſanctorum virorum actiones diuinis oraculis commendantur. actiones ſacris oraculis commendan
tur, ſummiſq; laudibus celebrantur.
Quòd Abrahã Deo crediderit: quòd
filium ſuũ Deo iubẽte mactare volue
rit: res etiã à Phinees geſta laudatur:
quòd Salomō tẽplũ ędificauerit pro-
batur: Ezechias, & Ioſias quòd abſtu
lerint excelſa, quod templum mũda
uerint. Sed fortè non verebuntur ad=
uerſarij dicere, has actiones, & hone-
ſtas quidem, & malas eſſe. Sed nonne
Eſai.5. in hos vociferatur Eſaias dicens? Væ
qui dicitis bonum malum, & malum
bonum. Quę maior enim inſania, quę
maior confuſio, atque peruerſio, quã
In diſtinctione æqui & iniqui vniuerſa ferè doctrina ſacra & morũ ſcientia verſatur. res tam diſsidentes, & repugnãtes cō
iungere, in quarum diſtinctione vni-
uerſa ſacroſancta ſcriptura, & ethicæ
philoſophiæ doctrina verſatur? Quæ
participatio iuſtitiæ cum iniquitate?
2.Cor.6. & 7. quæ ſocietas luci ad tenebras? quæ cō
uentio Chriſti ad Belial? vt Paulus ait.
Iniquis factis honeſta præmia non proponuntur. Quid? iniquis factis nulla debent eſſe
honeſta præmia propoſita; neque eis
bona gratia natura ſua referenda eſt;
at officijs ſunt à Deo præmia propoſi
ta. Stultum igitur eſt ea peccata eſſe
putare. Eliphaz enim Themanites
Iob.22. Iob dixit. Si reuerſus fueris ad om-
nipotentem, ædificaberis, & longè fa
cies iniquitatem à tabernaculo tuo:
dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice
torrentes aureos, eritque omnipotēs
contra hoſtes tuos, & argentum coa-
ceruabitur tibi. Tunc ſuper omnipo-
tentem delicijs affluēs, & eleuabis ad
Deum faciem tuam. Rogabis eum, &
exaudiet te, & vota tua reddes. Decer
nes rem, & veniet tibi, & in vijs tuis
ſplendebit lumen. An hæc in eum cō
uenirent, qui ad Deum reuertitur, vt
ait Eliphaz, qui reſipiſcit, & ad frugem
ſe corrigit; ſi hæc facere peccatum eſ
ſet? Eſaias itẽ pollicetur eos mũdos, ni
tidos, & ab omni turpitudine vacuos
futuros, qui officij munera præſtite-
rint. Non igitur eſt ea præſtare crimẽ,
alioqui multò magis contaminarentur. Ait autem Eſaias; Quieſcite agere Eſai.1.
peruerſè, diſcite benefacere, quærite
iudicium, ſubuenite oppreſſo, iudica-
te pupillo, defendite viduam; & veni-
te, & arguite me; dicit Dominus. Si fue
rint peccata veſtra, vt coccinũ, quaſi
nix dealbabũtur: ſi fuerint rubra qua
ſi vermiculus, velut lana alba erunt.
Quid? quis nō ægrè fert, aut pijs Chri *Quæſequũtur incommodaſi honeſtæ actiones peccata ſint.*
ſtianis auribus non indigna iudicat, il
la verba? peccabant Euangeliſtę Euan
gelium ſcribendo; peccabant Apoſto
li Chriſtum prædicando; peccabant
in his rebus adminiſtrandis, ex qui-
bus infinitam ſibi laudem compara-
bant, peccabat ſacroſancta Virgo, pec
cabat cum Deum lactaret, in manibus haberet, foueret, amplexaretur.
Multos denique viros ſanctos ſcriptu
ra laudibus in cælum tollit, vt eſt vide
re à capite quadrageſimo quarto Ec-
cleſiaſtici vſque ad finem. Cur rogo
tantopere prædicantur; ſi nihil boni,
nihil honeſti fecerunt, cum ex factis
ſuis res vnaquæque commendetur?
Lutherus. Tam ſtultam tamen ſententiam Lu-
terus his rationibus perſuadere cona-
tur. Primùm quod Eſaias dicat. Facti Eſai.64.
ſumus vt immũdi omnes nos, & qua-
ſi pannus menſtruatæ vniuerſæ iuſti-
tiæ noſtræ. Ecce iuſtitias, (ait ille,) de
quibus gloriamur, quas bonas, & ho-
neſtas prædicamus, Eſaias immundas,
impuras, & denique tanquàm pannũ
menſtruatæ contaminatas appellat.
Qui locus meritò à noſtris auctori-
bus difficilimus habitus eſt: plus quã

duo-

Locus difficilis Esaiæ accuratè declaratur.

duodecim eius explicationes legi, sed in quibus parùm animus acquiescat, & aliquid facilius desideret: Planam tamen, & germanam eius expositionem me allaturum spero ijs, qui nos animi candore audire voluerint. Ac primum dum nos locum hunc explanamus, qui ab aduersarijs stare videtur; ab illis petamus, vt se illa eiusdem capitis sententia, quę proximè præcesserat, expediant: quæ apertè, & palàm illos oppugnat. Occurristi lætanti, & facienti iustitiam. Est igitur aliquis qui veram iustitiam faciat; alioqui nó ea tantùm delectaretur Deus; vt eam facienti veniret obuiam, vt Propheta dicit, id est, eius preces audiret, & optatis responderet. Deinde vt ad locũ nobis propositum explanandum accedamus; animaduertere oportet, in eo capite Esaiam in magna reipub. suę calamitate, & graui rerum desperatione obnixè Dei opem, & auxilium implorare. Nam dixerat in penultimo, & vltimo versu superioris capitis, cũ quo Hebræi initium huius capitis cõiungunt: Quasi nihilum possederunt populum sanctum tuum: hostes nostri conculcauerunt sanctificationem nostrã: facti sumus quasi in principio cùm non dominareris nostri, neque inuocaretur nomen tuum super nos. Mox sequitur in principio capitis huius. Vtinam dirumperes cœlos, & descenderes: idest, nobis subsidio venires. Quamuis autem Propheta cognoscat populũ suum à Deo propter scelera puniri; ad ipsius tamen punientis, & irati misericordiam, & clementiam cõfugit, per quam plurimi sunt conseruati, & malis grauissimis liberati. Quam vt magis commoueat, calamitates suas amplificat ex eo, quod omni sunt patrocinio destituti: nec vlla ratione possunt se ab illius ira, & furore defendere. Duabus autem rationibus ij, à quibus Deus scelerum pœnas petit, veniam possunt impetrare; vel aliquo vero Dei amico pro eis deprecante. vt Dauid pestem in populo grassantem precibus compressit: & Moyses iram Dei in populum iam iã ob adoratum vitulum obsequitur amvel propter ciuium, & coniũctorum. suorũ virtutem, & pietatem. vt Deus Sodomitis ignoscebat, si decem tantùm inter illos iusti viri reperirentur. Capite enim penultimo libri superioris monstrauimus, eximiam quãdam vim in officij muneribus esse ad iram Dei, & supplicia merita à se deprecanda. Vtroq; præsidio Israelitas suos carere hîc Propheta ostendit. De primo egit in fine capitis proximè superioris dicens. Tu enim pater noster, & Abraham nesciuit nos, & Israel ignorauit nos. id est, non respicit nos, neq; adiuuat. De secundo agit hoc loco, quem nobis aduersarij obijciunt dicens; Facti sumus vt immundi omnes nos, & quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ. Id est, omnes nos arcemur regia tua, vt immundi templo tuo excludantur: quasi dicat; nulli qui pro populo velit precari aditus ad te patet: alludit que ad ratione agendi Regum, ac principum, cùm nullas preces audire volunt: sicut Ieremiæ Deus ipse dixit, Tu autem noli orare pro populo hoc, neque effundas pro eis laudem, & honorem, quia non exaudiam te. Et quasi pannus mẽstruatæ &c. id est, officia, & merita inte nostra nonvalent animum vincere, & iracundiam tuam cohibere, adeò eas nihil curas, & attendis, vt eas cauere videaris, sicut alij pannum menstruatæ cauent ne polluantur, & immundi

Duobus mõdis quis potest à Deo supplicij venia impetrare.

2. Reg. 24.

Gen. 18.

Ieremi. 7.

mundi fiant. Vel breuiùs: nec nobis, neque officijs noſtris aditus ad te patet, quò tãtorum malorum, ſupplicio rumq́; veniam impetremus. Id enim plerumq́; contingere diximus, vt nullis meritis, nullis officijs pœnæ in hac vita expetendæ veniam obtineamus: ſicut Dauidi nulla eius ſupplicij pars, quod ei ob adulterium prænunciauit Nathã remiſſa eſt. Eadem eſt explicatio ſi reddas בֶּגֶד עֵרִים beged hidim vt volunt Hebræi, veſtis fruſtrorum, & vel panni veteris, ac conſumpti, vel vt veſtis abominabilis: vt interpretatur Targus. id eſt, nõ poſſunt magis iuſtitiæ noſtrę iram tuam propulſare, quã veſtis fruſtorum, aut panni veteris frigus, & alias iniurias cœli depellere. Quod Propheta declarat ſtatim addens: Nõ eſt qui conſurgat, & teneat te: abſcondiſti faciem tuam à nobis, aliſiſti nos in manu iniquitatis noſtræ. Quare non ſignificat Propheta iuſtitias noſtras, ſcelera, & peccata eſſe: vt ſtultè aduerſarij opinantur; ſed nõ valere aliquando ad placandam Dei erga nos acerbitatem: quod nos faciè patimur. Obijcit etiam Luterus illud Salomonis, Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. Cui Ioannes ſubſcribit dicens, ſi dixerimus quod peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus. Sed quæ iſta ratiotinatio eſt; nullus homo nõ peccat: ergo nihil facit, in quo nõ peccet, atque adeò cum rectè agit. Nam ſi ea eſſet Salomonis ſententia, fruſtra moneret alio loco dicens, Ne feſtines recedere à facie Dei, neque permaneas in opere malo, & alio loco, Qui cuſtodit præceptũ nõ experietur quicquã mali. & alio: Qui cuſtodit legẽ beatus eſt. Docet igitur ſapiẽs id, quod ſancta ſynodus Tridentina decreuit, neminem ſe diu à peccato continere poſſe. Dixerat enim proximè. Sapientia cõfortabit ſapientem ſuper decem principes ciuitatis: & explicat mox cuiuſmodi ſapientiam poſtulet. Non eius (inquit) hominis, qui nunquàm delinquat: cùm id fieri non poſſet: quòd non ſit homo iuſtus in terra, qui bonum faciat, & non peccet, id eſt, qui tam attentè virtutem colat, vt nunquàm peccet. Ita illud Iacobi intelligitur, In multis offendimus omnes, in multis inquàm; quòd animaduertat Luterus, non in omnibus. In eandem partem illud Prouerbiorum accipiẽdum eſt. Quis poteſt dicere, mũdum eſt cor meum, purus ſum à peccato. Et illud Ioannis. Si dixerimus quod peccatum non habemus &c. Poteſt etiam hic locus de eo peccato intelligi, quod nobiſcum natura trahimus; quod originale vocamus: ac de crimi nibus alijs, quæ antequàm in Dei beneuolentiam introierimus, admiſimus. Docet denique omnes homines quòd peccato aliquo teneantur, ſanguine Chriſti ad illud diluendum indigere. Dixerat enim, Sãguis Ieſu Chriſti emundat nos ab omni peccato. Nã ſi dixerimus &c. Ac tandem propter iſta crebra, licet leuia dilecta; verè in precibus quotidiè dicimus, Dimitte nobis debita noſtra. Ex certamine itẽ inter ſpiritum, & carnem ſperant aduerſarij ſuã ſentẽtiam ſe probaturos: Tantũ abeſt tamen, vt hoc certamen nos ſemper peccare cogat, vt honeſtiſſimæ actionis nonnunquàm materia ſit; cùm contrahamus, & ſedemus appetitum, rationiq́; obedire cogamus. At non poteſt (Luterus ait) arbor mala, fructus bonos facere, vt Chriſtus teſtatur: cùm ergo mala ſit arbor appetitus, nullos bonos fructus afferre poteſt.

Iuſtitiæ noſtræ nonvalẽt aliquando ad placandam Dei punire nos volentis acerbitatem.

Eccleſ. 7.
3. Reg. 8.
2. Para. 6.
1. Ioan. 1.
Eccle. 8.
Pro. 29.

Eccleſ. locus declaratur.

Ioannis locus declaratur.

Iacob. 3.

Pro. 20.

Certamen inter ſpiritũ & carnem nonnunquàm honeſtiſſimarũ actionum cauſa eſt.

Matt. 7.

Quo pacto appetitus mala fit arbor.

teſt. Primùm non eſt appetitus arbor mala natura ſua: nam cuncta quæ Deus fecit, ſunt valde bona: ſed perditis moribus mala fit, quòd ratio permittit ei omnia pro libidine ſua moderari: ſi tamen eum cohibeat, & nihil aggredi doceat niſi ratione præeũte, more quidem perficitur, & cohoneſtatur, ita vt optimos, & vberrimos iuſtitiæ, ac pietatis fructus edat. Deinde vt mala ſit arbor appetitus, nõ omnes actiones noſtræ ab eo proficiſcuntur: ſed plurimæ ex mente, atq; ratione. Quare ex hoc non concluditur, omnes ab appetitu vitiari, atque corrumpi. At (inquit Luterus) nobis præceptum eſt, vt Deum toto corde, & tota anima, & ex omnibus viribus diligamus; qui ergo præceptũ hoc in quacunque re gerenda non tenet, peccat. At cùm ſimus natura ſatis imbecilli, neq; in omni re agenda tantam intentionem adhibere poſſimus: quoties igitur aliquid, atq; adeo iuſti efficimus, peccamus (ait ille) violamus enim præceptum illud, quòd tam vehementi dilectione officium non dirigamus. Atqui primùm verbis illis nos Deus non iubet, vt quoties agimus, aut molimur aliquid, eũ toto pectore diligamus: cùm enim dormimus tanto eum amore proſequi non poſſumus: nec nobis etiã præcipit, vt de illo ſemper aliquid cogitemus. Nam de rebus etiam ad vitã neceſſarijs, de gubernanda familia cogitare debemus. Curę nobis etiã eſſe debent domeſtici, ne ſimus (vt Paulus ait) infideli deteriores. Quod ſi Luterus ea nos lege teneri putat, vt ſemper Dei cogitationẽ ſeruemus, quantùm ille deſipiat planum eſt. Sin autẽ non neceſſarium exiſtimat de Deo ſemper cogitare: cùm alias cogitationes habere per eum nobis licuerit, hoc minimè præceptum violabimus. Iam verò ſi, quãuis nobis Deus ob oculos nõ ſemper verſetur, nõ peccamus; nõ oportet res omnes ita gerere, vt eum toto pectore diligere ſignificemus: ſed is certè eum toto pectore colit, & obſeruat, qui omnia eius tenet præcepta. Nam apud huius animũ nulla excubat aliena, & Deo contraria cura. Quare nulla quidẽ cordis parte in rẽ aliã incũbit, ſed Deo ſe totũ dicauit. Nihil enim in eo eſt, quod oculos diuinos offendat. Et in hãc ſententiã de Ioſia dicitur; Similis illi non fuit ante eum, qui reuerteretur ad Dominum omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in vniuerſa virtute ſua iuxta omnẽ legẽ Moyſi. Vide quomodo legẽ citat ſcriptura de diligẽdo Deo: quam hunc præclarũ rẽgẽ tenuiſſe dicit. Ex quo perſpici licet, huiuſmodi legẽ nõ eſſe intelligendam, vt à Lutero intelligitur: ſic enim neq; à Ioſia, nec ab vllo mortali ſeruari poſſet. Sed noſtrã ſententiam Luterus labefactari putat verbis illis Dauidis; Non intres in iudicium cum ſeruo tuo; quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. & illis Gregorij Iob enarrantis, ſanctus vir quia omne meritum virtutis noſtræ vitium eſſe conſpicit, ſi ab æterno arbitrio diſtrictæ iudicetur: ideo recte ſubiungit: Si voluerit contendere cum eo, non reſpondebit ei vnum pro mille. & illis eiuſdem in illum locũ. Si habuero quidpiam iuſtum, non reſpondebo: ſed meum iudicẽ deprecabor. Vt enim (inquit) ſæpe diximus, omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe cõuincitur, ſi diſtrictè iudicetur. & illis Auguſtini. Væ hominum vitæ quantuncunque laudabili, ſi remota miſericordia

Gene. 1.

Non præcipit Deus vt quoties aliquod agimus eum toto pectore diligamus.

1. Tim. 5.

Quis Deum toto pectore diligat.

4. Reg. 23.

Pſal. 142.

Iob. 9.

Gregorius.

Auguſtinus lib. 9. conf.

iudicetur. At ſexcenta poſſem Auguſtini, atq; Gregorij loca proferre, quibus apertè, & palàm noſtræ ſubſcribunt ſententiæ. Nã Auguſtinus libris de natura & gratia, de gratia Chriſti, de gratia libe. arb. de ſpiritu & litera, & lib. contra duas Epiſtolas Pelagianorũ ſæpius docet, poſſe nos gratia, & amicitia Chriſti iuuante, multa officij munera præſtare. Gregorius hęc ſcribit in illa verba libri Iob, in omnibus his non peccauit Iob, &c. Si in ſermonibus ſuis dicimus Iob deliquiſſe, quod ſentire nefas eſt; Deũ dicimus in ſua propoſitione victoriã perdidiſſe. & rurſus; Beato Iob oris teſtimoniũ perhibetur, & cordis; priùs enim dicitur, Non peccauit, & tũc demum ſubditur; Neq; ſtultum quid contra Deum locutus eſt. Qui enim ſtultum locutus nõ eſt, culpam à lingua compeſcuit. Sed cùm præmittitur, nõ peccauit, conſtat quod murmurationis vitium etiam à cogitatione reſtrinxit. & alio loco; Bonarum mentiũ eſt aliquo modo culpas ſuas cognoſcere vbi culpa nõ eſt: quia ſæpe ſine culpa agitur, quod venit ex culpa. Vnde etiam cum eſurimus, ſine culpa comedimus: quibus ex culpa primi hominis factum eſt, vt eſuriremus. Quare cenſet Gregorius aliquas actiones hominum omni culpa vacare. Illa verò Dauidis, Gregorij, & Auguſtini teſtimonia à Lutero cõtra nos citata, eandem habent ſententiam, quam illa Eccleſiaſtæ. Nemo eſt iuſtus in terra, qui bonum faciat, & non peccet. Ob eam enim rem à Deo petit Dauid: ne intret in iudicium cum eo, quòd eorum ſibi conſcius erat, quæ Gregorius, & Auguſtinus locis illis citatis ſcribunt. Non enim iuſtitiæ nomine honeſtam actionem Gregorius intelligit: ſed vitam iuſtam, & honeſtam, vt dixit Auguſtinus. Et quoniam nulla eſt tam culpa vacans, atq; perfecta quæ non ſæpenumerò leuiter ſaltem offendat, meritò poſitas ſententias ſancti viri pronunciant. Sed Luterus ex his locis effici putat, opus optimè factum veniale eſſe ſecũdum miſericordiam Dei; ſed mortale ſecundum iudicium Dei. Sed quæ verborum portenta ſunt hæc? qui fieri iſta poſſunt? An duo contraria iudicia Deo ſimul attribui poſſunt? Iuſtitia iudicat eſſe hominem ob bonũ opus damnãdũ; miſericordia verò eſſe crimine liberãdum. Quo pacto poſtea hæc pugnantia inter ſe iudicia conciliantur? aut vtrum vincit illorum? Nam licet nos prædicemus Dei miſericordia, morte, & inferis eſſe liberatos, quibus Dei iuſtitia eramus addicti: rationem tamen reddimus cur Dei iuſtitia fuerit mitigata. Neque quando Dei iuſtitia condemnaremur, eius miſericordia abſolui concedimus: & è contrario. At verò Luterus hæc nunc ſimul euenire dicit, vt Deus ſua nobis miſericordia ignoſcat; iuſtitia verò ſupplicĩ decernat. Quare vide in quas anguſtias mendax, & perfidus homo cogatur. Quocirca rurſus Luterus ſe reuocans dicere audet; Neminem vnquam, cum aliquid agat, certò ſcire ſe non peccare mortaliter, propter occultiſsimum ſuperbiæ vitium. Primùm quis hoc cum alia eiuſdem ſententia conciliauit: qua dicit, certiſsimos nos eſſe poſſe de gratia Dei erga nos. Deinde ſi cum homo quidpiam conatur, meritò dubitare poteſt, an graue ſcelus admittatur, nihil aget conſcientia recta: ac proinde ſemper crimen committit. Omnium enim doctiſsimorum virorum iudicio,

Auguſtinus.

Gregorius. Iob. 1.

Ecclę. 7.

Gregorij & Auguſtini locus explicatur.

Luterus.

Duo pugnãtia iudicia ſimul Luterus in Deo ponit.

Luterus.

Pugnat ſecũ Luterus.

iudicio, qui dubitat antequã aliquid atque adeo recti natura ſua faciat; vtrùm flagitium agendo ſuſcipiat; hac ſolùm de cauſa flagitium facit. Oſtẽdimus autem improbum, & nefariũ eſſe opinari quicquid agimus eſſe peccatum: falſa igitur iſta Luteri opinio eſt exiſtimantis neminem certò ſcire in quibuſque rebus agendis ſe nõ peccare mortaliter. Iam verò certo ſcio cum pauperi opem fero, me præceptum nullum violare, remque facere Deo gratam: certò igitur ſcio me nullum graue ſcelus contrahere: re tamẽ geſta fateor vereri poſſe, num latéter humanæ gloriæ cupido ſubrepſerit, num citiùs, & meliùs pauperi præſtò eſſe potui. Quibus quidé leuibus delictis non tantum meriti conſtat: minimè tamen ſi cum Deo in gratia ſit, ad nihilum meritum omne venit. Et ita illud Iob intelligitur; verebar omnia opera mea, ſciẽs quòd non parces delinquenti. Et illud quod Gregorius, vt hanc Iob exponat ſententiam dicit: Quia quæ apertè egerim video: ſed quid intùs latenter pertulerim ignoro. Beatus vir qui ſemper eſt pauidus Sapiens ait. Quare nõ debemus de rebus geſtis multũ gloriari, ne magnificè nos iactare videamur: quod quidem Deo vehementer ſtomachũ facit. Quod verò Iob dicit, Si ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea. Et quod Gregorius dicit; bona noſtra, quæ nos habere credimus, pura bona eſſe nequaquã poſſunt: eam habet ſententiam, quam Salomon dicit in Prouerbijs; Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum, purus ſum à peccato, de quo verba iam fecimus. Id igitur exploratum, & certiſsimũ ſit, bonam, & honeſtam actionẽ non eſſe, atq; adeò veniale peccatũ: noſq; certò ſcire aliquando, quæ gerimus nõ eſſe peccata. De qua re eſt etiã ſanctum conſultum Tridentini ſenatus Seſsione ſexta. Si quis in quolibet bono opere iuſtũ ſaltim venialiter peccare dixerit: aut quod intolerabilius eſt mortaliter; atque ideo pœnas æternas mereri: tantumque ob id nõ damnari; quia opera Deus nõ imputat ad damnationem; Anathema ſit.

Iob.9. *Gregorius.* *Nõ debemus de rebus geſtis multum gloriari.* *Prou.28.* *Iob.28.* *Gregorius.* *Pro.20.* *Concilij Tridentinum.*

CAP. 9. *Solis viribus naturalibus lib.arb.non poſſe quenquã Dei amicitiam ſibi cõciliare, & eius omnes leges ſeruare.*

EXpoſuimus, quid liberũ arbitriũ poſsit: iam quid non poſsit exponamus. De quo nobis magna cõtrouerſia eſt non cum Luteranis, ſed cum nouis Pelagianis. Siquidem Illiricus, & Amſdorffius à Luteranis deficientes ad Pelagianos aſſeuerant liberum noſtrum arbitriũ per ſe, viq; ſua poſſe nobis Deum conciliare, ac Dei leges omnes per totam vitam tẽnere: quem erroré Zuinglius, & Melchioritæ ſecuti ſunt. Narrat etiã Lindanus, ac Nicolaus Prateolus eodem errore inflatũ fuiſſe Melanctonẽ; illũ inquã, qui vllas antè liberi arbitrij vires eſſe cũ Luteranis negabat. Adeo vir nequã, & profligatus iſte errores in fidé, & catholicã religionem amauit, vt ſecum ipſe pugnare non vereretur, dum in omni volutaretur hęreſi. Nos verò multò ſecùs exiſtimamus: pro certo enim, & religioſè credimus, ſine Dei auxilio ſingulari neminem poſſe vel eius contrahere amicitiam, vel eiuſdẽ leges vniuerſas ſeruare: atq; adeo tantũ nobis ipſe ſubſidij in criminibus depellendis, & beneuo-

Illiricus. *Amſdorffius.* *Zuinglius.* *Melchioritæ* *Melanctõ.* *Melanctõ ſe cum pugnat.*

neuolentia eius ſuſcipienda cõferre, vt licet nos nonnihil agamus, ipſe tamen totum negotium conficere videatur, adeò vt ei rem tantam acceptam referre debeamus. Quemadmodum ſiquis hominem imbecillũ, qui in altam foueam incidiſſet, educeret; licet ipſe etiam adniteretur, & pro viribus parte contenderet, poſtea tamen quòd euaſiſſet, quòd ſaluus, & incolumis eſſet nunquam ſibi, ſi ſanus eſſet arrogaret: ſed ſuam potiùs ſalutẽ ei, qui ipſum extraxiſſet, acceptam referret. Cum verò de auxilio Dei mentionem facimus; non auxilium illud vulgare intelligendum eſt; quod nobis Deus in rebus quibuſcunque tractandis naturæ legibus ſtatuit exhibere: aliud longè præſtantius requirimus, quod non naturæ legibus, ſed pro liberalitate præſtat amicis ſuis. Tanta enim res eſt in Dei amicitiam venire, Deique bonorum omniũ fieri participem; vt omnium hominum, & Angelorum, totius denique naturæ vim, & poteſtatem ſuperet. Quare maiori quadam nobis opus eſt poteſtate, quàm quæ nobis natura tributa eſt; immenſa illa Dei Optimi Max. neceſſaria eſt, quæ niſi adſit, nunquã tantum expediemus negotiũ. Hoc etiã natura comparatum eſt, vt finis, & media ad illum, & interiecta via inter ſe affecta ſint, & parem, & affinem naturã habeant: ita vt ſi finis ſit naturalis, via ad illum perueniendi ſit etiam naturalis: ſin autem finis vincat omnem naturæ vim; ſimilis & via debet eſſe. Via enim integra finis aſſequẽdi ipſum finem attingit: quare oportet eiuſdem rationis ſit. Cùm igitur Dei amicitia omnium hominũ, & Angelorum naturæ præſtet: nam cum ipſa Dei natura comparatur: inuſitato, & ſingulari Dei auxilio opus eſt ad eam adipiſcendam. Quæ enim tantæ naturales vires hominis animũ ita erigent vt Deo, quem non vidit vnquã, ſe totum credat, ex eo pendeat, & omnes in eo ſalutis ſuæ rationes ponat, ac quicquid boni cernit, & experitur, bonis ijs, quæ nec intuetur, atq; adeo nec intelligit, poſterius ducat? Quare Paulus Philippenſibus ſcribit, Deus eſt qui operatur in nobis velle, & perficere pro bona voluntate ſua. Chriſtuſq; diſcipulis ſuis dixit, Sine me nihil poteſtis facere. & Paulus ingenuè fatetur. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis quaſi ex nobis; ſed ſufficiẽtia noſtra ex Deo eſt. Iam verò quis nõ perſpicit in quãtas difficultates incurrat ſtudioſa, & religioſa vita: intùs animũ à virtute auocãt graues, importunę, & cæcæ perturbationes; ira impellit, timor retardat, cupido inflammat, odiũ obcæcat, amor demulcet, extrà verò leues hominũ opiniones, & exempla peſsima cõturbant: Dæmon hæc omnia ſolicitè cõmouet, occaſiones aggredié dicaptat, & imparatos frequenter opprimit. Quis ergo diu tam acre, & exitioſum bellũ æquo, & cõſtanti animo perferat? aut tãtam rerũ difficultatẽ exſorbeat, niſi maioribus, quã humanis auxilijs nitatur? Quod Ieremias expertus fatetur dicens, Scio Domine, quia nõ eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos. Et hac de cauſa Chriſtus dixit, Oportet ſemper orare, & nunquam deficere: quòd acerbum, & diuturnum bellum impendere nobis videbat, nullaque ratione à nobis poſſe adminiſtrari, niſi Dei auxilium impetremus. Et ob eam rem anxiè precabatur ille; Perfice greſſus meos in ſemitis tuis vt non

Prima noſtra reconciliatio Deo accepta referẽda eſt.

Quo auxilio nobis opus eſſe putemus, vt Deo recõciliemur.

Finis & via ad illum æquiparẽtur oportet.

In quas difficultates incurrat religioſa vita.

Phil. 2. Ioan. 15. 1. Cor. 3. 2. Cor. 12. Ier. 10. Luc. 18. Pſal. 16.

Pſal.118. vt non moueãtur veſtigia mea. & ite
Pſal.21. rum, Greſſus meos dirige ſecundum eloquiũ tuũ, & non dominetur mei omnis iniuſtitia. & alio loco, Vias tuas Domine demonſtra mihi, & ſemitas tuas edoce me: dirige me in veritate tua, & doce me, quia tu es Deus ſaluator meus, & te ſuſtinui tota die: Sed probant ſententiam ſuã aduerſarij: quoniam debet iniquus homo ſe ad meliorem vitam cõuertere. Iubet
Ioel.2. enim Deus, Cõuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio, fletu, &
Zach.2. planctu. Et per Zachariam: Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.
Mat.11. & ipſe Chriſtus apud Matthæũ; Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati eſtis. Poſſumus igitur (dicunt illi) conuerti: poſſumus ad eum venire. Nam ea lege, quæ ſeruari non poteſt, nemo tenetur. Sed non poſtulat à nobis Deus, vt ad ſe per nos tantùm veniamus; neque vt ad eum viribus modò noſtris enixi cõuertamur: ſed ipſo nobis auxilium ferente, qui ſem
Apoc.3. per ſtat ad oſtium, & pulſat. Quocirca ſi nos ipſe non adiuuaret, non eſſemus in culpa, ſi non ei reconciliare
Ioan.6. mur. Nã ipſe dicit, Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus traxerit eum. Sed cum eius nobis auxiliũ propoſitum, & paratum ſemper ſit: magnum crimen eſt tãtum beneficium negligere. Cum iubet igitur vt ad ſe veniamus, vt ad ipſum conuertamur, nõ ſignificat tanti nos operis eſſe principium; ſed ſtare per nos ne in gratiã eius redeamus: vt ipſe Ieremiæ dicit.
Iere.15. Si conuerteris, cõuertam te. Cùm verò illum vt in ſuam nos gratiam reducat precamur, imbecillitatem noſtrã contra Pelagianos, & aduerſarios noſtros fatemur. At dicunt aduerſarij: poteſt homo in peccatum labi: ergo per ſe etiam poteſt à peccato reſurgere. Eiſdem tamen ego veſtigijs cõcludam; poteſt homo ſibi mortem conſciſcere; ergo ſe per ſe poteſt ad vitã reuocare. Hæc eſt enim mali natura, vt quoniam re quacunq; deficiente fit, facilè poſsit inferri. Contrà verò bonum quoniã res multas requirit, ægrè afferri ſolet. Extatque de hac re apertiſsimum decretum Concilij Mileuitani capite quarto. Quiſquis dixerit (ait) eandem gratiã Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum propter hoc tantùm nos adiuuare ad nõ peccandum, quia per ipſam nobis reuelatur, & aperitur intelligentia mandatorum; vt ſciamus quid appetere, quid vitare debeamus; nõ autem per illam nobis præſtari, vt quod faciẽdũ cognouerimus etiã facere diligamus, atq; valeamus, anathema ſit. Et capite quinto iterũ decernit. Itẽ placuit, vt quicũq; dixerit ideo nobis gratiã iuſtificationis dari, vt quod facere per liberũ arbitriũ iubemur, faciliùs poſsimus implere per gratiã; tanquã ſi gratia nõ daretur, nõ quidẽ facilè, ſed tamen poſsimus etiam ſine illa implere diuina mandata; Anathema ſit. Idem Conciliũ Tridentinũ cẽſuit Seſsione ſexta. Siquis dixerit hominẽ ſuis operibus, quæ vel per humanæ naturæ vires, vel per legis doctrinam fiunt, abſque diuina per Ieſum Chriſtum gratia poſſe iuſtificari coram Deo, Anathema ſit. Si quis dixerit ad hoc ſolùm diuinam gratiam per Ieſum Chriſtum dari, vt faciliùs homo iuſtè viuere, ac vitam æternam promereri poſsit; quaſi per liberum arbitrium ſine gratia vtrumq; ſed ægrè tamen, & difficulter poſsit; Anathema ſit. Si quis dixerit ſine præueniẽte Spiritus ſancti ſpiratione, atq; eius ad

Non poſtulat Deus vt ad eum viribus modo noſtris enixi cõuertamur.

Quid Deus ſignificet cum iubet vt ad eum conuertamur.

Mali & boni natura.

Conciliũ Mileuitanum.

Conciliũ Tridentinum.

iutorio hominem credere, ſperare, diligere, aut pœnitere poſſe, ſicut oportet: vt ei iuſtificationis gratia conferatur, Anathema ſit. Quare minimè debemus tantùm noſtris viribus arrogare, vt hoc tam eximium reconciliationis opus per nos ſolos ſine Dei ſingulari auxilio confici, aut expediri poſſe putemus: imo ita eminet in eo vis, & poteſtas Dei, quòd ex eius immenſa bonitate eius initium oritur, vt quãuis nos nonnihil agamus, eius tamen ferè totum eſſe credatur. & ob eam ré ipſe dicit, Dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponã in medio veſtri, & auferam cor lapideũ de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum, & Spiritum meũ ponã in medio veſtri, & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis, & operemini, &c. Nó propter vos ego faciam ait dominus Deus veſter notũ ſit vobis. Noſq; viciſſim per Ieremiam precamur, Cõuerte me & conuertar: quia tu Dominus Deus meus. Poſtquam enim cõuertiſti me, egi pœnitentiam, & poſtquã oſtendiſti mihi, percuſsi fœmur meũ. Prima tamen reconciliatione poſita, merita quæ ex illa ſequũtur, nobis aſsignare, & attribuere poſſumus; quod vis in nobis iam, & principiũ ſit ad illa præſtãda. Quare meritò dicit Dauid, Reddet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & Chriſtus in Apocalypſi, Merces mea mecũ eſt dare vnicuique ſecundum opera ſua.

Ezec. 36.

Ier. 31.

Merita noſtra nobis aſcribere poſſumus.

Apoc. 3.

CAP. 10. *Aliquid in reconcilianda gratia liberum arbitrium efficere.*

Luterus. Buzerus. Caluinus. Melancton.

Ed iam ex longè cõtraria parte nos Luterus, Buzerus, Caluinus, & idẽ Melancton, qui antè, cũ alijs multis aduerſarijs nos bello laceſſunt dicẽtes, nihil omnino libero arbitrio noſtro in reconcilianda diuina gratia geri: omnemq; præparatione noſtrã reijcientes affirmãt, nihil nos in tanta re agere, ſed agi potiùs. Pro certo tamẽ nos habere debemus ſine voluntate, & opera noſtra in Dei amicitiã redire nõ poſſe. Id enim natura ſua poſtulat violatæ amicitiæ reſtitutio; vt pœniteat nos amici animũ offendiſſe, & vt cũ animo ſtatutũ habeamus conſtantes in amicitia mãſuros. Quis enim eum in priſtinã beneuolentiam recipiat, qui nec amicũ læſiſſe dolet, nec ſigna vlla amoris oſtendit? Nã ce do ſi nihil agit homo in huiuſmodi recõciliatione; ſed omnia præſtat pro ſua liberalitate Deus: cur non antè illum in ſuam gratiam reſtituit? cur multos iniquos homines à ſe diu alienatos eſſe patitur? vel cur vnus Dei gratiã recuperat, alius in offenſa manet apud eum? præſertim cùm dicatur in Apocalypſi, Ad oſtium ſtare, atq; pulſare. Cur igitur in vnius familiaritatem intrat, ab alio verò diſiunctus, & alienatus manet? Nũquid eſt acceptio perſonarum apud Deum? Sed id negat Paulus; & velle affirmat omnes homines ſaluos fieri, & ad viã veritatis venire. Nũquam ſeijs quæſtionibus aduerſarij explicabunt. Nã illud profectò eſt, quod ipſe de Ieruſalem dicit, Quoties volui cõgregare filios tuos, ſicut gallina cõgregat pullos ſuos ſub alas, & noluiſti. Et de quo per Eſaiam queritur; Tota die expãdi manus meas ad populũ nõ credentẽ, ſed cõtradicentẽ mihi. Et quod ipſa Sapiẽtia prædicat in Prouerbijs, Vocaui, & renuiſtis: ego quoq; in interitu veſtro ridebo. Et quod ipſe Deus per Eſaiã teſtatur; Noui quòd neruus ferreus

Sine voluntate noſtra in Dei amicitiam redire non poſſe.

In quas difficultates incurrant qui dicũt ſine voluntate noſtra reconciliationem cum Deo cõſtare poſſe.

Rom. 3. 1. Tim. 2.

Mat. 23.

Eſa. 65.

Prou. 1.

reus ſit ceruix tua. Quamobrem oportet velle, oportet non renuere, ſed aſſentiri, facilemque ſe præbere. Quæ omnia liberæ voluntatis noſtræ munera ſunt. Eſt ergo munus eius in ſuſcipienda diuina gratia neceſſarium: quod res ipſa præſefert, facileque aduerſarij ita eſſe viderent, niſi in mẽtis maximum ſtuporem, & horribilem cæcitatem incidiſſent. Nam cùm pendeat liberum arbitriũ ex duobus (vt expoſuimus) principijs: ex ratione, & ex voluntate; vtriuſque munus in reconciliatione ſcelerati hominis cognoſcitur. Etenim cum peccato vllo tenetur homo, reputat ſecum præſtare in crimine manere, quàm in Dei gratiã redire. Sed cùm poſtea Dei gratiam quærit, nonne tale decretum inducit, atque mutat? Non enim ſolùm ſtatuit eſſe meliùs Dei voluntatem recuperare; ſed crimen etiam toto pectore deteſtatur. Nónne arbitrij liberi hęc munera ſunt, mentis ſtatuere, voluntatis amplecti quod ſtatutum eſt? Nõ igitur prorſus otioſum eſt in hoc tanto negotio liberum arbitriũ noſtrũ. Præſertim cum Deus res vniuerſas pro illorum natura moueat: homo verò voluntatis, rationiſque particeps eſt natura ſua: volens igitur, & aſſentiens allici debet, & ad officij munus impelli. Et hoc magis, quòd omnem amicitiam oportet voluntate dirigi: cùm amorem illa vltrò citroque perfectum à ratione poſtulet. Cur enim Deus pecudes ad ſuam amicitiam nõ adiungit? Cur ei ſoli creaturæ, quæ mentis eſt, & conſilij compos, cum Deo vſus, & conſuetudo eſt? quo pacto hanc quæſtionem aduerſarij explicabunt. Nam ſi de illorum ſententia nihil attinet liberum arbitrium noſtrum ad rem tantam obtinendum: nihil igitur in ea re voluntas; nihil ratio, in quas partes liberum arbitriũ diuiditur; vtilitatis habet. vt illę deeſſent igitur, hoc negotium tranſigi poſſet. Quid igitur pecudibus deeſt, quòminùs cum Deo amicitiam iungant? Cur etiam Paulus tato opere hominum pertinaciam, & obſtinationem crimina-tur docendo; An diuitias bonitatis eius, & patientię, & longanimitatis cõtemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit: ſecũdum autem duritiam tuam, & impœnitens cor theſaurizas tibi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei; qui reddet vnicuique ſecundum opera ſua. Cur cedo me ad pœnitentiam adducit, & nõ cogit, vt me pœniteat? quid moratur? quid expectat? cur me ſtatim ſibi non reconciliat? Quid etiã ſibi illæ ſententiæ volũt? Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. & ſi quis vult venire poſt me, abneget ſe metipſum. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Iam verò multis in locis Chriſtus pro teſtimonio dicit nos operam reconciliationi, & ſaluti noſtrę dediſſe: quippe qui Magdalenæ, & Emarroiſæ dixit, fides tua te ſaluã fecit, & Magdalenæ rurſus, remittuntur ei peccata multa: quoniã dilexit multum. Alijs etiam in locis ſacra ſcriptura commemorat nos eſſe quodãmodo, quòd pœniteamus, quòd rectè agamus, noſtræ ſalutis auctores. Ait enim Ezechiel; Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua, quam operatus eſt, & fecerit iudicium, & iuſtitiã ipſe animam ſuam viuificabit. Deus etiam de Achab Eliæ dixit, Nónne vidiſti humiliatum Achab corã me? Quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. Paulus etiam dicit, ſpe ſalui facti ſumus.

Duo principia ex quibus pendet liberũ arbitrium in reconciliatione cum Deo cognoſcitur.

Deus res vniuerſas pro illarum natura mouet.

Omnis amicitia voluntate dirigitur.

Hæretici non poſſunt explicare cur brutis cum Deo amicitia non poſſit intercedere.

Multa ſcripturæ teſtimonia probãt liberũ arbitrio noſtro in reconciliatione cũ Deo opus eſſe

Rom. 2.

Zac. 1.

Luc. 9.

Matt. 19.

Luc. 7.

Matt. 9.

Ezech. 18.

Rom 8.

Psalm 91. Et Deus per Dauidem; Quoniam in me ſperauit, liberabo eum, protegam eum, quoniã cognouit nomen meũ.

Ioan. 1. Ac tandem Ioannes dicit, Dedit eis potestatem filios Dei fieri. In hominum igitur poteſtate eſt vt fiant, vel non fiant filij Dei. At hoc eſt rem libero arbitrio ſuo adminiſtrari. Et non quidé ab re; nã niſi voluntate eorũ res tanta ab hominibus gereretur, nihil ex ea laudis, nihil gloriæ ferret: ob eas enim res, quæ in poteſtate noſtra non ſunt, nec laudis, nec vituperationis digni habemur. Non enim laudamur vel quod caleamus, vel quod frigeamus: At quis iniquum hominem quod reſipiſcat, & homo frugi fiat non laudat? Maneat igitur, & fixum ſit reditus in gratiam cum Deo noſtra voluntate fieri. Sed iam aduerſarios noſtros, qui contradicunt, audiamus. Luterus id ſatis probari putat, eo certamine, quod Paulus exponit Romanis ſcribens, quod eſt inter appetitum, & rationem. Ne quis verò putet me illius argumentum fingere, & ad tempus accomodare, ipſius verba ſcribam, vt faciliùs hominis ſtultitia ſingularis intelligatur: ait enim in libro de decem articulis ſuis. Ecquid multis agimus; ex ſupradictis abundè cognouimus etiam iuſtos magno certamine contra ſuam carnem laborare; vt faciant bonum, reſiſtitque eis liberum eorũ arbitrium, & prudentia carnis ſummis viribus concupiſcens contra ſpiritum, odiens ea quæ ſunt ſpiritus, & legis Dei. Quis tanta ſtultitia hominé eſſe crederet, ſi verba eius non audiret! Idem enim eſſe putat prudentiã carnis, id eſt appetitum, & liberum arbitrium. At eſt nobis appetitus cum belluis communis: liberum autem arbitrium vni eſt homini à natura datum. Nam rationem per ſe requirit; qua belluæ vacant. Quî fieri igitur poteſt, vt idem liberum arbitrium & appetitus ſit. Deinde quæ illa hominis, vel pecudis hui⁹ veccordia, & ſtultitia eſt, vt liberum arbitrium dicat recte agere cupienti, reſiſtere? cui enim reſiſtat ſi arbitrij omnia imperio gerũ ur? Si arbitrium enim renuat recte agere, actum de illo homine eſt, nulla iam repugnantia eſt, ſed tantùm miſera ſeruitus. Quid? liberum arbitrium & rationem, & voluntatem vt diximus comprehendit; quæ ſi Paulus ſibi aduerſari intelligeret huiuſmodi narrans certamen, cur diceret, conde lector legi Dei ſecundum interiorem hominem? Quis nam relinquitur interior homo, qui ſtaret ab illo, ſi voluntas, & ratio cum illo pugnaret? Cur etiam dixit, ſi quod nolo, illud facio, iã non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Quî poteſt intelligi vt nolit, ſi vt exponit Luterus, libero ſuo arbitrio vult? Aut quomodo non operatur, quod arbitratu ſuo geritur? aut cur ſibi bonum facere cupiẽti non liberum arbitrium ſibi Paulus reſiſtere teſtatur? Sed eũ appetitũ, in quo irarũ ardor, & cupido inſit; cuius etiam pecudes participes ſunt: is ſæpe cum recta ratione pugnat. Id quod ipſe Apoſtolus explicat in eodem capite dicens. Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Lex membrorum appetitus eſt animalis, cuius membra ſunt ſedes: legem mentis rationem appellat, cui nullus in corpore locus eſt conſtitutus, ac proinde corpore ſoluta manet, ex illo enim non pendet. Quamuis igitur appetitus iſti bellum rationi inferant, libertatem non tollunt, quippe qui ſint rationi naturæ legibus ſubiecti.

Ob eas res quæ in poteſtate noſtra non ſunt non ſumus laude digni.

Luterus.

Rom. 7.

Luteri ſtultiſſima ſententia

Liberũ arbitriũ idẽ quod appetitus eſſe non poteſt.

Rom. 8.

cti. Quare nihil nos hic locus conturbat, & Luteri ſtultitiam maximè arguit. Citat etiam Auguſtinum libro contra epiſtolas Pelagiani dicentem, Nolentes, & reluctantes Deus conuertit. Sed certè magni ponderis eſſe debet apud Luterum ipſiuſmet Auguſtini, in eodem libro huius dicti explicatio: qui capite decimo nono libri primi de Paulo ſermonem inducens ait. Quis trahitur, ſi iam volebat: & tamē nemo venit, niſi velit: trahitur ergo miris modis, vt velit ab illo, qui nouit intus in ipſis hominum cordibus operari: non vt homines, quod fieri non poteſt, nolentes credant: ſed vt volentes ex nolentibus fiant. Quod ſi Auguſtinus aliqua apud Luterum authoritate valet, errorem eius his verbis vehementer conuincit, nobiſque ſuperiori loco contrarium non fuiſſe declarat. Nam eo modo Auguſtini ſententia Deus nolentes, & reluctantes conuertit; quo bonus orator abalienatos animos ſibi conciliat: aut quo beneficijs aliquis infenſi hominis ſtudium aſſequitur; quæ omnia non contra voluntatem, ſed voluntate fiunt. Sed vrget Luterus; priùs Chriſtus Petrum reſpexit, quàm Chriſtū Petrus, vt Lucas narrat. At nos ingenuè fatemur (vt nouis pelagianis ſuperiori capite probauimus) Deum eſſe primam cauſam, primumque noſtræ reconciliationis principium: at ita ipſe agere incipit, vt nos ſecum agere velit: id quod in reconciliatione Petri perſpici licet. Nam ſequitur, fleuit amarè. Quem dolorem Petri voluntate non fuiſſe ſuſceptum putare valde abſurdum eſt, atq; ridiculum. Luterus nos deinde accuſat, quòd Dei gloriam imminuamus, cùm nonnihil nobis in recuperanda gratia vindicamus. Imo valde amplificamus. Quantam enim gloriam ſibi Deus pareret, quòd lapidem in cœlum, aut belluam aſportaret? certè nullam. Illa verò excellens gloria eſt, quòd tantam virtutem homini imbecillo præbeat, vt Dei amici etiam conſequi, vt Dei vitam mereri, & Dei filius eſſe poſsit. Gloria deniq; præſtantiſsima eſt, quod inimicis tanta beneficia dederit. Sed nos Luterus Pelagianos appellat: atqui multùm inter nos, & Pelagium ſuperiori capite intereſſe diximus, cuius ſententiam refutauimus. Nihil igitur aduerſariorum argumenta obſtant, quò minùs in noſtra ſententia maneamus; otioſos nos nō eſſe in Dei gratia inuenda: ſed cùm ipſe nos ad ſe allicit, noſtra nos voluntate accedere: ita vt & non accedere in noſtra ſit poteſtate. Quam ſententiam luculenter ſanctū concilium Tridentinum ſexta ſeſſione capite quinto declarauit his verbis. Declarat præterea ipſius iuſtificationis exordium in adultis à Deo per Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſſe, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur: vt qui per peccata à Deo auerſi erant, per eius excitantē, atque adiuuantem gratiam, ad cōuertendum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ liberē aſſentiendo, & cooperando diſponantur: Ita vt tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationē, neque homo ipſe nihil omnino agat inſpiratione illam recipiens; quippe qui & illam abijcere poteſt, nec tamē ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtitiam coram illo libera ſua voluntate poſsit: vnde in ſacris literis cum dicitur, Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos: libertatis noſtræ admonemur; cum reſpon-

Luterus.

Auguſtin.

Auguſtinus ſeipſum explicat.

Luterus.

Luc. 22.

Luterus.

Nos Dei gratiam amplificamus, licet voluntatē noſtram in prima reconciliatione poſtilemus.

Concilium Tridentinum.

reſpondemus,conuerte nos domine ad te,& conuertemur;Dei nos gtatia præueniri confitemur.

CAP. II. *Euangelium eſſe legem, qua omnes iuſti tenentur.*

DEmõſtrauimus fidem ad ſalutem homini Chriſtiano non ſufficere; ſed offi cij munera etiam eſſe neceſſaria: quorum fontem cum liberũ arbitrium ſit, in nobis eſſe probauimus,eiuſque vires aperuimus. Sequitur vt de ijs officij muneribus cum aduerſarijs noſtris diſputemus: & primùm vtrùm hæc officij munera,quæ ſalus noſtra præter fidem requirit,nobis à Deo iuſſa ſint,& euangelica lege cauta.De qua re duobus modis nobiſcum aduerſarij certant. Nam Luterus,Buzerus,Caluinus,Melancton,& alij aſſeuerant, Euangelium non eſſe legem: Iuſtos item nullis legibus obligari. De primo errore priùs diſſeramus,deinde de ſecũdo.Eſſe verò Euãgelium legem,ex eo facilè perſpici poteſt:quòd ea vis,& natura legis eſt, vt rectè facere iubeat, prohibeatq; contrarium.An id non planè Euãgelium facit? Iubet enim vt inimicos diligamus,vt in eos,qui nos oderunt beneficia conferamus, vt noſtrorum nos flagitiorum pœniteat, vt ſacro baptiſmatis fonte abluamur.Prohibet iurare, prohibet vllam mulierem concupiſcere,prohibet inimicos vlciſci, & item alia:non poteſt igitur Euangeliũ nõ eſſe lex.Si deijs rebus Chriſtus legẽ ferre vellet,quibus alijs verbis vteretur, quã quibus vſum fuiſſe legimus? Imo omnes,qui eum docentem videbant, auctoritatem, & dignitatem eius admirabantur, ita vt non ſolùm docere,ſed etiam ſciſcere leges videretur.Non enim verbis ijs vtebatur,quibus Prophetæ vti ſolebant. Hæc dicit Dominus &c.ſed illis, Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros &c.Et ita Matthæus narrat: Admirabantur turbæ ſuper doctrina eius: erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens. Quid? ipſe nobis viam benè, beateque viuendi demonſtrauit: qua verò id ratione faceret niſi legem,norma mque dando, qua virtutem colentes vitam inſtitueremus? Vel ludi magiſter leges diſcipulis ſuis ſcribit: & nullas beatæ vitæ magiſter ſcriberet? Illud præterea ſummæ imperitię eſt, quod aduerſarij dicere audẽt, vitam æternam in Euangelio ſine vlla conditione promitti. Explicatur enim apertiſsimè à Chriſto cõditio:cũ cuidam diceret adoleſcentulo, ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata: & improbis hominibus æternam vitam non præſtiturum dicit; quòd ſitierit, & potũ nõ præbuerint: quòd nudus fuerit,& non veſtierint. Igitur aduerſarij noſtri vel euangelium non legiſſe concedãt, vel ei apertè repugnare fateãtur. Iam verò in multis ſacræ ſcripturæ locis lex Euangelium appellatur:legem eius inſulæ ſpectabunt vaticinatur Eſaias:quod de Chriſto dictũ eſſe Matthæus interpretatur. Id eſt, gentiles, quos Prophetæ metonymia vtentes, inſulas appellare ſolent; quòd omnes inſulæ prope Paleſtinam exiſtentes, quæ multæ quidem ſunt:omnes (inquam)à gentibus incolerentur. Chriſtus etiam per Ieremiam dicit, Dabo legem meam in viſceribus eorum,& in corde eorum ſcribam eam: quæ ad Chriſtũ pertinere Paulus ad Hebræos ſcribẽs affirmat. Scribit etiã Roman. lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit

Luterus. Buzerus. Caluinus. Melancton.

Quæ ſit legis natura.

Matt.5.

Luc.3.

Ioan.3.

Matt.6.

Quo pacto Chriſtus docebat tãquã poteſtatẽ habẽs.

Matt.7.

Qua ratione Chriſtus viã nobis demonſtrauit.

Heretici.

Cum aliqua cõditione promittitur vita æterna.

Matt.19.

Matt.25.

Eſaiæ locus declaratur.

Eſai.42.

Matt.12.

Hebr.8.

Rom.8.

uit me à lege peccati, & mortis: legem spiritus vitę in Christo Iesu vocat Paulus euãgelium: legem peccati, & mortis vocat legem Moysis; quod cũ multa caueret, nihil auxilij ad ea seruanda pręstaret, quam antiquatam per Christum docet: Id quod Ieremias prædixerat in eodem capite proximè citato. Et ipse Paulus alio loco dicit, per legem, legi mortuus sum, hoc est propter legem Christi lege Moseôs sum solutus. Quod si Christus legem Moysis abrogauit, legẽ aliã scripsisse necesse est: secùs enim omni lege Ecclesia vacaret, quod de tanta, & tã benè stabilita repub. absurdum, & nefarium esset dicere; cùm lex sit reipub. vinculum; quo barbaræ, & immanes nationes inter se sociatæ sunt: Paulusq; à tali opinione omnes homines abhorrere vult dicens, legẽ ergo destruimus per fidẽ? absit. Sed legẽ statuimus. & in epistola ad Hebręos docet nullũ sacerdotiũ sine lege extitisse vnquàm. Sed nouũ sacerdotium nouam legem consequi necesse esse. Trãslato sacerdotio (ait) necesse est vt legis translatio fiat: quæ verba Chrisostomus, & Theophilactus exponentes dicunt, sacerdotem sine lege, sine testamento, & Prophetis esse non posse. Et Esaias de Christo ita loquitur; Dominus Iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster, ipse saluabit nos. quibus tã magnificis appellationibus & potuisse, & reuera tulisse leges significat. Quod idẽ Christus præstitisse declarauit, cũ dixit: Mandatum nouum do vobis, vt diligatis inuicem sicut dilexi vos. Qui habet mandata mea, & seruat ea, ille est, qui diligit me, & alio loco: si quis diligit me, sermonem meũ seruabit. Feredi verò leges potestatem habuisse, & eas tulisse testatur ipse apud Matthæũ dicens, Data est mihi omnis potestas in cœlo, & in terra: euntes ergo docete omnes gentes, baptizãtes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti; docentes eos seruare omnia, quæcunque mandaui vobis. Quantũque ab horum hominum sententia alienus fuerit, planè declarat dicens; Non veni soluere legem, sed adimplere. Amen quippe dico vobis donec trãseat cœlum, & terra, iota vnũ, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant. Quibus omnibus locis, & argumentis planum, & apertissimum fit, Euangelium esse legẽ. Quod autem ea iusti omnes, licet perfectissimi sint, teneãtur (de quo secũdo loco nos verba facturos esse diximus) facilè probatur ex eo, quod homines iusti fiunt, si Christo pareant, & eius præcepta teneant. Eadem igitur oportet obedientia erga eum sint, eisdemque legibus, & præceptis addicti, ne quam sibi pepererunt iustitiam amittant. Ita iustis Paulus in Epistola ad Romanos præcipiens scribit: sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem; ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Nunc ex aduersarijs quęram: vtrùm iusti, quibus Paulus scribit, his præceptis teneãtur, nec ne? si aiunt. nõ igitur iusti lege euangelij, qua hæc iubẽtur, soluti sunt. Sin autem negant: Paulum etiam abnegant, atque refellunt. Iam verò si nullis sunt iusti legibus astricti, peccare non possunt. Nam peccatum Augustino auctore, quem cuncta sequitur Theologorum schola; est dictũ, factũ, vel cõcupitum cõtra legẽ Dei. Paulus etiam ait, vbi non est lex, nec præuaricatio. At peccauit Dauid, peccauit & Petrus Apostolus, peccauit & Salo-

Gal. 2.

Non potest Ecclesia legẽ carere.

Rom. 3.

Hebr. 7.

Chrisostom. Theophilactus.

Esai. 33.

Christus multis locis testatur legem tulisse.

Ioan 14. Ioan. 15.

Matt. 28.

Matt. 5.

Iusti viri lege tenentur

Rom. 6.

Diffinitio peccati.

& Salomon, peccauit & Iudas, & alij multi, qui antea magna virtute, & pietate prædíti habebantur: aliqua igitur lege iusti obligantur. Iã verò adeo ad legis naturæ præcepta facti, & imbuti

Lege naturæ solui non possumus.

sumus, vt nostra natura salua, illorum vinculis solui non possimus. Cum igitur viri boni, bonitate sua naturã maioribus ornamentis auxerint, perfectioremque reddiderint; vehementius etiam legibus, & institutis eius astricti tenentur: præsertim cùm longè faciliùs quàm cæteri iniqui homines huiusmodi naturæ præcepta persequi possint. Quare Petrus grauius peccare putat pios, quàm impios, si vtriq; legem Dei violauerint: ait enim; si enim refugientes coinquinationes mundi in cognitione domini nostri, & saluatoris Iesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus: melius enim erat illis nó cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitam retrorsum conuerti ab eo, quod traditum est illis sancto mandato. Quid? nonne sancti viri serui sunt Dei? sicut Paulus ait, Nũc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructum vestrũ in sanctificationem. Quis verò seruus Domini sui iussis non tenetur? Imo verò quod alieni peccent, violentque iussa Dei, non ita graue existimari debet, quàm quod serui, & clientes eius, qui longè maiore fide in eum esse debent, à quo tot, & tanta suscipiunt beneficia. Illud etiam argumentum Pauli inane redderetur, si aduersariorum vera esset sententia, quo probat longè præstãtiorem esse legem Christi, quã Moysis; quòd illa, & verè homines iustos reddit, & vires, & auxiliũ ad permanendum in iustitia præstat: hæc verò vtroque emolumento carebat. Nã quod impossibile erat legi (inquit) in quo infirmabatur per carnem, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. De hac verò dixit. Cum enim essemus sub lege, passiones peccatorum, quæ per legem erant operabantur in membris nostris, vt fructificarent morti: nunc autem soluti sumus à lege mortis, in qua detinebamur: ita vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Si iusti igitur, vt aduersarij dicunt, nulla lege tenentur; quid emolumenti est illud, quod Paulus per Christum nos percepisse testatur dicens, vt iustificatio legis impleretur in nobis? Illud illud profectò est, vt iusti essemus, & iustitiam legis coleremus. Item Paulus dicit antea iustos lege mortis teneri: ergo & nunc lege spiritus, & vitæ: quod ille significat dicens, vt seruiamus in nouitate spiritus, & non in vetustate literæ. Seruire autem eius est, qui lege aliqua constringitur. Euangelium ergo lex est, & ea iusti omnes vel perfectissimi tenentur. Quod ita esse Concilium Tridentinum decreuit dicens; Si quis hominem iustificatum quantumlibet perfectum, dixerit nõ teneri ad obseruantiam mãdatorum Dei, & Ecclesiæ; sed tantùm ad credendum: quasi verò Euangelium sit nuda, & absoluta promissio vitæ æternæ, sine conditione obseruationis mandatorum, Anathema sit. Si quis dixerit Christũ Iesum à Deo hominibus datum fuisse, vt redemptorẽ, cui fidant, non etiam vt legislatorẽ, cui obediãt, Anathema sit. Argumenta verò quibus aduersarij nobis infesti suam pro

Grauius peccãt iusti quã iniusti aliquod præceptum violantes.

2. Pet. 2.

Rom. 6.

Rom. 8.

Rom. 7.

Concilium Tridentinum.

bant

bant ſententiam, ſuperiore libro à nobis ſunt explicata; cùm in ea cum eis diſceptatione verſaremur: an Eccleſia poteſtatem habeat ſcribēdi leges. Nam eadem illi ad cauſas longè diuerſas argumenta ſolent accommodare; vt intelligatur non è re nata, ſed aliūde accerſita eſſe: quò benè quàm infirma ſint, liquet.

Hæretici eadem argumēta ad cauſas longe diuerſas accommodant.

CAP. 12. *Aliquid præter vnam fidem in Euangelio nobis eſſe præceptum.*

QVM Euangelium legem eſſe demōſtrauerimus: ea nunc quæſtio ſequitur; An aliquid præter vnam fidem in Euangelio nobis præcipiatur. Catholici aiunt: aduerſarij tamen negant. Sed præceptum Euangelicum in eam à nobis ſignificationem accipitur, vt ſit Dei ſtatutum, cuius violationem perpetuò apud inferos cruciatu ipſe vindicat. huiuſmodi autem nonnulla ſunt in Euangelio præter fidei præceptum. Nam hac ratione tria ſacramēta Chriſtus ſanciuit; Baptiſmū; niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cœlorum. Euchariſtiam; niſi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Pœnitentiam; niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis. Eſt igitur aliquod in Euangelio præter fidei præceptum. Quid? ſi fidei præceptum eſt, vt aduerſarij dicunt; quid illud rogo præceptum continet; nonne vt fidem Chriſtianam profiteamur? Quæ verò religio eſt, quæ non legibus, inſtitutis, atque præceptis explicata ſit? Ecquid aliud eſt Chriſtianam fidem profiteri, quàm ſe decretis, & præceptis Chriſti ſubmittere? Et hanc legationem Chriſtus dedit Apoſtolis, vt id mortalibus omnibus ſuaderent dicens; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos, & docentes ſeruare, quæ mandaui vobis. Reſtat igitur aliquid, quod ſeruare debeamus, poſtquam Chriſti fidem in baptiſmo profeſsi ſumus. Et ipſe Chriſtus Apoſtolis ſuis dixit; Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. Adoleſcenti præterea roganti, quid factu opus eſſet ad vitam æternam adipiſcendam, reſpondit: ſi vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Qui rurſus ab eo quæſitus, quæ nam ſunt iſta mandata. Reſpondit, non homicidium facies, non adulterabis, non furtum facies, non falſum teſtimonium dices, honora patrem tuum, & matrem tuam. Quod ſi his præceptis nos per fidem ſolutos eſſe aduerſarij dicunt, vniuerſam hominum naturam per fidem mutatam, conuerſam, vel potius peruerſam eſſe fateamur neceſſe eſt. Nam cum ipſa natura noſtra hæc ita implicata ſunt, atque connexa, vt gens nulla ſit tam barbara, & immanis, quæ non ſe illis aſtrictam, & obligatam putet: Quæ enim ciuitas, quæ reſpub. diu conſiſtere, & permanere poſsit, ſi his ſe mœnibus non cingat, ſi his ſe iuſtitiæ, & charitatis vinculis non conſtringat? Nam ſi liberum ciuibus eſſet ſe inter ſe bonis ſpoliare, interficere, adulterari, falſa crimina intendere, parentes non obſeruare, nullo externo hoſte, nullo belli rumore reſpub. ipſa ſuis viribus concuſſa periret. Et ob eam rem Paulus ait; Cum enim gentes quæ le-

Quid ſit Euāgelicum præceptum.

De tribus ſacramentis eſt præceptum.

Ioan. 3.

Ioan. 6.

Luc. 13.

Quid ſit Chriſtianam religionem profiteri.

Mat. 28.

Ioan. 15.

Mat. 19.

Nullam rem publicā poſſe conſiſtere niſi leges naturæ ſeruet.

Rom. 2.

gem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis, teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantiũ, aut etiam defendentium, in die quùm iudicabit Dominus occulta hominũ, ſecundum Euangelium meum, per Chriſtum Ieſum. Quare Euangelium Chriſti leges has nulla poteſt ratione tollere, cùm ſint auctore Paulo in hominum cordibus inciſæ. Et tertio capitu Epiſtolę ad Romanos acriter argumentis contendit cum alijs, qui ad uerſariorum noſtrorum ſimiles eſſe videbantur dicens. Alioquin quomodo iudicabit Deus hunc mundum? Quæ argumentatio valde vehemens mihi quidem videtur. Eſt enim iudex viua lex, quodſi lex omnino tollitur, nihil reſtat, in quo iudicis munus expleatur. reos enim legibus ipſe ponderat, atque æſtimat: quodſi lex nõ eſt (vt aduerſarij volunt) neq; iudicium eſſe poteſt. Qua de cauſa Paulus eodẽ capite rem tam indignam repellit, & ab humanis ſenſibus auertit dicens: Legem ergo per fidem deſtruimus? abſit, ſed legem ſtatuimus. Aduerſarij dicant, quam legem ſe per fidem ſtatuere Paulus affirmet. Non Moyſis vniuerſam. Nam ipſe ad Galatas ſcribit. Ego per legem legi mortuus ſum. Eam ergo legem fide ſtatutam vult, quæ decem præcepta continet, quam appellãt decalogum. Quæ longè maiore iure, maioreque religione à chriſtianis, quàm ab alijs ſeruari præcipitur; ſicut ad Theſſalonicenſes ſcribit. Hæc eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos à fornicatione, &c. Et adiungit; non ſicut gentes, quæ ignorant Deum. Quaſi diceret: multo vehementiùs, atque perfectiùs vos à fornicatione, quàm gentes, quæ Deum ignorant continere debetis. Quid? cùm rem tam ſtultam aduerſarij exiſtiment, nonne ſenſim in errorem Iouinianũ labuntur, opinantis Dei gratiam ſemel recuperatam, exulcerari non poſſe. Nam qua ratione aduerſarij exulcerari docebunt; ſi nullum præceptum reliquum faciant, cuius violatio Deum offendat? At dicunt, ſi fidem abijciamus. Ac Buzerus, & Melancton de præceptis Decalogi verba facientes, ita inter præcepta primæ, & ſecundæ tabulæ diſtinguũt; Vt in prima tabula veram, & internã iuſtitiam contineri dicant; vt pote quæ ea præcepta contineat, quæ Dei cultum, & obſeruationem iubent: ſecundã verò, quæ officia præcipit erga homines; hypocriſim, & externam iuſtitiam proponere nefariè, & impudenter affirmãt. Quæ maior enim (vt leuiſsimè dicã) impudentia eſſe poteſt, quàm eum hypocriſim docere putare, qui toties, & tam acriter eam reprehendit? Quæ non habemus, ſimulare docet is, qui virum ſimplicem, ac rectum tantopere dilexit? Videamus quid Diſcipulus eius Ioannes, qui Magiſtri ſui mentem, & ſenſum præclarè tenuit, de hac re dicat: Fratres, diligamus nos non lingua, & ſermone, ſed opere. Ipſe etiam veritatis magiſter Chriſtus, vehementer eos reprehendit, qui præcepto colendorum parentum ſatisfeciſſe filios putabant, ſi parẽtibus diceret tãtùm, Munus quodcunque ex me tibi proderit. Ipſum etiam audiamus exponentem quomodo orbis terrarum iudicium facturus ſit: ſitiui, & non dediſtis mihi bibere:

nudus

Rom. 3.

Si lex non eſſet, mundi nõ eſſet iudiciũ.

Gal 2.

Quæ nam lex à Chriſto fuerit ſtatuta.

Theſſ. 4.

In errorem Iouinianũ aduerſarij labũtur.

Buzerus. Melancton.

Inſignis hæreticorum impudentia.

Chriſtus acriter reprehendit hypocriſim.

1. Ioan. 3.

Mat 15.

nudus eram,& nō operuistis me,&c. quodvni ex minimis meis feciſtis,mihi feciſtis. Tanti Deus hæc officia in homines collata æſtimat, vt ſibi tribui cenſeat;mihi feciſtis inquit: & ea nos pro nihilo ducemus, nec ad verā iuſtitiam pertinere arbitrabimur? O dementiam ſingularem! An dixit, quòd non ſimulaſtis?minimè quidē: ſed quòd non feciſtis. & Paulus non ſimulatam, ſed veram iuſtitiam poſtulat, cum dicat; Reddite omnibus debita;cui tributum,tributum.Nam qui diligit proximum,legem implet. Non adulterabis, non occides; & ſi quod eſt aliud mādatum,in hoc verbo inſtauratur; diliges proximum tuum ſicut teipſum. Quod ſi Paulus præcepta hæc antiquata,& abrogata eſſe putaret :non illa tam vehemēter commendaret.Siquidem legem veterem qua ex parte antiquatam eſſe iudicat;& epiſtola ad Galatas,& ad Romanos nimis prohibet obſeruare.Nemo ſanæ mentis igitur cum hæc viderit, negabit, quin decem illa decalogi præcepta multò perfectius Euangelio tradantur: & alia præterea tria, quæ ad baptiſmum,pœnitentiam,& Euchariſtiā ſpectant. Non igitur vna fides modò in Euangelio præcipitur. Sed ſuam aduerſarij probant ſententiam verbis illis Pauli; iuſto non eſt impoſita lex,ſed iniuſtis,& non ſubditis. & illis, ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.& illis,vbi ſpiritus,ibi libertas:quæ loca quoniā multis à nobis libro ſuperiori explicata ſunt,paucis exponemus.His ergo locis Paulus tantùm ſignificat leges,atque præcepta viros bonos nō cohibere, neque voluntatem eorum refrenare, qui propè id ipſum, quod lege cauetur, ipſi caueant: imitantur enim iuſti viri Deum, cui nemo dicet impoſitam eſſe legem,licet ipſe ſemper quod honeſtum eſt perſequatur; quòd illud ſua natura præſtet,ipſeque per ſe, viq́ue ſua ſibi decori regula ſit: ſic iuſti viri,quatenus tales,ab officio non deſciſcent, ſed ſua illud ſponte faciunt. Itaque tantùm lex eis oſtendit, quid factu opus ſit. Nam poſtquam dixit, ſi Dei ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege;declarans quid ſit Dei ſpiritu duci;dicit, fructus autem ſpiritus, charitas,gaudium,pax,patientia, benignitas,longanimitas,manſuetudo,fides, modeſtia,continentia,caſtitas:aduerſus huiuſmodi non eſt lex.ideſt, nulla lex hæc ne fiant,coercet.Illud verò quod ſuperius in eodem capite dixerat; in libertatem vocati eſtis, ideſt, graui veteris legis iugo per Euangelium liberamini. Quare cū nihil iſta temeraria ſentētia ijs teſtimonijs probetur: ſcitum huiuſmodi de hac re Tridentino ſenatu factum eſt. Si quis dixerit nihil præceptum eſſe in Euangelio præter fidem; cætera eſſe indifferentia:neque præcepta,neque prohibita;ſed libera: Aut decem præcepta nihil pertinere ad Chriſtianos; Anathema ſit.

Quanti Deus faciat beneficia in homines collata.

Rom.13.

1.Tim.1.

Gal.5.

2.Cor.3.

Leges viros bonos non cohibent.

Gal.5.

Quam libertatem ſancti viri fuerint adepti.

Concilij Tridentinum.

CAP. 13. *Posse nos Dei leges,& præcepta seruare.*

ALIA eſſe præter fidei præcepta ſuperiori capite probauimus:ſequitur vt in aliā diſceptationē, in quam nos aduerſarij vocant, veniamus.Nam Luterus,Melanctō,& Buzerus,dicūt fieri nō poſſe ,vt Dei nos præcepta teneamus ,propter ſummā eorū difficultatē.Vide hominū ſummam inconſtantiam,& leuitatem!Ijdem dicūt nullum eſſe in Euangelio

Luterus. Melanctho. Buzerus.

Hæreticorum ſumma leuitas & inconſtantia.

præter fidei præceptũ. Ijdẽ modò affirmãt, præcepta Euãgelij esse adeo factu difficilia, vt seruari nullo modo possint. Quare ipsi aiunt, & ipsi negant: ipsi errant, & ipsi errorem errore refellunt. Quod quidem omnibus pro magno argumento esse deberet ad sibi persuadendum, quàm stulta, & temeraria istorum hominũ doctrina sit. Hic autẽ error nobis modò ad refellendũ propositus, ex eo magnus esse deprehenditur, quòd nemo tam crudelis, & inhumanus esset homo, qui seruũ ea de causa puniret, quòd facere prætermitteret id, quod facere nullo modo potest. Atqui grauiter in eos Deus animaduertit, qui sua iussa non exequũtur, perpetuas apud inferos ab eis pœnas repetendo. Eam ergo crudelitatem, & inhumanitatẽ homines isti sacrilegi in Deum conferunt, quam turpissimum esset vlli mortali adscribere. Pœna est sua natura propter culpam instituta: quæ verò culpa est ea non efficere, quæ nullo modo effici possunt? quare etiam non iubeat, vt in cœlum conscendamus, & vt stellas detrahamus, aut cur illa potius iusserit, quàm hęc, si neutra erant à nobis præstanda: aut quid attinet ea imperare, quæ exhiberi nequeũt. Si quispiam rex imperaret alicui, vt montes aureos aggereret; nonne ab omnibus irrideretur, & stultissimus iudicaretur? quare hoc? quia iubet id, quod fieri non potest. Irridere igitur homines isti nefarij Deum videntur dicẽtes, ea nobis in præceptis dare, quæ fieri, ac teneri non possint. Hinc cognoscere licet horum hominum in Deum conuitia, & intolerabiles contumelias, qui scelerum omniũ auctorem, qui crudelem illũ, & stultum opinãtur. Moyses autẽ errorem istum apertè confutat dicens; Mandatum quod ego præcipio tibi hodie non supra te est, neq; procul positum neq; in cœlo situm, vt possis dicere, quis nostrũm valet ad cœlum ascendere, vt deferat illud ad nos, & audiamus, atq; opere compleamus? neque trans mare positum, vt causeris, & dicas, quis è nobis poterit mare trãsfretare, & illud ad nos vsque deferre, vt possimus audire, & facere quod præceptum est: sed iuxtà est sermo valdè in ore tuo, & corde tuo, vt facias illũ. Dauid etiam ait; latum mandatũ tuũ nimis. & Ioannes, mãdata eius grauia non sunt. Iuueni etiam roganti quid sibi faciendum esset, vt ad vitam beatam peruenire Christus respõdit, seruã mandata. Non congrua tamen esset responsio, si mandata seruari non possent: huiusmodi enim via vitam, quam expetebat, nunquam adipisceretur. Illud etiam apertissimè in horũ hominum erroré à Christo dicitur: Iugum meum suaue est, & onus meũ leue: quod nam iugũ est? quod onus Christi? nisi lex, & præcepta eius, quæ Ioannes grauia non esse dixit. Erroris etiã stultissimi hos homines arguant multi viri sancti, quos Dei præcepta tenuisse cõstat; de quibus Paulus Hebræis scribit, sancti per fidẽ vicerunt regna, operati sunt iustitiã. De Enoc narratur in Genesi ambulasse cũ Deo id est, eius præcepta seruasse. De Iob etiam dicitur, Erat vir simplex, & rectus, & recedẽs à malo. Dauid de se dicit; in toto corde meo exquisiui te, ab omni via mala prohibui pedes meos. Ad omnia mãdata tua dirigebar, omnẽ viã iniquam odio habui. De Aza etiã scribitur, cor eius fuisse cũ Deo perfectũ. De Ezechia, quod rectũ fecerit corã oculis Domini. De Iosia, Similis

Nõ debet punire is qui prætermittit quod fieri nõ potest.

Magnã crudelitatem hæretici in Deũ conferunt.

Pœna est propter culpam instituta.

Hæreticorum in Deum cõuitia.

Deu. 30.

1. Ioan. 5.

Mat. 19.

Mat. 11.

Heb. 9.

Gene. 5.

Iob. 1.

Psal. 118.

3. Reg. 15.

4. Reg. 20.

milis illi nō fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Dominū in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa virtute sua iuxta omnem legē Moysi. Potest igitur lex Moysis seruari, & ea, quæ longè facilior est lege Moysis. Sed nobis aduersarij suā sententiā probāt Hieronymi testimonio lib. 1. decalogi aduersus Pelagianos dicētis: Quādo mortale hoc indutū fuerit immortalitate, tunc Deus erit omnia in omnibus, vt nō sit tātùm in Salomone sapiētia, in Dauide māsuetudo, in Phinees zelus, in Abrahā fides, in Petro charitas: sed virtutes omnes in omnibus. At quādiu habemus thesaurū hunc in vasis fictilibus, & carne fragili circūdamur, nullus est, qui omnes habeat virtutes. At Hieronymus tantùm significat, nemini mortali virtutes omnes æquè perfectas habere contigisse: sed alia in alio eminentius apparet: quòd is fuerit rerū cursus, vt in ea se ampliùs exerceret. Secūdo loco nobis obijciunt illud præceptum, Non cōcupisces. Dicentes illo præcepto omnē cupiditatē naturalē vetari: omnes tamē actiones nostras cupiditate dirigi. Quare cupiditate omnes actiones nostras deprauari, iuxta illud Christi; Non potest arbor mala fructus bonos facere. Sed non omnis cupiditatis motus illo præcepto prohibetur. Non enim summæ Dei bonitatis est ea prohibere, quæ ipse tribuit, neq; ea damnare, quæ creauit. Sicut autē ab eo habemus naturā, ita & omnia, quæ naturam sequūtur; cuiusmodi naturalis cupiditas est: vt enim sensus: ita & illa est nobis cum belluis communis. Deinde Paulus Romanis exponit, quid isto præcepto caueatur dicens: Non regnet peccatū in vestro mortali corpore, vt obediatis cō-

Hieronymus.

Hieronymi locus declaratur.

Cur sancti viri virtutes æquè perfectas non habeant.

Quid caueatur illo præcepto non concupisces.

Mat. 7.

Rom. 6.

cupiscentijs vestris. Non præcipit ne cupiditate omni careamus; id enim fieri non posset: sed ne à cupiditate rapiamur ita, vt illi pareamus. Idipsum in eodem capite amplius declarat dicens: si autem quod nolo, illud facio, consentio legi, quoniā bona est: nūc autem iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Peccatum vocat cupiditatem, vel quòd ad peccatū impellat, vel quòd peccatū consequuta fuerit. Quod autē ab ipsa se renuente proficiscitur, à se geri negat. Quod si non geritur ab illo, nullo tenetur peccato. Quare isti appetitus, & iniquæ cupiditates si ratione frangantur, lege nō prohibētur vlla. Quod verò Lutherus citat illud; Non potest arbor mala fructos bonos facere: Christus nō cupiditatē naturā datā, sed iniquū animū arborem malā vocat. Alia verò multa, quæ ab istis afferūtur, diluimus cùm de libero arbitrio verbā faceremus: Pudet enim me, quod istos minimè pudet, idem dē eadē repetere. Sed vrgēt nos, & instāt dilectionis lege; quòd fieri sua sentētia nō possit, vt Deū toto corde, totis viribus, anima deniq; tota diligamus. Sed iam sacræ scripturæ apertissimo testimonio patefeci, Regē Iosiam hoc præceptū tenuisse. Ac Dauid præterea de se dicit, Confitebor tibi Domine in toto cordē meo; & alio loco, In toto corde meo exquisiui te. In toto corde meo scrutabor legem tuam. Ac Deus Ieroboam de Dauide dixit, Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui ambulauit post me in toto corde suo. Et Moyses planum in Deuteronomio facit, non esse admodùm difficile hoc tenere præceptum, cuius verba proximè posuimus. Nō enim hoc præceptum postu-

Cur vocet Paulus cupiditatem naturā insitam peccatum.

Iniquum animum arborē malam vocat Christus.

Psal. 118.

3. Reg. 14.

Dauid toto corde Deum dilexit.

Quid poſtulet præceptũ de diligendo Deo.

lat, vt Deus ſemper in mente noſtra verſetur, neq; vt leue nunquã peccatum admittamus: ſed vt Deũ cæteris rebus omnibus anteferamus: quod intelligetur hinc, ſi rei nullius vel odio, vel amore cõpulſi, vllũ præceptũ eius perrumpamus. Sententiã deniq; noſtram decernit Concilium Tridẽtinũ: ſi quis dixerit (ait) præcepta homini iuſtificato, & ſub gratia conſtituto eſſe ad obſeruandum impoſsibilia; Anathema ſit.

Concilij Tridentinum.

CAP. 14. *Verè ad nos legis Dei obſeruationem pertinere.*

SEd operæpretium eſt cõſiderare, à quo Dei leges, atq; præcepta aduerſarij obſeruari dicant; ſcilicet ab ipſo Deo. Itaq; Deũ præcipere dicunt, quod ipſe exequitur: onuſq; totum legis ſuæ in ſe transferre. Nõ igitur nos parẽtes noſtros obſeruamus, ſed Deus. Non Deũ nos cõlimus, atq; diligimus, ſed ipſe ſe. Quare igitur ſi cultus Dei à nobis, & parẽtũ obſeruatio prætermittatur, in culpa ſumus? Quod enim ſceleris eſt id prætermitti, quod non attinet ad me præſtare? Quare ergo impijs dicturus eſt Deus; Nudus eram, & non operuiſtis me: infirmus eram, & non viſitaſtis me: ſiquidem poſſent & ipſi hanc culpam totam in Deum cõferre dicentes; Tu te non operuiſti: tu te non viſitaſti: quid nos nõ feciſſe criminaris, quod facere nõ poteramus? Iam verò Deus nobis fert leges, nobis mãdata dat, & præcepta ſcribit, non ſibi. Nos igitur attingit exequi, & obſeruare illa, non Deum. Et ita Moyſes populo dixit, Hæc ſunt præcepta, & ceremoniæ, atq; iudicia, quæ mandauit vobis Dominus, vt docerem vos, vt faciatis ea in terra, quam tranſgredimini poſsidendã; vt timeas Dominum Deum tuũ, & cuſtodias omnia mandata, & præcepta eius. Et paucis interiectis; Audi Iſrael, & obſerua, vt facias, quæ præcepit tibi Dominus. Quid? formę, & auxilia à Deo, & à natura tribuuntur: vt per ea res agãt: quid attinet igitur, gratia nos imbui, & Dei auxilio iuuari, ſi nihil nobis agendum, nihilque præſtandum eſt? Sic Paulus non dixit, Deum velle, & Deũ perficere; ſed Deus eſt, qui operatur in nobis & velle, & perficere pro bona volũtate ſua: omnia autem facite ſine murmurationibus, & hæſitationibus. & Galatis ſcribit; bonum facientes, non deficiamus omni tẽpore. Deinde quid attinet Chriſtum Apoſtolis dicere; ſi habueritis fidem ſicut granum ſinapis, dicetis monti huic, tranſi hinc illuc, & tranſibit: ſi nihil nos agimus, quid attinet tãta, vel minore fide præditos eſſe? Quid etiã vult, vt petamus, quò impetremus; ſi non petimus nos, ſed ipſe? cur etiam ſancti, & boni viri laudãtur, quòd officij munera explẽrint; ſi nihil egerunt? aut cur hæc laus nõ etiam belluis aſcribitur, ſi nõ plus homines, quàm ipſæ faciunt? Cur dicit Eccleſiaſticus? laudemus viros gloriоſos, & parentes noſtros in generatione ſua: & mox ait: ſed illi viri miſericordiæ ſunt, quorum pietates non defecerunt. cur res tam præclaras ab eis geſtas narrat, ſi nihil geſſerunt vnquam? Denique laudes omnes, quibus ſacra ſcriptura multos viros ornat, euaneſcerent, atque concideret. Omnes etiam ſuaſiones, quibus præcipimur, vt faciamus, cuſtodiamus, caueamus: omnes etiã reprehenſiones, quòd non egerimus, quòd non cuſtodierimus:

Phil. 2. *Gal. 6.* *Luc. 7.* *Eccl. 44.*

Mat. 25.

Nos attingit Dei præcepta ſeruare non Deum.

Quanta incõmoda hæreticos conſequãtur.

dierimus, quòd non vitauerimus: omnem denique scripturam sacram, quę talibus sermonibus referta est, abijcere homines isti stulti, & temerarij videntur. Sed argumentatur Buzerus ex verbis Pauli: Deus est, qui operatur omnia in omnibus: & qui operatur velle, & perficere pro bona voluntate sua. Et non est volentis neque currentis: sed Dei miserentis. Et non possumus cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis. & viuo ego, iam nō ego; sed viuit in me Christus. Et verbis Augustini: Non Deus coronat merita tua, tanquam merita tua. Quæ omnia valde aliena sunt ab aduersariorum sententia: sed id tantum significāt, quod nos nouis Pelagianis satis copiosè probauimus; neq; Dei gratiam inire posse, neque vlla merita nostra erga Deū extare, si nobis ipse speciali quodam, & singulari modo non subueniat. Quare non in hoc infinita eius erga nos misericordia cernitur, vt ipse faciat, quod nos facere iubet: sed in eo, quòd tantam vim nobis, & auxilium suppeditet, vt eius iussa nos præstare possimus; id quod ipse per Ezechielē dixit: Faciā vt in iustificatiōibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis. Non enim ij sumus, qui Pelagianorum subscribamus sententiæ putantium, Dei subsidio destitutos, vi nostra posse omnia seruare præcepta: vt falsò aduersarij nos existimare iactant. Dauid enim ait, Da mihi intellectum, & scrutabor legem tuam, & custodiam illam in toto corde meo: & ita illud intelligitur Pauli, quod nobis etiam obijciunt; Abundantiùs illis omnibus laboraui; nō ego autem, sed gratia Dei quæ est in me: vt à nobis iam ex ipsis verbis græcis, ad quæ nos Caluinus allegat; expositum est.

Buzerus. 1. Cor. 12. Phi. 2. Rom. 9. *Augustinus de gratia & lib. arb. 7.* *Aliqua scripturæ loca declarantur.* *In quo misericordia Dei erga nos cernatur.* Ezech. 36. Psalm. 118. Galat. 2.

CAP. 15. *Differre inter consilium, & præceptum.*

EGimus de præceptis: sequitur, vt de consilijs disseramus, in quo nobis etiam aduersarij resistunt. Nam Buzerus, Caluinus, & Melancton irridēt, quòd differentiam vllā esse putemus inter præceptum, & cōsilium: sed omnia dicunt illi, quæ nos consilia dicimus, præcepta sunt, illo de dilectione Dei præcepto comprehensa. Sed si idem istis hominibus est præceptum, quod consilium, & nullum est in Euangelio istorum sententia præceptum, nullum igitur est consilium. Quid igitur Christus docuit? quid præstitit? si nulla vel consilia, vel præcepta dedit. Hominum insaniam, & cæcitatem horribilem! Sed nonne Christus planè inter consilium, & præceptū distinxit; cùm rogatus ab adolescente, quid sibi esset faciendum ad habendam vitam ęternam respondit; si vis ad vitam ingredi, serua mādata: Deinde rogatus iterum respondit, si vis esse perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus. Ex his verbis concluditur, non esse diuitiarum contemptum ad beatam vitam consequendam necessarium: omnia verò mandata esse necessaria. Ex quibus duobus principijs necessaria ratiocinatione fit; mādatum nullum esse diuitiarum cōtemptus: est autem consilium; siquidem talem contemptū perfecta virtus requirit auctore Christo. Sed intelligendum est, consilia circa præceptorum materiam versari: perfectiorem tamen docent rationem consilia seruandi præcepta. Vt, præceptum est aliena neque rapere, neque cupere; quod perfectius ser-

Buzerus. Caluinus. Melancton. *Hæreticorum insania.* Matt. 9. Marc. 10. Luc. 18. *Christus plane inter consiliū & præceptum distinguit.* *Consilia circa præceptorum materiā versantur.*

uatur, si non solùm aliena non appetamus, sed etiam propria largiamur. Præceptum est, nullam habere cum aliena muliere consuetudinem, neq; eam concupiscere; quod perfectius tenetur, si nullam ducere vxorẽ velimus, præceptum etiam est nó irasci; quod maiore religione seruatur, si accepta iniuria tam tranquillo animo simus. vt potiùs ad aliam ferendam, quã illatam vlciscendam parati simus. Insanum verò, & valde temerarium est, has præclariores, perfectioresque vias ita nobis esse præceptas, & diuina lege scitas putare, vt eas violanti perpetua sit apud inferos pœna statuta. Id enim præcepti de quo loquimur ratio postulat. Cùm secùs palàm, & apertè Christus proposito loco docuerit: & alio etiam loco dixerit, sunt eunuchi, qui se castrauerũt propter regnum cælorum; qui potest capere, capiat: quod Paulus explanans, & illustrans ait; Bonum est homini mulierẽ non tangere, & volo omnes homines esse sicut ego sum. Et dico nó nuptis, & viduis, bonum est illis si sic permanserint sicut & ego. Et addit præterea, de virginibus præceptum Domini nó habeo; consilium autem do: quo nihil clariùs, nihil illustriùs potest pro hac sententia dici. Non enim dicent aduersarij vetitas esse vllo præcepto nuptias. At verò minimè negare poterunt, nisi Paulo apertè repugnent; bonum esse nó nubere: interest igitur inter præceptum, & consilium. Hinc patet etiam illustris aditus ad intelligendam vesaniam Ioannis Spangebergi, atque Buzeri asseuerantium; Nihil esse rectum, nisi quod à Christo præceptum sit, atque iussum. Nam rectum est (vt Paulus ait) nullam habere vxorem: virginemque innuptã manere: quæ tamen à Christo præcepta non sunt. Bonum est diuitias omnes pro nihilo ducere, ac pauperibus erogare: quæ tamen Christus fieri non præcepit. Approbauit etiam Deus quod fecit Phinees, Israelitam, & idololatram mulierem interficiens: tametsi Deus id fieri non imperauerat. Laudatur etiam Recabitarum religio, quòd vinum non bibebant; tametsi nihil tale Deus præceperit. Quare nulla dubitatio est, quin multa Deo gratissima sint; quamuis ab eo non fuerint iussa: quoniam multa consuluit, quæ iubere noluit; ne graue, sed quo ad eius fieri posset, leuissimum iugũ eius esset.

Quid ratio præcepti postulet.

Matt. 19.

1. Cor. 7.

Ioannes Spangebergus Buzerus.

Aliquid esse rectum quod à Christo non sit præceptũ.

Num. 25.

Ierem. 35.

Multa cõsuluit Christus quæ iubere noluit.

CAP. 16. *Piorum hominum officia vitam æternam merere.*

DE libero arbitrio disserui mus, & vires eius demonstrauimus, pietatis officia præstare posse docentes. Sequitur vt de viribus etiam officiorum, quæ à libero arbitrio proficiscũtur, verba faciamus: quæ nos si ab homine Deo grato, & amico fiant, vitã æternam merere dicimus. Sed toto (vt aiunt) cœlo à nos aduersarij distant. Luterus enim officia nostra non solum vitam æternam minimè merere dicit, sed etiam supplicio esse digna: vt pote cum peccata sint. Melancton verò, Buzerus, atque Caluinus, & reliqui Luterani non tantùm sibi constant, quantùm Luterus. Nam cum officij munera peccata esse cum Lutero sentiant; nonnihil tamen boni tũ animæ, tum corpori merere iudicãt: minimè verò vitam felicem. Ridiculum tamen valde est, officia peccata esse, & boni quidpiam merere putare. De quo enim quisquàm peccatis benè

Luterus quid de nostris officijs sentiat.

Melancton, Buzerus, Caluinus sibi non consentiunt.

benè meritus eſt. Luterus verò ſatis conuincitur, bonarum actionum aliquod eſſe meritum: quod nō eſſe crimina, ſed virtutis munera oſtenderimus. virtus autem ſua natura aliquod præmium poſtulat. Demonſtrandum tamen nobis eſt Lutero, & alijs eius diſcipulis, non quoduis bonum, vel corporis, vel animi ſolùm, vt illi dicunt; verum etiam beatam vitam ipſius Dei officij munera mereri. Quod vt à nobis planum, & apertum fiat, oportet intelligere, huiuſmodi officia cōſiderari poſſe aut vi, & natura ſua ſolūmodo; aut habita ratione pactionis Dei. Si vi, & natura ſua conſiderentur; fateor illorum non eſſe naturam, atque vim, vt Dei claram, & apertam cognitionem mereant: licet illa ſint ab homine ſtudioſo, & Dei amico præſtita. Nam ſi Deus amicis, atque benęuolis ſuis id modò præmij propoſuiſſet, non vt illum clarè intuerentur, ſed præſtantiſsimos quoſque angelos; nullam eis feciſſet iniuriā. Non ergo officij munera id præmij ſua natura poſtulant, vt perſpicuè propter ea Deus cognoſcatur. Maior enim hæc vis, & poteſtas eſt, quàm vt in vlla creatura eſſe natura poſsit. Dei enim virtuti tantùm ſuam felicitatem deberi natura puto. Alio modo conſiderātur iſta officij munera, cum Dei pactione coniuncta; qui pro ſua infinita liberalitate tanti illa voluit æſtimare, vt amicis ſuis explentibus ea, vitā beatam, atque felicem ſit pollicitus. Hac tanta pactione poſita, aſſeueramus noſtris nos officijs verè, & propriè vitam æternam merere. Nam quando pacifcitur quiſpiam aliquid ſe daturum ei, qui quidpiam præſtiterit, debet ex pacto, quod recipit; licet multò pluris ſit, quàm id, ratione cuius præſtatur. Vt cum Saul pactionem feciſſet, filiam ſuam matrimonio collocaturū ei, qui Goliat interfeciſſet; ex pactione verè filiam debebat Dauid: ac verè Dauid illam armis ſuis meruit. Quod ſi inter nos, & Deum huiuſmodi pactionem eſſe conſtiterit; vel inuitis aduerſarijs cauſam certè noſtram obtinebimus. Pactio verò planè ponitur apud Matth. quo loco hæc verba Chriſtum dixiſſe narratur. Omnis, qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſſidebit. Quo nihil clariùs, nihil illuſtriùs in noſtram ſententiam dici poteſt. Quæ Chriſti verba Paulus reſpexiſſe videtur dicens: Pietas ad omnia vtilis eſt, promiſsionem habens vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ. Ac Chriſtus præmia bonis hominibus propoſita ſoluturus dicet. Sitiui, & dediſtis mihi bibere; hoſpes fui, & recepiſtis me &c. Venite benedicti patris mei, percipite regnum, quod vobis paratum eſt ab origine mundi. Non gratis ſe regnum dare dicit, ſed propter illa miſericordiæ officia. Et alio loco, Beati eſtis (ait) cùm maledixerint vobis homines, & perſecuti vos fuerint, & dixerint omne malum aduerſum vos, mentientes propter me; gaudete, & exultate; quoniam merces veſtra copioſa eſt in cœlis. Merces autem rationem habet ad meritum: quod enim gratis datur, non pro mercede tribuitur. Nam merces iuſta, & digna, eſt operæ ac laboris pretium. Eſt enim dignus operarius mercede ſua, ſicut Chriſtus dicit apud Matthæum, & apud Ioannem in Apocalypſi; Venio citò, & merces mea mecum eſt, dare vnicui-

Virtus ſua natura præmiū aliquod poſtulat.

Totum meriti fundamentum explicatur

Dupliciter officia conſiderari poſſunt.

Dei virtuti tātū ſua felicitas vi, & natura ſua debetur.

Dei pactione poſita officia noſtra verè, & propriè vitam beatam merentur.

Qui ex pacto recipit aliquid, debet illud, licet præſtantius ſit quā ratione cuius præſtatur.

Verè Dauid armis ſuis meruit Saulis filiam. Marc. 19.

Quo loco aperte ponatur pactio inter nos & Deum.

1. Tim. 4.

Matt. 25.

Matt. 5.

Matt. 10.

Apoc. 22.

Stulta explicatio Caluini

vnicuique ſecundum opera ſua. Sed vide ſtultam huius loci explicationẽ Caluini dicentis, hac locutione ordinem conſequentiæ potiùs, quàm cauſæ declarari: perinde quaſi diceret, poſt opera mercedem dabo: nihil igitur amplius indicat, quàm ſi pronunciaret, ſecundum dies quos vixit, aut ſecundum noctes, quas quieuit, aut ſecundum panes, quos comedit, aut aliud ſimile, quod ei in vita vſu venit. Quid autem portenti ſimilius? Nam cur mercedem nominaret, ſi nullam proportionem, ſi rationem nullam in ter opera, & præmium eſſe ſignificare voluiſſet? Quare ſi mercedem affert, & eam ad rationem officiorum exigit, aliquid officia merent, & aliqua ratione eis gloria reſpondet. Quam rationem Dauid planè declarauit dicẽs. Pſalm.17. Reddet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatẽ manuum mearũ retribuet mihi. Ne autem dicere poſsit Caluinus, nõ cauſam, ſed ordinem conſequentiæ hac dicendi ratione declarari, mox ſubiũgit Regius vates; Quia cuſtodiui vias Domini, nec impiè geſsi à Deo; quoniam omnia iudicia eius in conſpectu meo, & iuſtitias eius non repuli à me: quia, quoniã, non niſi cauſam dicunt. Hanc verò mercedem eſſe vitam ęternam declarat Eccleſiaſticus dicẽs; Eccle.18. Nõ verearis vſque ad mortem iuſtificari; quoniam merces Dei manet in æternum. & Chriſtus ipſe, Ioan.4. Leuate oculos veſtros (ait) & videte regiones, quàm albę ſunt iam ad meſſem, vt qui metit, mercedem accipiat, & congreget fructum in vitam æternam. Quæ omnia Rmo.5. vehementer confirmat illa Pauli ſententia. Non eſt iniuſtus Deus vt obliuiſcatur operis veſtri, & laboris ex charitate ſuſcepti. Iniuſtum Deum appellare non veretur, ſi pro noſtris offi cijs gratiam non referret. Et veſtri (inquit) operis, ne has ſententiãs aduerſarij eludant, dicentes, ob eam rem tanti hęc virtutis munera fieri, quòd nõ nos, ſed Deus exequatur illa. Chriſtus etiam dixit dare vnicuiq; ſecundum opera ſua. Et Dauid, reddet mihi Dominus ſecundum iuſtitiã meã. Sed tergiuerſantur adhuc dicentes; hanc eſſe iuſtitiam fidei. cuius nam fidei? credentis ne (vt iſti fingũt) ſe per Chriſtum hæc omnia conſequi? At non huic; ſed ei, qui reliquerit domũ; aut fratres, aut ſorores propter nomẽ Chriſti huiuſmodi præmia proponũ tur. Si verò iuſtitiam fidei in eam ſententiam acciperent, vt totius huius iuſtitiæ initium eſſe dicerent; libenter in eorum iremus ſententiam. Cùm ergo tanti Deus bonas noſtras actiones æſtimauerit, vt eis tam eximia præmia propoſuerit, quę illorũ mercedẽ eſſe voluit; dubium nõ eſt, quin verè, & propriè ipſa officia tanta præmia mereant. Iam aduerſarios argumentãtes audiamus. Ex verbis Pauli, Quod ſi filij, & hæredes; ſic argumentantur. Eo modo ex ſententia Pauli ſumus hæredes, quo ſumus & filij; filij verò efficimur gratis. Nam prima reconciliatio omnium catholicorum conſenſu gratis fit: quod ſi filij ſumus gratis: gratis etiam hæreditatem cernimus. Sed primùm non nego nonnullos doctiſſimos, & catholicos viros, magnis ductis argumentis arbitrari: illam gloriæ, & præmij partem, quæ noſtrę primæ gratiæ, & reconciliationi reſpondet, dari gratis omnino. Nam gratia ſecum affert natura ſua aliquam gloriæ partem: eſt enim gloriæ quaſi pignus, & arrhabo, per quam deniq; Deus nobis gloriam vult. Alij tamen doctiſ-

Apoc.21.

Cui Chriſtus præmia proponat.

Rom.8.

Nonnulli catholici putãt gloriã primæ gratiæ reſpõdentem dari gratis: alij cõtradicunt.

doctiſsimi, & Chriſtiani viri contradicunt. Sed de hoc non eſt nobis cũ aduerſarijs noſtris diſceptatio: ſed de illo potius, quod nos exiſtimamus, virtutis munera, quæ poſtquàm in gratiam reſtituti ſumus, præſtamus, verè beatam vitam merere: quod ipſi negãt. Vt igitur illis demus, primum illum ad hereditatem aditum eſſe gratis: quòd illam tamen poſtea augeamus, non concludunt eſſe gratis: id tamen nos opera, & ſtudio, & labore noſtro fieri dicimus. Nam eſt ita natura comparatum, vt poſtquàm res vim ad agendum nacta eſt, opera, quę vis eius, & natura eſt, efficiat. Ita & nos poſtquàm tam præclaram, & eximiam vim Dei incredibili beneficio ſumus adepti, cui proportione quadam vita beata reſpondet, conſentaneũ eſt, vt res per illam vita beata dignas geramus. Quemadmodum licet nobis Deus vitam naturalem gratis, & ſine opera noſtra tribuit: gratis tamen otioſis nobis non dat, quæ ad eã & colendam, & ſuſtentandam attinent: ſed vult, vt ea opera, & ſtudio noſtro quæramus. Ad eundem modum licet veram animæ vitam gratis donauerit, operam nauare debemus, vt illam ſuſtentemus. Ex hoc etiam intelligitur alius Pauli locus, quo nobis aduerſarij reſiſtunt: Gratia Dei, vita æterna. Sanè quidem: nam in Dei gratiam recepti, viuimus æternam vitam, dicente illo, Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum, id eſt, per cognitionem, quam nobis fides ſubminiſtrat, peruenimus ad vitam æternam. Nam illa primùm charitatem excitat. & alio loco; Ego vitam æternam do ei, & omnis, qui credit in me, non morietur in æternum. Eſt etiam gratia vita æterna, quòd gratia vitam dirigamus, & producamus æternam. Eſt etiam eximia quædam vis, qua vitam colimus, & paramus æternam. Minimè tamen vt iſti volunt, efficitur, quòd gratis omnino vitam illam æternam, & felicem habeamus. Illud verò, quod loquitur ſecũ Dauid dicens, Qui coronat te miſericordia, & miſerationibus: nihil noſtræ ſententiæ repugnat. Nam quicquid boni per gratiam adipiſcimur, clementiæ, & liberalitati Dei eſt attribuendũ. Etenim ipſa modò nihil nobis merentibus, tanti boni principiũ, & cauſa fuit: ſicut is, qui ab alio in vitam eſſet reuocatus, quicquid haberet poſtea boni, tanto benefactori meritò attribueret. Et hoc magis, quòd Deus non ſolùm gratis primam gratiam, & vitam exhibet: ſed etiam ſingulare nobis auxilium in quacunque re gerenda fert. Illud verò Pauli, Non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis: id nos ita eſſe poſuimus, ſi per ſe, vique ſua æſtimentur: pactionis tamen nobiſcum factæ habita ratione, qua gloria illis pro mercede propoſita eſt, digna tanta mercede haberi debent. Poteſt tamen, & hic locus non malè declarari, ſi dicamus, nullam meriti Paulum rationẽ duxiſſe, ſed tãtùm ſignificaſſe, ærumnas, & anxietates, quas hac vita pro Chriſto perferimus, ſi cum delicijs & voluptatibus comparentur, quibus reuelanda gloria perfruemur, nullius omnino eſſe momenti. Quod alio loco planiùs dixit, momentaneũ, & leue tribulationis noſtrę ſupra modum in ſublimitate æternum glorię pondus operatur in nobis. Sicut etiã poſſemus dicere, huius vitæ deliciæ eſſe leuiſsimæ cognoſcentur, ſi cruciatibus

Res prouiſibi natura data agunt.

Anima cum corporis vita comparatur vt intelligatur meriti natura.

Rom.6.

Quid ſit gratiam eſſe vitam æternã.

Ioan.17.

Ioan.10.

Ioan.11.

Pſalm.102

Quidquid boni per gratiã adipiſcimur, eſt Dei clementiæ attribuendum.

Rom.8.

Pauli locus declaratur.

2.Cor.4.

bus æternis cõferantur. Hic nulla meriti habetur ratio; veriſsima tamen ſunt quę dicũtur. Sed vehementer vrgere nos ſibi aduerſarij videntur illa Chriſti ſententia: Cùm feceritis, quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus: quod ita à nonnullis catholicis explicatur; exiſtimate nullã mihi Domino veſtro vtilitatem afferre; vt pote cum bonorum noſtrorum (vt Dauid ait) non egeat; voſque officiorum veſtrorum fructum percipietis. Sed meliùs eſt vt dictis perſiſtentes dicamus, inutiles nos ſeruos eſſe; quòd cũ eius ſerui natura ſimus: nos enim ipſe finxit, & ad vitam neceſſaria præſtat: nihil nobis, quod ei pareamus, & obediamus debet ipſe, imo nos ei debitum reddimus. Quare ſi tãta nobis prẽmia proponere dignatur; eius ſummæ liberalitati, atque clemẽtiæ aſsignandum eſt; nihil noſtris meritis arrogandum. Quam explicationem, quæ antecedunt, oſtendunt. Nã dixerat: quis autem veſtrûm habet ſeruum arantem, aut paſcentem boues, qui regreſſo de agro dicat illi, ſtatim tranſi, & recumbe: & non dicit, para quod cœnem, & præcinge te, & miniſtra mihi donec manducem, & bibam: poſt hæc tu manducabis, & bibes. Nunquid gratiam habet ſeruo illi, quia fecit, quod ei imperauerat? nõ puto. Deindẽ concludit. Sic & vos cũ feceritis omnia, quæ præcepta ſunt vobis &c. id eſt, ſi herus nullas gratias agit ſeruo, nullam menſam parat, cũ ab agro colendo redierit: ſed alia rurſus obſequia imperat: ita nullas vobis Deus gratias, vt rerum natura fert, nullam menſam parare debebat; cum ab hac vita, atque adeo cum virtute culta, ad illum moriendo redeatis. Quare ſi immenſum illud parat, & ſtruit conuiuium, de quo ipſe loquitur dicẽs, Ecce ego diſpoſui vobis regnum, ſicut diſpoſuit mihi pater, vt edatis, & bibatis ſuper menſam meam in regno meo: hoc tam incredibile beneficium, ſummæ, & infinitæ magnificentiæ eius, non meritis vllis noſtris acceptum ferre debemus. Sed poſtquàm tantum præmium pro bonorum ſtudiorum mercede poſitum eſt rectis, & honeſtis ſtudijs, illud Dei amicum promerere non dubitamus. Id quod Concilium Lateranenſe cenſuit capite primo dicens: Non ſolùm autem virgines, & continentes; verùm etiam coniugati per rectam fidem, & operationem bonam placẽtes Deo, ad æternam merentur beatitudinem peruenire. Et Concilium Tridentinum ſeſſione ſexta can. 32. Si quis dixerit, hominis iuſtificati bona opera ita eſſe dona Dei, vt non ſint bona ipſius iuſtificati merita; aut ipſum iuſtificatum bonis operibus, quæ ab eo per Dei gratiam, & Ieſu Chriſti meritum, cuius viuum membrum eſt, fiunt: nõ verè mereri augmentum gratiæ, vitam æternam, & ipſius æternæ vitæ: ſi tamen in gratia deſceſerit, conſecutionem, atque etiam gloriæ augmentum; Anathema ſit.

Luc. 17.

Lucæ locus exponitur.

Quod nobis Deus tanta præmia proponat ſuæ benignitati aſſignandũ eſt.

Luc. 22.

Cõcilium Lateranenſe.

Concilij Tridentinum.

CAP. 17. Licere in colenda virtute mercedem ſpectare.

SVperiori noſtra ſententia poſita, eſt etiam magna nobis cum aduerſarijs noſtris controuerſia; An liceat in virtute colenda mercedem ei Dei benignitate propoſitam ſpectare: hoc eſt, an liceat officiũ exequi propter vitã beatam adipiſcendã. Aduerſarij iniquum, & nefarium eſſe con-

contendunt: nos autem contradicimus. Nam vita beata est verè finis noster: fas igitur est ad eum actiones nostras referre. Nam omnis actio, omne studium est propter finem, vt inquit Aristot. in primo ethico. Licet igitur eum nobis in agendo finem proponere, qui est verus totius humanæ vitæ, & perfectissimus exitus: & ad hunc finem vitæ cursum Paulus, vt dirigamus, & componamus monet dicens; Nescitis, quod ij, qui in stadio currunt, omnes quidem currũt; sed vnus accipit brauium. Sic currite, vt comprehendatis: tantique finis cogitatione ærumnas, & incõmoda sua Abraham, Isaac, & Iacob leuasse narrat dicens; Fide cõmoratus est in terra promissionis, tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac, & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem: expectabant enim fundamenta habẽtem ciuitatem, cuius artifex, & conditor est Deus. Laudat item Colossenses, quòd propter tantum finẽ in officio erant dicẽs; Gratias agimus Deo, & patri Domini nostri Iesu Christi semper pro vobis orãtes, audientes fidẽ vestrã in Christo Iesu, & dilectionẽ, quã habetis in sanctos omnes propter spẽ, quæ reposita est vobis in cœlis. Quid? Deus ipse in sacra scriptura nos spe præmij ad pietatis munera excitat: ait enim, Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, suscipiant vos in æterna tabernacula. Et Paulus ait, Exerce te ipsum ad pietatẽ: nam exercitatio corporalis ad modicum vtilis est: pietas autẽ ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ, quæ nunc est, & futuræ. Licet igitur vt nos ipsos excitemus ad pietatem, & virtutem colendam, tantam ob oculos nostros mercedẽ proponere: sicut ille filius familias, qui vniuersum patrimonium decoxerat, se tandem colligens dixit. Quanti mercenarij in domo patris mei abundãt panibus; ego autem hic fame pereo. Surgam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei, Pater peccaui in cœlum, & coram te; iam non sum dignus vocari filius tuus; fac me sicut vnũ de mercenarijs tuis. Ecce, vt spe mercedis animum suum erigit, ac mercedem, vt peteret, ad parentem profectus est: nec tamen is eius animus, parentẽ vllo modo offendit. Quid? an nõ bonum, & pium est dare operam, vt Dei nobis gratiam conciliemus? gratia est autem, qua nobis Deus vitam æternam, & beatam cupit: eniti igitur æquum est, vt nobis Deus vitam cupiat beatam: ac proinde æquum est dare operam, vt huiusmodi vitam adipiscamur: præsertim cùm ipsa natura sua Dei cõiunctissimam amicitiam comprehendat. Neq; potest esse vt is, qui vehementer Deum amat, non cupiat cum eo summam coniunctionẽ habere; qua nulla maior est, quàm ea, quam vita præstat beata. Iam verò vt fas est bonam valetudinem, rerum scientiam, & alias vtilitates optare; curid boni, idque vtilitatis, quo nihil præstantius, nihil excellentius, fas nõ sit in votis habere? & vt licet aliquas actiones ad bonam valetudinem adipiscendam referre; cur etiam non liceat, vt tam felici vita fruamur? Sic Paulus de Moyse dicit. Maiores diuitias æstimans thesauro AEgyptiorum improperiũ Christi: aspiciebat enim in remunerationem. Et eosdem Hebræos hortabatur, vt æquo animo res aduersas tolerarent, vt magno à Deo augerentur munere dicẽs: Nolite itaq; amittere confidentiam vestram,

Vita beata est vere finis noster: quare fas est agere propter illã.

Aristo.

1. Cor. 9.

Finis cogitatione incõmoda sua patriarchæ leuabant.

Heb. 11.

Colo. 1.

Spe præmij nos Deus ad pietatis munera excitat.

Luc. 16.

1. Tim. 4.

Luc. 15.

Gratia est qua nobis Deus vitam beatã cupit.

Vita beata Dei coniunctissimã amicitiam comprehendit.

Hebr. 11.

Hebr. 10.

veſtrã, quæ magnam habet remunerationem. Et Dauid ait, Inclinaui cor meũ ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. Sed dicunt aduerſarij; illud propter retributionem non eſſe in Hebræo: at eſt in editione ſeptuaginta interpretum, & in vulgata noſtra editione, quæ magna apud Catholicos auctoritate valere debent: illa, quòd eam Apoſtoli, & Euangeliſtæ ad verbum in libris ſuis citaſſe videntur: iſta, quòd eam ſanctum Concilium Tridentinum probauit. Quod quidem hoc, ſecundum ſententiam noſtram, fecit decretum; Eos orthodoxæ religionis doctrinæ aduerſari, qui ſtatuunt in omnibus operibus iuſtos peccare, ſi in illis ſuã ipſorum ſocordiam excitando; & ſeſe ad currendum in ſtadio cohortando, cum hoc vt imprimis glorificetur Deus; mercedem quoque intuentur æternam. Et Canone vigeſimoprimo. Si quis dixerit iuſtum peccare, dum intuitu æternæ mercedis benè operatur Anathema ſit. Sed argumentantur aduerſarij; Chriſtus dãnat paſtorem mercenarium: non igitur fas eſt mercedis in explendo officio rationem ducere. At mercenarium paſtorem vocat Chriſtus, non eum, qui mercedem ſpectat æternam: nunquam enim is oues ſuas deſereret, quibus deſertis mercedis etiã æternæ iacturam faceret; ſed eum vocat mercenarium paſtorem, qui paſcit oues ſuas non illarum amore, & beneuolentia ductus, ſed propter diuitias, & opes augendas, aut propter humanos honores, & alia commoda acquirenda. Ex quo fit vt in rebus aduerſis, quando oues has vtilitates non reddant, ab eius officijs deſerantur.

Pſal. 118.

Editio vulgata & ſeptuaginta interpretum magna valent auctoritate.

Concilium Tridentinum.

Ioan. 10.

Quem vocet Chriſtus mercenarium paſtorem.

CAP. 18. *Licere meritis ſuis viro bono confidere.*

EX eo quod probauimus poſſe nos de Deo bene mereri, cõuincitur alius aduerſariorum noſtrorũ error, affirmantium, iniquum eſſe quenquam fidente officijs ſuis, bene de Deo ſperare. In illo enim errore perſiſtunt, omnes actiones noſtras eſſe flagitia. Quare error iſte refellitur tum argumentis illis, quibus probauimus non omnes actiones humanas eſſe flagitia; tum illis, quibus dudum oſtendimus, officijs noſtris vitam æternam mereri poſſe. Is enim qui meretur, iure optimo confidit ſe mercedẽ accepturum ab eo, de quo benemeritus eſt: tum etiam ſi verum illud eſt, quod multis argumentis demonſtrauimus, iniquum, & cõtra veram religionẽ eſſe exiſtimare, ea re tãtùm homines in Dei amicitiam recipi, ſi credãt ſe per Chriſtũ eſſe iuſtos; neminemq; à Deo ſalutem impetraturũ, niſi officij munera exequatur: non igitur in vna tantùm miſericordia Dei ſpem debemus ponere; ſed etiam in officijs noſtris, quæ ſi non adſint, nullus vir ſola Dei miſericordia ab eius erit ira tutus. Deinde officia ipſe noſtra requirit: eis ergo fretis, ad eius clementiã nobis confugiẽdũ eſt. Nam tũ meritò Deo confidimus, ſi iuſſa eius faciamus. Extremæ enim dementiæ eſt Deo niti eum, qui nihil eius iuſſa, & præcepta curat. Quis enim fretus ſit inimico, aut ſpem ponat in eo, quem ſemper contempſit? Vita igitur honeſtè acta in memoriã reuocanda eſt, vt benè firma ſpes, & fiducia noſtra ſit: ſicut ille monet, qui dixit; ſi cor noſtrũ nõ reprehenderit nos.

Non in ſola Dei miſericordia, ſed etiã in noſtris officijs debemus ſpem ponere.

Merito Deo confidimus ſi iuſſa eius faciamus.

1. Ioan. 3.

ma sit spes nostra vita honestè acta in memoriã reuocanda est.

...noo, fiduciã habeamus apud Deum; & quicquid petierimus, accipiemus de Deo: quoniam mãdata eius custodimus. Et ita ille precatus est, qui dixit; Obsecro Domine, memẽto quomodo ambulauerim corã te in veritate, & corde perfecto, & quod placitũ est coram te fecerim. Et ille qui dixit, 4.Reg.20. Pſal.131. Memento domine Dauid, & omnis 2.Tim.4. mansuetudinis eius. Paulus etiam dicens, bonũ certamen certaui, fidẽ cõseruaui: de reliquo reposita est mihi corona iustitiæ, quã reddet mihi Dominus in illa die iustus iudex. Et alio Rom.5. loco. Non solùm autẽ, sed gloriamur in tribulationibus; scientes quòd tribulatio patientiã operatur; probatio verò spem; spes autem non cõfundit. & Tobias planissimæ sentẽtię nostrę Tob.4. subscribit dicens; Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna omnibus facientibus illam. Sed dicũt aduersarij; Pſal.48. Dauid reprehendit eos, qui cõfidunt in virtute sua, & in multitudine diuitiarum suarum gloriãtur: & Salomõ, Prou.12. *Quis cõfidat in virtute sua.* Qui confidit (ait) in cogitationibus suis, iniquè agit. At is confidit in virtute sua, & in cogitationibus suis, qui viribus suis naturalibus, & industria sua fretus, confidit se fore securum: At eum, qui officijs quibus Deo iuuãte functus fuit; & prudẽtia, quam ex eius lege comparauit, & eius afflatus numine imbibit vnà cum Christi meritis confidit, minimè Dauid, & Salomon reprehẽdunt. Nam is potiùs in Deo, quàm in se spes, & rationes suas Pſal.10. collocare videtur: sicut Dauid ait, In Pſal.30. Domino cõfido, & in te Domine speraui, & Deus noster refugium, & virPſal.45. tus: vereq; is sibi persuasit quod Paus 2.Cor.3. lus docet; Non sumus sufficientes cogitare aliquid à nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est. Nam cognoscit à Deo se habere vt recta cogitet, & efficiat, & vt quæ cogitauit, & fecit, felici, & perpetua vita digna sint. Quare licet multa merita 1.Par.29. sancti, & boni viri erga Deum extẽt, nihil de sua virtute gloriabitur; sed illud ingenuè fatebitur, quod Dauid; Tua est Domine magnificentia, potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus, &c. Quis ego, & quis populus meus, vt possimus hęc tibi vniuersa promittere? tua sunt omnia, & quę de manu tua accepimus, dedimus tibi, &c. Scio Deus meus, quod probes corda, & simplicitatem diligas; vnde & ego in simplicitate cordis mei lætus obtuli omnia hæc. Deoque longè *Magis Deo gloriosum est creaturæ vt merere possit præstare. quàm quod ipse Deus merita præstet.* magis magnificum, & glorioſum est imbecillæ creaturæ, vt tãta possit præstare, cuiusmodi est, vt benè de Deo mereatur; quàm quod ea ipse (vt aduersarij dicunt,) per se faciat: sicut magis, & glorioſius quiddam est vt cæcus videat, & mutus loquatur efficere; quàm quod ipse qui id effecerim, videam, & ipse loquar. Sic etiam Paulus intelligitur, cùm nos admonet, ne nobis fidẽtes simus: ideſt, vt nihil nos 2.Cor.1. nostra solùm virtute facere posse putemus: sed vt illud semper Regij vatis ob oculos nostros versetur: *Locus Pauli explicatur.* Quoniam fortitudo mea, & refugiũ meũ es tu. Quod verò nos aduersarij Pha- Luc.18. risæo comparant, qui iustitiã, & æquitatem suam iactabat; & publicanum despiciebat: contumelia potiùs est, quàm argumentũ. Nam Phariſęus iustus non esse videbatur; licet se, & iustitiã suã vẽditabat. Lucas enim narra- *Quid inter nos in officijs nostris confidentes, & Phariſæũ interſit.* uerat eam similitudine Christũ proposuisse, vt eos notaret, qui sibi, tanquã si iusti essent, cõfidebant, & aspernabantur cæteros. Quare Phariſæus illis confertur, qui iustus nõ erãt. Signi-

ficare videtur igitur eum iustum nō fuisse: nos verò de piorum hominum officijs disserimus. Deinde Pharisęus contumelioſus erat, temerè publicanū condemnādo: nos autē iudicia temeraria vetam⁹. Publicanū præterea, qui ſe ſubmiſſè gerit, & Deum offendiſſe recogitat, non contēnimus; ſed clementer amplectimur. Quare multùm inter nos, & Phariſęum intereſt: nihilq; nos conuitia iſta de ſententia noſtra detrudent; quam Concilium Tridentinum decreuit his verbis. Si quis dixerit iuſtos nō debere pro bonis operibus, quæ in Deo fuerint facta, expectare, & ſperare æternam retributionem à Deo per eius miſericordiam, & Ieſu Chriſti meritum, ſi benè agendo, & diuina mandata cuſtodiendo vſque in finem perſeuerāuerint; Anathema ſit.

Concilium Tridentinum.

CAP. 19. *Certum nos habere non poſſe in gratia eſſe cum Deo.*

SEd ij, qui negāt licere meritis ſuis viro iuſto confidere, aſſeuerant, eundem certū habere, Dei ſe gratiam retinere: Luteruſque, Caluinus, Melancton, Spangembergus, Buzerus, tanta id pertinacia affirmāt, vt crimen eſſe putent, non ſolùm de hac re dubitare; ſed etiam vtrùm ad mortē vſq; Dei gratiā retēturi ſimus. Vtrūque enim ſua ſentētia habere pro certo Chriſtianus debet; & quòd ſit in gratia apud Deum; & quòd in ea ad finē vſq; vitæ futurus eſt. Quæ adeò ſunt inſana, vt non ſolùm furere, ſed etiā furijs omnibus agitari homines iſti videantur. Colligunt tamen id ex fide illa ſua fabuloſa, qua nos iuſtos fieri dicunt: dūmodò certo per Chriſtū nos iuſtos eſſe credamus. Sed primo capite libri huius tantùm abeſſe probaui, vt ea fides Deo nos reconciliet, vt nugarum plena ſit. Quare valent etiam argumenta illa ad probandū, hinc de gratia cū Deo nihil certi nos habere poſſe. Et eò magis, quòd dicant Luterus, & Melancton, in gratiæ reconciliatione, & pœnitentiā, & contritionem poſtulari. Ait enim Luterus: Simul dum homo conteritur, Dei gratia infunditur: quę verba ſunt illius in lib. de decem articulis; & in libro de decem præceptis: In nullo (ait) melius deprehenditur fides, quàm in operibus charitatis. Melanctō in ſuis locis cōmunibus titulo de bonis operibus ait, Qui non agunt pœnitentiā, ſed indulgent vitioſis cupiditatibus, nō retinēt fidē. Et in lib. Ratiſponenſi ab ipſis cōfecto art. 5. dicunt, Cùm renouatio ſit imperfecta, & hæreat in renouatis infirmitas, tamen dicēdum eſt, vt qui verè pœnitent, ſemper fidē firmiſsima ſtatuant, propter mediatorem Chriſtū Deo placere. Quis autē certo ſcire poteſt, ſe verā pœnitentiā egiſſe, ex animoq; doluiſſe, ſiquidem actiones hæ à volūtate proficiſcūtur: ac proinde non admodùm certæ nobis eſſe poſſunt. Delicta quis intelligit (ait Dauid) ab occultis meis munda me, & ab alienis parce ſeruo tuo. Deinde ſi non in alio melius deprehēditur fides, quàm in operibus charitatis, vt Luterus ait; cū merito dubitare poſsimus, an ſatis operibus charitatis functi fuerimus: dubitare etiā poſſumus, an iuſtificatio illa nugatoria fide ſimus. Iam verò Ioānes dicit, Siquis diligit me, ſermones meos ſeruabit, & pater meus diliget eum. Sed nemo vlla via Deo tacente certus eſſe poteſt, vtrùm Chriſti ſermones ſeruauerit: Quis ſciet igitur vtrùm diligat eū: ac proinde

Luterus. *Melancton.* *Liber Ratiſponenſis.* *Pſal. 20.* *Ioan. 14.* *Nemo Deo tacente ſcire poteſt vtrum Chriſti ſermones ſeruauerit.*

Luterus, Caluinus, Melācton, Spāgembergus, Buzerus.

proinde vtrùm ab eo diligatur. Omnia etiam sacræ scripturæ testimonia, quibus officij munera necessaria esse demonstrauimus, ad hanc aduersariorum sententiam refellendã proferri possunt. Quæram etiam ex eis, qua nã re nixi tam certi de sua salute sint? Nam demonstratione ex naturę peti ta principijs non nituntur, cùm nulla similis esse possit demõstratio. Minimè verò eam in se gratiam experiũ tur. Nam fidem ad credẽdũ in gratia esse cũ Deo non postularent: nec tam amentes erunt, vt vllum de hac re responsum sibi Deũ dedisse dicãt. Nulla verò sacrosanctæ scripturæ oracula proferent, quibus de hac re certos se fieri probẽt. Nã generalia illa sunt; tum apponitur conditio, nẽpe si crediderint, si sperauerint, si dilexerint, si pœnitentiã egerint. Nullũ verò est in sacris literis oraculũ enuncians Lutherum, aut Melanctonem, aut Buzerũ esse iustos. Quî de sua igitur sunt certi iustitia? si neq; demonstratione, neq; experimẽto, neq; diuino responso illam cognoscũt. Quæ via reliqua est, qua de vllare certum habeamus? Cũq; homines natura timeãt in periculis, magnũq; sit periculũ æternæ vitæ non obtinẽdæ; qua consolatione hunc metũ natura cõparatum depellunt? qua re homines in tanto periculo leuãt? Quid discipulis suis præstãt? quare fas eis non sit in tãto, quod eminet malo, non formidare? Illud illud existimo, si ad tantam eos adigant insaniã, vt pro certo credant se Dei gratiam perpetuis tẽporibus retẽturos. Quod quidẽ tãta pertinacia Buzerus affirmat, vt in huius sententiæ cõcordia afferẽs illa verba Augustini. 11. de ciuitate. c. 12. dicẽtis, iustos de suo perseuerantiæ prẽmio esse certos; de ipsa tamen perseuerãtia sua incertos reperiri: in aliam longè diuersam sentẽtiã illa trahere conatur, interpretans de ignoratione dici, quæ cũ scientia pugnat. Sed vt in tanta istorum stultitia cõniuẽtes demus eis, homines illa sua fide nugatoria Dei sibi gratiã reconciliare: nunquã tam stultã sentẽtiam defendẽt. Nam sicut huiusmodi fidẽ sua voluntate habent; sic possunt sua illã volũtate deponere. Quî ergo certi sunt eam se nũquã deposituros, & sic diuinã gratiã amissuros? Ecquod in me situ̇ est vt sit, vel non sit, certisi mũ appellatis? Nonne omniũ philosophorũ consensu futurũ id contingens dicitur? Illud tãtum certissimũ haberi debet, quod nulla humana potentia mutari potest. Quid? nõne ipsi dant vnum esse peccatũ, nempe incredulitatem; quo fides, & omnis nostra iustitia corruit? Nonne tale scelus admitti ab eo potest, qui iustus est? vnde igitur certũ habebit, se non facturum, quod facilimè potest facere? Sed quid ego cum insanis hominibus disputo? si enim illos ad illud maximũ absurdũ, impium, & sacrilegũ cõpellam: tam securo, & tranquillo animo esse debere eũ, qui sit omnibus sceleribus cõtaminatus, dũmodò credat; quã Virginẽ beatissimã, quæ vitã vniuersam cũ summa virtute coluit: facilè id ipsi patiũtur: nõ enim verẽtur in Deũ, & sanctos eius contumelios̃issimi esse. illorũ tamẽ impudica verba, & nefarias voces missas faciã; & tantùm cõscientias in hac causa imploro, ipsæ narrent, ipsæ testentur, an vnquã tanta trãquillitate, tantave securitate fuerint: an tot eos, tãtaq; admissa flagitia mordeãt, agitẽt, & infectẽtur. Planè hęresis ista est Iouiniani, qui gratiã semel collectã effundi nõ posse dicebat.

Nec demonstratione, nec oraculo vllo hæretici de sua salute certi esse possunt

Fide sua nugatoria aduersarij nitẽtes de sua salute certi esse nõ possunt.

Quod in me est vt sit vel non sit, nõ potest esse certum, sed contingẽs appellatur.

Hæresis Iouiniani.

Buzerus.

Augustinus.

bat. Sunt & multa ſacroſanctæ ſcripturæ loca, quæ hos erroris, & amentiæ conuincunt. Primum illud Eccleſiaſtes: Nemo ſcit an odio, vel amore dignus ſit. Quem locum aduerſarij facilè ſibi videntur eludere dicentes, in aliam eſſe ſententiã dictũ: quòd intelligat, qui facinus indignũ aliquod admittit, in odio eſſe apud Deum. Vera tamen illius loci ſententia eſt, latere vnumquenque, vtrùm ſe Deus aduerſus eum amicè, vel inimicè gerat. Nam plerique ſe à Deo amari putãt, cùm res fauſtè, & feliciter eueniant; & ſi multis peccatis teneantur, in eis Deum facilè conniuere iudicãt. Contrà verò eius odium incurriſſe, cum nihil ex ſententia cadat. Sed non eſſe id iudicium certum, Sapiens verbis prædictis docet: Dixerat enim, Intellexi quod operum Dei nullam poſſit homo inuenire rationem eorũ, quæ fiunt ſub ſole: & quantò plus laborauerit ad quærendum, tantò minùs inueniat; etiam ſi dixerit ſapiens ſe noſſe, non poterit reperire. Omnia hæc tractaui, &c. Deinde dicit; Tamẽ neſcit homo vtrùm odio, vel amore dignus ſit: quo generalem illam propoſitionẽ ex duabus rebus probat, quæ notiores fore videbantur, ex odio, & amore Dei erga nos. ideſt amorem, & odium Dei erga nos; quæ in eius operibus numerat, nemo cognoſcit. Illud verò, quod ſequitur: ſed omnia in futurum ſeruantur incerta; quod fecit, vt nonnulli putarent, de prædeſtinatione æterna dici: ad eandem, quam expoſuimus ſententiam referẽdum eſt. ideſt, omnia temporibus his in occulto latent. Nam hoc non eſt in Hebræo, ſed eius loco חֲבַל לִפְנֵיהֶם *hacol liphnehem*. ideſt omnia ante eos. Ideſt, cum omnes rerum euentus videant. Quod amplius declarat deinde dicens, vniuerſa æquè veniunt iuſto, & impio, bono, & malo. ideſt, hinc perſpici licet ignorare nos omnino, nũ ſe Deus nobiſcũ amicè, vel inimicè gerat: quòd tã iuſto, quàm impio res, & proſperę, & aduerſæ cõtingant. Quare qui ſcelus admittit, quãuis certo ſciat Dei odium in ſe concitaſſe: ignorat tamen, nũquid Deus cum illo amicè, vel inimicè agat. Ná ſi bona tribuit; fortè vt illum beneficijs alliciat; ſecundum illud Pauli: Commendat charitatem ſuã Deus, quod cũ adhuc peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: fortè etiã vt colligat maiores iras, & illũ incautum opprimat; iuxta illud: Adhuc eſcæ eorum erãt in ore ipſorũ; & ira Dei aſcẽdit ſuper eos. Sin autẽ mala inferat; fortè vt illum tanquã pater puniat; ſicut Dauidem: fortè etiã vt tanquam iudex vindicet: ſicut Saulẽ. Quarum rerum cõſideratio bonum virum timere, ac dubitare cogit. Quare illud ſemper incertũ eſt, quod Sapiens teſtatur, an ſe Deus nobiſcum amicè, vel inimicè gerat. At vt aduerſarij dicunt, nihil eſt quod viri boni formidẽt, cùm apertè Dei in ſe beneuolentiã cognoſcãt: à ſapientis igitur ſententia longè differũt. Hæc eadẽ Sapientis ſententia multis verbis tractatur apud Iob. 8. &. 9. cap. grauiſſimoque verborũ põdere, dũ Iob ſuos amicos arguit, noſtrorum aduerſariorũ errorem conuincit: quocirca altius iſtã diſputationẽ repetã, quò facilius intelligatur Iob ſecũdum nos verba facere. Cõtẽdit primùm Baldad Suhites probare, Iob merito ſuo tam grauẽ pœnam ſuſtinere. Deus enim non eſt iniquus iudex vt puniat innocẽtẽ; quin potiùs in improbos homines ſeuerus eſt;

Eccl. 9.

Locus eccleſiaſtæ accuratè exponitur.

Latet vnumquẽque vtrũ ſe Deus amicè, vel inimicè gerat.

Cur lateat vtrũ ſe Deus amicè vel inimicè gerat.

Rom. 5.

Pſal. 77.

Iob. 8. &. 9.

Iob noſtrorũ aduerſariorũ errorem conuincit.

Locus Iob accuratè explicatur.

Quo pacto Baldad probet Iob meritò ſuo tam grauem pœnam ſuſtinere.

est, in probos verò benignus: ideo dicit, Vsquequò loqueris talia: nũquid Deus supplãtat iudiciũ? aut omnipotẽs subuertit, quod iustum est? Etiã si filij tui peccauerint, & dimisit eos in manu iniquitatis suæ, id est, meritas pœnas dependerũt: tu tamẽ si diluculo consurrexeris ad Deũ, & omnipotentem fueris deprecatus: si mundus, & rectus incesseris, statim euigilabit ad te, & pacatum reddet habitaculũ iustitiæ tuæ. Quasi bonis viris aduersa etiam non accidant: quod amplius persequitur, impium comparans cũ stipite, humore carente, qui perit ita tim, nullumque fructum fert, dicens; Nunquid virere potest scirpus absq; humore? aut crescere carectum sine aqua? Cùm adhuc sit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas arescit: sic vitæ omnium, qui obliuiscuntur Deum, & spes hypocritę peribit. Hominem verò pium cum stipite cõfert, qui secundum aquas mittit radices suas, quæ latius se diffundunt, & rami eius in altum attolluntur, magnosque reddunt fructus, & ita, Humectus (ait) videtur antequàm veniat sol, id est, nullus eũ æstus vret, & in ortu suo semen eius egredietur. Super aceruum petrarum radices eius densabũtur. גל *gal* noster interpres aceruum reddit petrarum: sed propriè significat aceruum siue lapidum, siue terrę, siue aquarum, id est gurgitem, atque fluctum. Sic Esaiæ 48. גליהם *galehem* fluctus maris. Hinc etiam fit, vt fontẽ significet, vt exponit Rabi Kimhi Iosue 15. Chaldęus vero vertit. שקיא *Sequia* irrigationem Quare locum illum, super aceruum petrarũ radices eius densabuntur, omnes ad vnum Hebræi exponunt: secundum fluctum, vel fontem radices aget. Ex quo etiam noster interpres explicari potest: id est, radices eius densiores erunt aceruo petrarum; quippe quæ sint irriguæ, ob id que valde augentur densæque fiunt. Rursus illud, inter lapides commorabitur, verbum Hebræum est. חוה *haza* quod ferè semper videre significat. Sed hoc loco, & Danielis 8. significat Hebræis implicare, & intricare: fortè hâc, & illâc diffundi, & expandi verbum proprie significat; & hinc in aspectum translatum est, quòd se latius diffundat, ac eadem de causa in arborum radices; hinc חזוזים *querè hazur* cornu perplexum, & implicatum Hebræi dicunt: quod noster interpres legit, inter lapides: Hebraicè est domus lapidum, forte loco. בית *bet*, quod nunc est, id est domus; legit ipse. בין *ben*, id est inter; nam valde similia sunt, quòd vna tantùm litera differãt. Quare hic locus, si verbum de verbo reddatur, ita ex Hebræis conuertendus est. Domũ lapidũ implicat: vel distendit, hoc est, radices suas instar domus lapideæ distendit: quod est, magnas radices agit. Eandem noster interpres habet sententiam, id est, tam firmas radices aget, quasi lapidibus esset munitus: persistit enim optimè in versione acerui petrarum. Deinde suæ causæ statum concludit. Deus non proiiciet simplicem, neque porriget manum malignis. Ad quæ Iob ita capite nono respondit, vt Deum potentissimum esse concedat, qui omnia citò potest conuertere, & impium deijcere, & pium attollere: negat tamen iustum esse semper sicut arborem lætã: impium autem sicut infelicem. Imo è contrario plerumque accidit: quod vt demonstret, idem proponit, quod Salomon loco citato, eodemque mo

Impium comparat Baldad cũ stipite humore carente.

Pium comparat Baldad cum stipite qui secũdum aquas mittit radices suas.

Esai. 48.

Non semper est piusvir tã quã arbor lata impius vero tanquàm infelix.

do illud probat, dicens: Qui facit magna, & incomprehensibilia, quorum non est numerus. Id quod probat dicens, si venerit ad me, non videbo eũ: si abierit, non intelligam: quæ sunt eo dem modo exponenda, vt dudum Salomonis verba exposuimus. Et ex aduersarijs quæram, vndę ipsi intelligant, quod Iob nunquàm intellexit. Rursusque dicit. Qui etiam si habuero quidpiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor. Si iustificare me voluero, os meũ condemnabit me: si innocẽtem ostendero, prauum me comprobabit. Sua igitur voce ex Iob sententia se aduersarij condemnant, cùm iustos se prædicant. Rursusq;, si simplex fuero, hoc ipsum ignorauit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Improbè ergo aduersarij nostri mentiuntur asseueran tes scire, se iustos esse. Deinde statum suæ defensionis concludit, contrà ac concluſum est à Baldad, dicens; Vnũ est, quod locutus sum, innocẽtem, & impium ipse consumit. Id est, vt Salomon dixit, vniuersa æquè veniunt & iusto, & impio, bono & malo. Datq; Paulus apertissimum huius rei testimonium dicens; Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer. Græce est ἀνακρίνωμαι, quod, vt mea fert opinio approbari hoc loco, & commendari declarat. Et ita quidẽ Georgius Græcus exponit dicens, ἀνακρίνεσθαι γὰρ ἐνταῦθα τὸ λέγειν, ὅτι κρίνεται ὑπὸ τοῦ παύλου καὶ ἀποδοκιμάζεται τοῦτο δὲ λέγει, ποιῶν διαφόρους τοὺς παύλους καὶ κηφᾶς. Erant enim Corinthij in partes diuisi: quidam autem Paulum, quidã Apollum cæteris anteponebãt: & ob eam rem Paulus dicit, susq; deque habere honorificum, ipsorum de illo iudicium, vel aliorum hominũ. vt Photius interpretatur. nã inquit ἀλλὰ οὐδὲ πᾶς ἄλλος τοῦτο ἀγαθὸν, τὸ ἀλλὰ οὐδὲ ὑπὸ ἀνθρώπινης ἡμέρας. Ac vocare videtur humanum diem, prosperum rerũ cursum: sicut è contrario calamitas, & aduersa fortuna nox solet in sacris literis appellari. Ab humano igitur die iudicatur is, cui plausus populares tribuuntur, & in oculis hominum est. Qua ratione dicendi Ieremias vsus est, vt significaret, nullam hominum in vaticinando commendationem desidera re. Tu es (ait) laus mea, diem hominis non desideraui, tu scis. Quam Ieremię locutionẽ Paulus hoc loco mihi perstringere videtur. Dicit præterea: Sed neque meipsum iudico, id est approbo, quod idem ampliùs declarat subijciens. Nihil mihi (inquit) conscius sum: sed in hoc non iustificatus sum. Paulus sanctissimus se non approbat, se non audet iustum putare, cum sibi conscius nullius sceleris sit; & homines sceleratissimi scilicet se laudare, se iustos audebunt dicere? Quis isti iustitiæ credat: aut quis non eos ex tanta arrogantia improbos, & sycophantas esse cognoscet? Præsertim cum Sapiens dicat, Quis potest dicere? mundum est cor meum, purus sum à peccato. & alio loco, Beatus homo, qui semper est pauidus. Et Ecclesiasticus; de propitiatu peccatorum noli esse securus. At isti nihil timent, tutissimos, atque securissimos ab omnibus se prædicant peccatorum supplicijs; ad regna cœlorum aditũ, vel Deo inuito, sibi patere iactant. Deum Opt. Max. contemnunt, negligunt, & cõtumelijs appetũt, fures, sicarios, parricidas, sacrilegos suo regno prohibere nõ posse prædicãt. Quibus autẽ argumentis, quàm leuibus, & inanibus id sibi persuadeant videamus. Quòd Paulus dicat, Vosmetipsos tentate, si

1. Cor. 4.

Pauli locus accurate explanatur.

Ierem. 9.

Prou. 20.

Prou. 28.

Eccle. 5.

Quæ aduersa rij suscipiant incommoda.

2. Cor. 13.

estis

Pauli valde accurate exponitur.

estis in fide, ipsi vos probate. An non cognoscitis vosmetipsos quod Christus Iesus in vobis est? nisi forte reprobi sitis. Quo Luterus confectum esse dicit, certos nos, de nostra gratia, & iustitia esse. Quem locum quidam ex nostrorum numero cum aduersarijs certantes, valde sophisticè, & puerili ter exponunt; quædam de certitudine (vt ipsi loquuntur) charitatis, & fidei tradentes, ab hoc loco valde aliena, & ad sententiam Pauli minimè penetrantes: qui toto cœlo ab aduersariorum nostrorum opinione distat. Nã Paulus in hac epistola à pseudoapostolis se, qui illius gloriæ, & dignitati detrahebãt, valde defendit: ita vt cogatur duobus capitibus proximè superioribus se vehementer laudare, res suas magnificè gestas, & à Deo acceptа beneficia narrãs: cõcluditq; in capite proximè præcedẽti; Signa apostolatus mei facta sunt super vos in omni potentia, & signis, & prodigijs, & virtutibus. Itaq; parùm antè quã enunciet ea, quæ à nostris aduersarijs proferũtur, dicit, an experimẽtũ quæritis eius, qui in me loquitur Christus? Id est, an alijs modis experiri vultis me verũ esse Christi Apostolũ, & illius legatione fungi? Qui quidem Christus (ait) in vobis nõ infirmatur; sed potens est in vobis: id est, multis miraculis illius nomine, ac virtute à me editis, eius summam vim, & potestatem cognoscere debetis. Effatur deinde, quæ nostri aduersarij obijciunt: Vosmetipsos tentate, si estis in fide: ipsi vos probate, id est, nihil est quod à pseudoapostolis seducti, miracula, & signa mea requiratis; vos ipsos tentate, & discetis an veram fidẽ, & religionem habeatis. Nã erant multi inter Corinthios, qui edebant miracula, vaticinabantur, & varijs linguis loquebantur: siquidem epistola illis superiori scripsit; diuisiones gratiarum sunt, alijs quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alijs autem sermo scientiæ secundum eundem spiritum: alij fides in eodẽ spiritu; alij gratia sanitatum in vno spiritu; alij operatio virtutum; alij Prophetia &c. Et in capite 14. eiusdem epistolę docet eos, quomodo ijs muneribus fungi debeant: Sectamini (inquit) charitatem, æmulamini spiritualia; magis autem vt Prophetetis. & nonnullis interiectis. Volo (ait) omnes vos loqui linguis: magis autem vt Prophetetis. Cũ Paulus igitur iubet, vt seipsos tentẽt, atque probent, non gratiam cũ Deo, quem reconciliarant, eos experiri, periclitariq; vult: cùm ipse ad eos epistola superiori scripserit. Sed neque meipsum iudico, nihil mihi cõscius sum; sed non in hoc iustificatus sum: sed iubet eos experiri vires illas excellentissimas edẽdi miracula, quas Deus multis illorum suppeditauerat, postquàm euangelio suo obsecũdarunt; vt ex illis discerent, num ipse verus esset Apostolus, verãq; illis religionem exposuisset. An non cognoscitis (ait) vosmetipsos, quod Christus Iesus in vobis est? Id est, ex ijs miraculis, quæ inter vos eduntur, nõ cognoscitis veram vos religionem colere? Nisi forte reprobi sitis, id est, improbi: nam ἀδόκιμοι in Græco est, quod est, nisi fortè omnes à Deo defeceritis, veramque religionem, quam vos docui, penitùs abieceritis: ita vt per vestrum aliquos hęc miracula non edantur, spero autem quod cognoscetis, quia nos non sumus reprobi, id est, spero, quod me vobis probabo: ita vt cognoscatis nos improbos non esse, neque eas habere

Quidam catholici cum aduersarijs certãtes Paulum valde sophisticè explicant.

Paulus se laudare cogitur.

bere labes, quibus nos pſeudoapoſtoli aſpergere conantur. Hanc veram, & germanam Pauli explicationẽ exiſtimo, quòd aptiſsimè cohæreat cum præcedenti ab eo poſita ſententia. Ad uerſariorum verò explicationem vanam eſſe, & nugarum plenã, vel hinc perſpici licet: Nam vel Paulus iubet eos, qui Dei gratiã retinẽt, vt ſe tẽtẽt, & experiãtur: vel eos, qui à Deo erãt alienati. Si eos, qui Dei gratiam retinebãt; nihil referebat: quoniã iſti Paulo non repugnarent; vtpote qui traditã ab eo fidem, & religionẽ tenerẽt. Sin autem non hos, ſed alienatos à Deo ſe ipſos periclitari iuberet; ij quidem nõ ſe Deo probatos cognoſcerẽt, vt Paulus volebat: ſed valde inuiſos, & ingratos. Quare perſpicuum eſt, iſtorum interpretationem nihil ad mẽtem Pauli pertinere. Illud etiam obijciunt Pauli. Nos autem non ſpiritũ huius mũdi accepimus, ſed ſpiritum, qui ex Deo eſt; vt ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis. Sed oportet intelligere, vt germanè locus hic declaretur: quid Paulus vocet ſpiritum huius mundi, quid ſpiritum, qui ex Deo eſt: ex quo planum fiet, vtrùm ea ſit Pauli ſententia, quam aduerſarij opinantur. Quod ipſe paulò antè in eodem capite declarat dicens, Sermo meus, & prædicatio mea non eſt in perſuaſibilibus humanæ ſapiẽtiæ verbis; ſed in oſtẽſione ſpiritus, & virtutis, vt fides veſtra non ſit in ſapientia hominum, ſed in virtute Dei. Et proximè poſt illa verba, quæ ab iſtis citantur. Quæ loquimur (inquit) non indoctis humanæ ſapientiæ verbis, ſed in doctrina ſpiritus, ſpiritualibus ſpiritualia comparantes. Quare ſpiritum huius mundi vocat doctrinam, induſtria, & ingenio humano comparatam: Spiritum verò, qui ex Deo eſt, vocat doctrinam fidei, Spiritus ſancti nobis beneficio traditam. Illorum ergo verborũ ſententia eſt: nos accepimus doctrinam fidei, vt per eam ſciamus, quæ à Deo donata ſunt nobis, hoc eſt, remiſsionem peccatorum, poteſtatem filios Dei fieri, aditum ad vitam beatam iis, qui credunt in nomine eius; & reliqua omnia, quibus Dei ſingulari beneficio imbuti ſumus. Quæ quidem cognoſcimus, non doctrina ab hominibus inuenta, ſed fide, doctrinaque è cœlo delapſa. Sed an Deus vlli vnquã reuelauit, Luterum, Melanctonẽ, Caluinum, Buzerum, & alios ſimiles eſſe iuſtos? proferant ipſi cui id redditum ſit oraculum; aut ex quo libro ſacroſancto talem hauſerint doctrinam. Quod ſi huiuſmodi oraculum reddi tum eſſe contendant; Cùm per fidem cognoſcamus (vt inquit Paulus) quæ nobis à Deo donata ſunt: fide oportet igitur cognoſcere, ac religioſè credere, Luterum, Buzerum, Caluinũ, & eorum operas iuſtas, Deoque amicas eſſe. Quod tam abſurdum incommodum eſt, vt non adeò eos inſanire putem, vt credere diſcipulos ſuos cogant, Luterum, Buzerum, & Caluinũ iuſtos eſſe. Quare id Pauli telũ, quod in nos conijciunt, totum in eos conuertitur, magnæque illos ſtultitiæ arguit. Hinc alia multa ſacroſancta ſcripturæ loca, quibus ſe muniunt, illos potius oppugnare intelligẽtur. Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis, iterum in timore, ideſt, legem Moyſis: ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum Dei, id eſt, legem fidei, in quo clamamus abba pater. Chriſtus enim ita nos docuit orare, Pater noſter. Ipſe enim ſpiritus teſtimonium reddit ſpiritui noſtro, quod ſumus filij Dei, id eſt fides,

Nugarũ plena eſt expoſitio Pauli quã aduerſarij afferunt.

1. Cor. 2.

Germanè Pauli locus declaratur.

Rom. 8.

Pauli locus explanatur.

des,quam nos spiritus Dei docuit,te-
Ioan.1. statur eos esse Dei filios, qui ex ani-
mo, & perfectè credunt in nomine fi
lij eius. Nusquàm tamen Spiritus san
ctus testatus est,Luterum,& alios per
Rom.8. fectè credere in nomine filij Dei. Il-
lud etiam nobis iam constat eiusdem
capitis, quo Buzerus vehementer in-
stat: Si Deus ꝓ nobis,quis cõtra nos?
qui etiam proprio filio suo non peper
cit,sed pro nobis omnibus tradidit il
lum. Quomodo non etiam cum illo
omnia nobis donauit? Quis accusa-
bit aduersus electos Dei? Deus qui iu
stificat;quis est,qui condemnet? Fate
Pauli locus declaratur. mur omnia quidem credentibus cor
de perfecto, sicut dicit scriptura, pa-
trem cum filio suo donasse: nemo e-
tiam est,qui condemnet eum, quem
Deus iustificat; Deo tamen, quamuis
Buzerum condemnemus, non repu
gnamus. Nam nusquàm ipse testatus
est Buzerum in suam esse amicitiam
receptum: neque Buzerus sibi certo
persuadere potest,omnia sibi cũ Chri
sto esse donata: quia neque fide, neq;
Eph.3. scientia, neque experientia vnquàm
consecutus est,se corde perfecto cre-
dere. Sed pugnant ex locis illis Pauli,
1.Ioan.3. & Ioannis. Pauli Ephesijs scribẽtis, In
quo habemus fiduciam, & accessum
per fidem eius. Ioannis autem prima
Paulus & Ioannes declarantur. epistola docẽtis; charissimi,si cor no-
strum non reprehenderit nos, fidu-
ciam habeamus ad Deum. Sed aliud
est esse fiducia rei assequendæ: aliud
certum habere illam assecuturum: cõ
Confidunt boni viri in gratia esse cum Deo, licet nihil certum habeant. fidunt quidem vehementer boni viri
in gratia esse cum Deo: nihil tamẽ cer
tum habent. Sed nunquid hac fidu-
cia iubet nos Ioannes esse propter fi-
dem solum modo? minimè profectò:
sed etiam propter honestas actiones:
quoniam (inquit) mandata eius cu-
stodimus,& ea,quæ sunt placita corã
eo,facimus. Et hoc est mãdatum eius,
vt credamus in nomine filij eius Iesu
Christi,& diligamus alter utrum. Nec
verò, vt Melancton criminatur, ho-
mines ad desperationem adigimus,
quòd eos de sua salute certos esse no-
limus: sed magna fiducia, magnoq;
& erecto animo eos esse iubemus; qui
postquàm sacramentis necessarijs re-
ligionem nostram profesi sunt, aut
crimina sua confessi, nulla eos sceleris
conscientia cruciat, Dei studeant præ-
cepta tenere; sedulò peccata cauent:
sed eos imprimis,qui res omnes mor
tales,atque caducas contemnunt, ad
æternas aspirant,qui in rebus ijs fasti-
diunt,quibus homines vulgò delecta
ri solent; quibus nihil est antiquiùs,
nihil potiùs,quàm in sermonibus, &
doctrina Dei versari: qui nullis neque
terroribus, neq; blanditijs de senten-
tia,quam honestissimam ducunt,pos
sunt deduci: si non solum patienter,
sed etiam æquo, & celso animo male
uolos,& inuidos suos ferunt: nullam
que eis lacessiti gratiam referunt; qui
pro nihilo ducunt, quicquid aduersi
in hac vita sibi possit accidere. Hos
Paulus, & Ioannes fidentissimo ani-
mo esse iubent: certi tamen nihil sta-
tuere possunt. Id est, non tam certa
sua salus eis esse debet, quàm est certa
fides,& religio Romana. Nam illud
humana solũ coniectura nititur; quæ
licet vehemens sit, fallere tamen, &
aberrare, vt humana potest: Religio
verò nostra,Dei auctoritate, quæ fal-
lere nullo modo potest, munita est.
Hoc iacto fundamento facilè germa
neque nonnulla Iob, & Dauidis loca
explicabimus,quæ isti confundentes
nobis obijciunt. Iob dicẽtis, Vtinam Iob.6.
appenderentur peccata mea, quibus
iram

Non solũ ꝓpter fidẽ, sed etiã propter honestas actiones confidũt viri pij in gratia esse cum Deo.

Quos viros magna fiducia esse velimus reconciliata gratia.

iram merui, & calamitas, quam patior in ſtatera: quaſi arena maris hæc grauior appareret. & alio loco. Ipſe verò Deus ſcit vitam meam, & probauit me quaſi aurum, quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea, à mandatis labiorũ eius non receſsi: & in ſinu meo abſcondi verba oris eius: quæ nunquàm diceret (aduerſarij aiunt) ſi non eſſet de ſua pietate, iuſtitiaq; certiſsimus. Dauidis autem loca ſunt. Et retribuet mihi Dñs ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. & poſt pauca; Et eduxit me in latitudinem, ſaluum me fecit, quoniam voluit me: quia cuſtodiui vias domini, neque impiè geſsi à Deo meo. & alio Pſalmo; Exaudi domine iuſtitiam meam, & oculi tui videant æquitatem. & probaſti domine cor meum; & viſitaſti nocte, & nõ eſt inuẽta in me iniquitas. & alio Pſalmo. Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum. & alio. Conuertere anima mea in requiem tuam, quia dominus benefecit tibi. & alio loco. Tu remiſiſti impietatem peccati mei. Quæ loca probant tum id, de quo ſuperiore capite nos diſſeruimus; pios viros officijs ſuis vehementer confidere: tũ ſi dicimus eos non eſſe de ſua iuſtitia, ita vt de fide, & religione certos: ea cõditione intelligendum eſt, dummodò is pio viro iuſtitiam ſuam non indicet, qui fidei, & religionis noſtrę auctor eſt. Nam ſi Deo dicente ſe iuſtos eſſe credant, ęquè de ſua bonitate debent eſſe certi, ac de religione, fideq; ſunt: eodem enim fundamento vtrũque nititur. Quare ſi Dauid pro certo ſibi perſuadebat illud, Tu remiſiſti impietatem peccati mei: & alia quæ recitaui. & Iob illud, Veſtigia eius ſecutum eſt cor meum, & viam eius cuſtodiui, & alia huiuſmodi: meritò quidem. nam id vera fides, veraque religio poſtulabat: id enim Deo auctore cognouerant, ex quo huiuſmodi ſermones hauſerant, & expreſſerãt. Quare ſicut à nobis modò religioſè credẽdi ſunt ſermones hi; ita & ab illis. Ex hoc tamen ridiculum eſt concludere, reliquos omnes pios viros de ſua eſſe pietate certos: nam ſimile reſponſum eis datum nõ eſt. Probare etiam aduerſarij volunt, ſtultam illam, & inſanam opinionem ſuam: pios viros præterea certo ſcire, nunquã ſe diuinam gratiam exulceraturos; ſed ad finem vſque vitę in pietate, & iuſtitia ſua manſuros: ex eo, quod Paulus dicit. Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti? tribulatio? an anguſtia? an fames? an nuditas? an periculũ? &c. certus ſum enim, quia nec mors, nec vita, nec angeli, neque principatus, &c. neque creatura alia poterit nos ſeparare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro. Sed primùm vt dixi, ratio non eſt, homines ſingulos diuo Paulo cõferre; qui cum multa accepiſſet oracula, illud etiam accepiſſe potuit; ſemper ſe in Dei amicitia permanſurum. Deinde quod mihi magis arridet; certus ſum, ſignificat apud me ſtatutum, cum animo deliberatum, & decretum habeo. Sicut Cicero ad Atticũ lib. 7. mihi certum eſt ab honeſtiſsima ſentẽtia digitum nuſquàm. de oratore: mihi certum eſt à iudicijs, cauſiſque diſcedere: ac deinque multis cap. primo huius libri hãc Pauli dicendi rationem expoſuimus. Eodemq; modo explicabimus illud Iob, quod etiam aduerſarij obijciunt; Donec deficiam, nõ recedam ab innocentia

Iob. 23.

Pſalm. 17.

Pſalm. 16.

Pſalm. 26. 119. Pſalm. 31.

Nõnulla ſcriptura loca ſimul explicantur.

Nonnulli viri ſancti oracula de reconciliatione & amicitia ſua cum Deo acceperunt.

Probant aduerſarij ſe certo ſcire nunquam diuinam gratiam exulceraturos.

Rom. 8.

Pauli locus explanatur.

Certus ſum quid Paulo ſignificet.

Iob. 27.

centia mea: iustificationem meam quam cœpi tenere, non deserã. Quare maneat illud, fixumq; sit, iustitiam nostram tam certam nobis esse non posse, quàm fides ipsa catholica est: *Concilium Tridentinum.* id quod Concilium Tridentinũ Sessione sexta his verbis docuit. Quãuis autem necessarium sit credere, neq; remitti, neque remissa vnquam peccata fuisse, nisi gratis diuina misericordia propter Christum: nemini tamen fiduciam, & certitudinem peccatorum suorum iactanti, & in ea sola quiescenti, peccata dimitti, vel dimissa esse dicẽdum est: cũ apud hæreticos, & schismaticos possit esse; imo nostra tempestate sit, & magna cõtra Ecclesiã catholicam contentione prędicetur vana hæc, & ab omni pietate remota fiducia. Sed neque illud asserendum est, oportere eos, qui verè iustificati sunt, absq; vlla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse iustificatos, neminemq; à peccatis absolui, ac iustificari, nisi eum, qui certò credat se absolutum, & iustificatum esse, atque hac sola fide absolutionẽ, & iustificationẽ perfici. quasi qui hoc non credit, de Dei promissis, deq; mortis, & resurrectionis Christi efficacia dubitet. Nã sicut nemo pius de Dei misericordia, de Christi merito, deq; sacramẽtorum virtute, & efficacia dubitare debet: sic quilibet dũ seipsum, suamq; propriam infirmitatem, & leuẽ præparationem respicit, de sua gratia formidare, & timere potest: cũ nullus scire valeat, certitudine fidei, (cui nõ potest subesse falsum) se gratiam Dei cõsecutum. Et Canone 13. ait Concilium. Si quis dixerit omni homini ad remissionẽ peccatorum assequendã, necessariũ esse vt credat certò, & absque vlla hæsitatione propriæ infirmitatis, & indispositionis peccata sibi esse remissa, Anathema sit. & Canone. 14. Si quis dixerit hominem à peccato absolui, ac iustificari, ex eo, quod se absolui, ac iustificari certò credat: aut neminem verè esse iustificatum, nisi qui credat se esse iustificatum; & hac sola fide absolutionem, & iustificationem perfici, Anathema sit.

CAP. 20. *Neminem posse scire nisi Deo reuelãte an sit prædestinatus.*

Isdẽ fere argumẽtis aliũ similem, nec minus stultum erroré Buzeri, atq; Caluini euertemus, affirmantium, singulos scire homines, vtrùm sint prædestinati. Quem errorem Alphonsus à Castro, ex quodam concionatore in Concilio Tridentino audiuisse narrat. Nam nullum est in natura principium, nullus modus, quo id vel scientia, vel experientia scire possimus: id enim Deus habet apud se reconditum, atq; sepositum; vereq; conuenit in hoc, quod Paulus Romanis scribit: O altitudo diuitiarum sapientiæ, & scientiæ Dei, quàm incomprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Et quod Dauid ait; iudicia tua abyssus multa. Neque ex fidei principijs id confici potest; cùm, vt diximus, diuina oracula generaliter pronuncientur; Qui crediderit, qui baptizatus fuerit, qui dilexerit. Quare nulla via reliqua est, qua id inuestigari, nedum certò sciri possit. Deinde si vera hæc esset aduersariorũ sententia, nihil est, quod illud Sapiẽtis consiliũ suscipia-

Buzerus. *Caluinus.*

Rom. 11.

Ex fidei principijs nemo scire potest vtrùm sit prædestinatus.

Prou. 28.

mus dicentis, Beatus vir, qui ſemper eſt pauidus: ſed lęto ſemper, & remiſſo animo ſimus, tãti regni certiſsimã hæreditatẽ expectantes. Illud etiã cõtemnamus, quod Petrus monet; Magis ſatagite vt per bona opera certam veſtram vocationem, & electionem faciatis: hæc enim facientes, non peccabitis aliquando. Sic enim abundanter miniſtrabitur vobis introitus in æternum regnum ſaluatoris noſtri, & domini noſtri Ieſu Chriſti. Quare cum talis opinio impia, & temeraria ſit, rectè Concilio Tridentino definitur his verbis. Nemo quoque quandiu in hac mortalitate viuitur, de arcano diuinæ prædeſtinationis myſterio vſque adeo præſumere debet, vt certò ſtatuat, ſe omnino eſſe in numero prædeſtinatorum. Quaſi verũ eſſet quòd iuſtificatus, aut ampliùs peccare non poſsit, aut ſi peccauerit, certam ſibi reſipiſcentiã promittere debeat. Nam niſi ſpeciali reuelatione ſciri non poteſt, quos Deus ſibi elegerit. Moxq; Concilium etiam ſtatuit, quod ſuperiori capite de perſeuerantia diximus: Similiter (ait) de perſeuerantiæ munere, de quo ſcriptum eſt; Qui perſeuerauerit vſque in finem, hic ſaluus erit: quod quidem aliunde haberi non poteſt, niſi ab eo, qui potens eſt eum, qui ſtat, ſtatuere, vt perſeueranter ſtet: & eum, qui cadit, reſtituere; nemo ſibi aliquid certi abſoluta certitudine polliceatur; tametſi in Dei auxilio firmiſsimam ſpem collocare, & reponere omnes debent. Deus enim niſi ipſi illius gratiæ defuerint, ſicut cœpit opus bonum, ita perficiet operans velle, & perficere. Veruntamen qui ſe exiſtimant ſtare, videant ne cadant; & cum timore, & tremore ſalutem ſuam operentur, in laboribus, in vigilijs, in eleemoſynis in orationibus, & oblationibus, in ieiunijs, in caſtitate. Formidare enim debent ſcientes, quod in ſpem gloriæ, & nondum in gloria renati ſunt, de pugna, quæ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe non poſſunt, niſi cum Dei gratia Apoſtolo obtemperent dicenti, Debitores ſumus non carni, vt ſecundum carnem viuamus: ſi enim ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. & Cano. 16. Si quis magnum illud vſque in finem perſeuerãtiæ donum ſe certò habiturum abſoluta, & infallibili certitudine dixerit, niſi hoc ex ſpeciali reuelatione didicerit, Anathema ſit.

1. Pet. 1. — Concilij Tridentini. — Matt. 10. — Phil. 2. 1. Cor. 10. — Rom. 8.

CAP. 21. *Originale peccatum per vniuerſam naturam humanam ſerpere.*

DErectis actionibus, deq; viribus earum diſſeruimus. Sequitur vt de peccatis etiam diſputemus. Peccatũ verò à nobis diſtribuitur in originale, mortale, & veniale. Sed in prima huius diuiſionis parte nobis primùm Zuinglius reſiſtit, aſſeuerãs homines peccato nullo originali teneri. Cuius erroris auctor antè fuit Pelagius: eodẽq; Armenij, & Albanenſes imbuti ſunt errore. Sed cum iſta quæſtio ſit non ex naturæ, ſed ex noſtræ religionis principijs probanda; tot, & tam aperta ſunt ſacrorum librorum de hac re teſtimonia, vt abſurdiſsimum ſit, libris ſanctis, ſanctam, & religioſam habere fidem, & originale pecca-

Peccatum in tres formas diuiditur. — *Zuinglius.* — *Pelagius. Armenij. Albanenſes.* — *Peccatũ originale nõ ex naturæ, ſed ex religionis principijs eſt probandum.*

Pſal.50. peccatum eſſe negare. Primùm Dauid ait Pſalmo quinquageſimo: Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum, & in peccatis concepit me mater mea. id eſt, ſimul ac ſum conceptus, peccato ſum contaminatus. Nã Dauid in hoc Pſalmo ſceleris ſui veniam precatur, & affert ea, quæ non nihil ſcelus ſuum apud Deum excuſent: quaſi dicas, non debes magnopere mirari, quod peccauerim. Quid enim magis naturale, quid magis in mortalium animis inſitum, quàm peccatum, quo ſimul atque concipimur, inficimur? Eodem argumento ſe Iob excuſat, atq; adeo petit, ne ſecum ſummo iure agere velit. Et dignum ducis (ait) ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecum in iudicium. id eſt, hominem (vt antè expoſuerat) infirmum, & imbecillum oculis tuis acerrimis, & acutiſsimis contemplari accuratè, & exquirere diligenter, & in iudicium vocare vis? Quod diluit ſtatim dicens: Quis poteſt facere mundum de immundo cõceptum ſemine? vel vt Hebraicè, quis pręſtabit mundum ex immundo? ideſt, ſi ſummo iure vis mecum in iudicio agere, meque quod non ſim omnino mundus arguere, qui fieri poteſt; vt ego me mundum omnino præſtem, cùm immundus natura fuerim? Neque quorundam Hebræorum quadrat expoſitio interpretantium, quis poterit mundum opus ex immundo corde, aut immunda cogitatione præſtare: eſſet enim hæc ridicula excuſatio. Nam acriùs ſtatim argueretur, quod immundo corde, & immunda cogitatione eſſet: ſiquidem cor mũdum, & cogitationem puram Deus à nobis imprimis requirit. Quare vt iuſta & idonea excuſatio ſit, ad originale peccatum oportet referri; quod natura ſuſcepimus, neq; vllo pacto declinare poſſumus. quod idem ſapientiſſimè Paulus tangit dicens, Eramus natura filij iræ. Quod ſi natura Deo ſumus inimici, & infeſti; ſerpit crimen aliquod igitur per naturam, quo malè de Deo meremur. Quid? nonne noſtra id religio docet, Chriſtum ſeruatorem ſempiternam cum Deo pacẽ omnibus ad vnum hominibus pretioſiſsimo ſuo ſanguine redemiſſe? ad eos igitur omnes ſcelus, & peccatum pertinet, ad quos & Chriſti redemptio. Sine vlla verò controuerſia ad infantes Chriſti redemptio pertinet; qui quidem nullum ſua voluntate ſcelus; quòd voluntatis compotes non ſint, admiſerunt: infantes igitur attingit aliquod peccatum, quo noſtra natura tenetur; propter quod à Deo alienati erant, & regni cœlorum expertes; quod nos originale vocamus. Quæ argumentatio à Paulo in Epiſtola ad Romanos luculenter tractatur, & vehemẽter illuſtratur, qua comparat beneficiũ Chriſti erga nos, cum Adæ peccato: ſæpeque repetit, Adæ culpam in omnes etiam eius filios eſſe collatam. Propterea (inquit) ſicut per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Et paucis interiectis rurſus ait, ſed non ſicut delictum, ita & donũ. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multò magis gratia Dei, & donum in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum: nam iudiciũ quidẽ ex vno in cõdemnationẽ: gratia autẽ in multis delictis

Dauid excuſat originale peccatum.

Iob originale peccatum excuſat. Iob.14.

Hebræorum non apta expoſitio.

Ad eos omnes ſcelus, & peccatũ pertinet, ad quos Chriſti redẽptio. Ephe.2.

Paulus comparat beneficium Chriſti erga nos cum Adæ peccato. Rom.5.

lictis in iuſtificationem. Igitur ſicut per vnum delictum in omnes homines in condemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. Quod d iuinum oraculum tam planè, & apertè non ſemel tantùm, ſed iterùm, & tertiò, & quartò noſtram pronunciat ſententiam, vt in aliam, quantunuis aduerſarij tergiuerſentur, trahi non poſsit. Eandem argumentationem iterum vſurpat Corinthijs ſcribens; Quoniam ſi vnus (ait) pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. Idcirco in Concilio Mileuitano capitul. 2. & Pelagius, & aduerſarij noſtri his verbis damnati ſunt. Item placuit, vt qui cunq; paruulos recẽtes ab vteris matrum baptizandos negat; aut dicit quidem in remiſsionem peccatorũ eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur: vnde ſit conſequens, vt in eis forma baptiſmatis in remiſsionem peccatorum non vera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit. Et in Concilio Tridentino idem decretum repetitum eſt Seſsione quinta his verbis. Si quis Adæ præuaricationem ſibi ſoli, & non eius propagini aſſerit nocuiſſe, & acceptã à Deo ſanctitatem, & iuſtitiam, quã perdidit, ſibi ſoli, & non nobis etiam perdidiſſe: aut inquinatum illum per inobedientiæ peccatum, mortem, & pœnas corporis tantùm in omne genus humanum transfudiſſe: non autem & peccatum, quod mors eſt animæ, Anathema ſit: cùm contradicat Apoſtolo dicenti; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerunt. Si quis hoc Adæ peccatum, quod origine vnum eſt, & propagatione, non imitatione transfuſum omnibus, ineſt vnicuique proprium, vel per humanæ naturæ vires, vel per aliud remedium tolli aſſerit, quàm per meritum vnius mediatoris Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos Deo reconciliauit in ſanguine ſuo, factus nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio: Aut negat ipſum Ieſu Chriſti meritum per baptiſmi ſacramentum in forma Eccleſiæ ritè collatum, tam adultis, quàm paruulis applicari, Anathema ſit: quia non eſt aliud nomen ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Vnde illa vox, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. & illa, Quicunque baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Vt autem aduerſariorum argumenta diſſoluamus, operæpretium eſt intelligere, peccatum, quod originale vocamus, à primo noſtro communi parente ſuſceptum fuiſſe, cùm legem illam violauit, ſibi à Deo de non veſcendo fructu vetito latam. Alia verò ratione lex illa poſita eſt Adæ quàm leges reliquæ, de non occidendo, non furando: Nam illa ei impoſita eſt tanquam orbis vniuerſi gubernatori, ac Dei in orbe terrarum vicario; ſicut dictum eſt, faciamus hominem ad imaginem, & ſimilitudinem noſtram; & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, omniq; reptili, quod mouetur in terra. Itaque fuit ei ea ſcita lex, vt erat perſona publica, & omnium hominum perſonã ſuſtinebat.

2. Cor. 5.

Concilium Mileuitanum.

Concilium Tridentinum.

Alia ratione poſita eſt Adæ lex de nõ veſcendo fructu vetito, quam leges aliæ.

nebat. Et quemadmodum, quando publicè legatos vrbes de re aliqua mittunt, vel ad ſuum regem, vel ad alium; quæ dicunt illi, totius vrbis nomine dicere putantur: & quæ vel accipiunt, vel repudiant; vrbs vel accipere, vel repudiare videtur. Quod idem vſu venit in ijs rebus, quæ magiſtratus vel loquuntur, vel faciunt, quatenus publici ſunt: ita vt ſi Rex præmium aliquod proponeret, aut pœnam ſtatueret eis ciuitatibus, quæ rem aliquam gererent, ſi à magiſtratibus id, vel legatis publicè miſsis gereretur, ſtatuta pœna, vel propoſitum præmium, ad vniuerſam ciuitatem pertineret: ac non modò ad præſentes homines, ſed ad eos etiam, qui futuris temporibus in eiuſdem vrbis ciuibus numerabuntur: ita lex denò edendo ex ligno ſcientiæ boni, & mali, in publicum fuit orbi vniuerſo propoſita; & nomine vniuerſi orbis illam tunc fregit, & violauit Adam, qui vniuerſi erat orbis gubernator, & omnium gentium futurarum pater. Quare ab vniuerſo orbe perrupta fuiſſe putatur: & illius voluntate propriè omnes rei facti ſunt; ſicut fierent vniuerſi ciues magiſtratuum, & legatorum ſuorum voluntate. Ideoque quamuis alijs legibus Adam teneretur, non ei ſunt, tanquam perſonæ publicæ, vel à Deo, vel à natura latæ. quare in hac ſolùm vel violanda, vel ſeruanda, omnium hominum partes, & perſonam agebat. Hoc poſito fundamento, facilè aduerſariorum argumenta explicabimus. Nam quod aiunt, Deum multò propenſiorem ad miſericordiam, quàm ad iuſtitiam eſſe, nos libenter concedimus: bonitas tamen eius requirit, vt iniqui, & legum violatores apud eum in odio ſint: & ſicut nihil eius miſericordiæ detrahitur, quòd Adam ab ſe alienaret; ita neque quod filios eius; quandoquidem ipſe omnium, vt declarauimus, voluntatem exprompſit. Quod autem teſtem Ezechielem citant dicentem, Filius non portabit iniquitatem patris: ſed anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: fatemur non portare nos iniquitatem parentis, ſed noſtram propriam. Nos enim omnes Adam peccante, peccauimus: quia omnium noſtrûm vt pater, & adminiſtrator orbis partes ſuſtinebat. Aliud Dei præceptum ſi perfringeret ille, eius culpa fortaſſe in poſteros non transferretur: quia legibus alijs erat obligatus, non vt publica, ſed vt perſona priuata. Quod verò dicunt, nullum eſſe ſcelus, niſi ſua vniuſcuiuſque volûtate ſuſcipiatur: nec rationem eſſe, Adam voluntatem, omnibus eius filijs attribuere; cùm nati nondum eſſent, neque vllo ſit conſentiente Dei præceptum violatum: imo talem eius mentem omnes filij deteſtantur, & abhorrent: ſi tamen legatorum, & magiſtratuum exemplum, quod poſuimus ſuprà, animaduertatur, facilè totum id explicabitur. Nam ſi Rex propter aliquod indignum facinus, quod publico conſilio factum eſt, certo priuilegio vrbem aliquam priuaret, aut alio antè collato beneficio ſpoliaret: qui poſtea conſequerentur ciues, licet nati nondum eſſent cùm fuerit id crimen commiſſum; carerent tamen priſtino priuilegio, ac beneficio. Nam ſolent ciuitates in culpa poni, & infidæ, ac rebelles vocari; tametſi nullus eorum, qui fidem violauerit ſit ſuperſtes. Quare filij voluntate

Lex de non edendo ex ſigno ſcientiæ boni & mali orbi fuit vniuerſo propoſita.

Adam nomine vniuerſi orbis legem ſibi tãquam omniũ patri propoſitã violauit.

Sicut nihil miſericordiæ diuinæ detrahitur quod Adã à ſe ab alienauerit ita neque quod filios eius. Ezec. 18.

Nos omnes Adam peccãte peccauimus.

Aliud præceptum ſi perfringeret ille, eius culpa in poſteros non transferretur.

Exẽplo infidæ vrbis docetur filios voluntate parentum poſſe peccare.

luntate parentum peccaſſe videntur. Et ad hũc modum Adæ culpa in omnes poſteros confertur, licet illam execrentur; quòd iam illam ſui parentis voluntate admiſiſſe videantur. At peccati veniam (aiunt aduerſarij) Adam impetrauit: Ergo ſicut eius peccatum ad poſteros deriuatũ fuit, par etiam eſt, vt veniæ fructum ferant. Sed verum id eſſet, ſi fuiſſet Adam vt publicæ fidei cuſtos, ita & violatæ reſtaurator propoſitus: ſed nimis indignum erat eum iterum communi negotio præponere, qui tantùm ſemel præpoſitus, mortalibus omnibus malum intulit. Quare alium longè meliorem reſtauratorem pro ſua magna miſericordia Deus delegit, cuius fidei tutò omniũ hominum ſalus commendaretur; is eſt Chriſtus Ieſus dominus, & ſeruator noſter, quem (vt ait Paulus) poſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius: qui plus nobis boni ſua induſtria præſtitit, quàm Adã attulerat mali: vt probat Paulus teſtimonio proximè citato. Et ſicut per vnius delictum, in omnes homines in condemnationẽ (ait Paulus) ſic per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. At dicunt aduerſarij: ſi ſeruus gratia apud Dominum, & auctoritate valens, in ea fide non ſtaret, quam domino debet: ſed grauiſsimum aliquod crimen in herum admitteret; æquum eſſet huiuſmodi puniri, & in crucem agi, atque adeo filios eius bonis omnibus paternis ſpoliari. At verò non ita æquum exiſtimaretur, pœnas à liberis parentis expeti, ſupplicioque illos, & cruciatu afficere. Quare vt demus (aiunt) propter Adæ ſcelus gloria nos, & alijs bonis priuari: par certè non eſt, neque Dei bonitate dignum, ad inferos præterea deprimi, perpetuumque in nos edi cruciatum. Atqui propoſitum exemplum non repudiamus: negamus tamẽ propter Adæ ſcelus vllas hominibus pœnas cõparatas, aut vllis eſſe bonis ſpoliatos natura inſitis; ſed illis tantùm, quibus fuerũt Dei liberalitate aucti. Quoniam neminẽ apud inferos propter originale ſolùm æterni manent cruciatus: neque quidquam vlli de ea dignitate detractum, quam hominis natura poſtulat: Sed alia præter naturalia Deus homini eximia dederat beneficia, dum experiretur, vtrùm fidelis, & homo frugi eſſet: quibus eſt propter ſcelus illud multatus. Quod verò diuum Paulum citant dicẽtem, alioqui filij veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt: ex quo concludunt infantes originali culpa vacare: valde puerilis ratiocinatio eſt. Nã Paulus eo modo filios ſanctos appellat, quo virum infidelem per mulierem fidelem ſanctificatum proximè dixerat; & mulierem infidelem per virum fidelem. ideſt, legitimo ſunt matrimonio coniuncti, ſi volunt ſimul habitare; neque alterius coniugis infidelitas impedit, quò minus legitimum matrimonium habeatur: quod probat vrgendo incommodo; Alioqui (ait) filij veſtri eſſent immundi. id eſt, non legitimi: ſunt verò ſancti, ideſt, legitimi. Sed inſtant aduerſarij dicentes; in vniuerſis diuinis oraculis hoc nomen peccatum originale non reperiri. Atqui reperitur id, quod æquè valet. Nam oracula diuina docent (vt recitauimus) omnes homines, atque etiam nondum in lucem editos, ſed in matrum vtero incluſos, aliquo teneri peccato, quod ab ipſis per ſe admiſſum non eſſe conſtat:

Cur poſteri ex Adæ pœnitentia nullũ fructum perceperint.

Chriſtus delectus fuit culpæ noſtræ reſtaurator.

Rom. 5.

Illis tantũ bonis homines fuerunt propter peccatũ Adæ ſpoliati quibus fuerant Dei liberalitate aucti.

1. Cor. 7.

Pauli locus exponitur.

Reperitur in ſacris eloquijs quod æquè valet ac nomen peccati originalis.

ſtat: vnà igitur eſt cum natura ſuſceptum: quod nos originale vocamus. Quod ſi non placet aduerſarijs hoc verbum, fingant illi, ſi placet, aliud nomen aptius. Dum enim de re conſtet, faciles in verbis erimus. De Luteri, & aliorum errore exiſtimantium, libidinem naturæ inſitam, eſſe peccatũ originale, non eſſet ab hoc loco aliena diſputatio: ſed quia cum alia ad baptiſma ſpectante implicata eſt, commodius, cum de baptiſmi virtute diſputabimus, tractabitur.

CAP. 22. *Differre inter veniale, & mortale peccatum.*

PEccatum diſtingui diximus in originale, mortale, ac veniale: primam diuiſionis partem repugnante Zuinglio probauimus. De ſecunda, & tertia nobis etiam cum Caluino diſceptatio eſt, dicẽte, nihil omnino differre inter veniale, & mortale. In quo diſcrepat ille à Lutero magiſtro ſuo. Nam Luterus diſtinguit inter veniale, & mortale crimẽ. Nam officij munera (dicit ille) non mortalia, ſed venialia eſſe peccata. Melanctõ verò hanc nõ reſpuit diſtinctionem, ſed eſſe dicit non ex peccati natura, ſed ex ſubiecto, in quo ſit, vt ei peccatum mortale ſit omnis vel leuiſſima Dei offenſio, quæ ſit in non renato ex aqua, & Spiritu ſancto: & in hanc ſententiam originale peccatum, mortale vocat: in renatis verò nonnulla cognoſcit venialia peccata, & leuia crimina, vt ignorantias non quæſitas, & alias leues offenſiones. Quod ineptè quidem dicitur, vt mox demonſtrabimus. Quærit tamen ex nobis Caluinus in libro de inſtitutione religionis Chriſtianæ, quid veniale, quid verò mortale peccatum vocemus. Sed nos mortale peccatum vocamus id, quod non corpori, ſed animo mortem, & interitum affert. hoc eſt, à nobis Deũ alienat, qui eſt, vt ipſe dicit vita noſtra. & ita loquitur Paulus; An neſcitis, quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius, cui obediſtis, ſiue peccati ad mortem, ſiue obeditionis ad iuſtitiam. Veniale verò peccatum dicimus, quod in leuem Dei offenſam incurrit: ita vt nec à nobis Deum alienet, neque gratiam eius exulceret: quod fit vel ratione materiæ in qua verſatur, vt qui aſſem furatur, aut obolum: aut ratione agẽtis, quod non perfectè animaduertit, quod facit, ne fiat lege Dei eſſe cautum. Hanc autem leuis, & grauis Dei offenſæ differentiam, non diuina tantùm oracula, ſed etiam mentis, & rationis lumen nobis natura inſitũ declarat. Nam monſtrat culpam, & offenſionem Dei, & intenſionem, & remiſsionem ſuſcipere. Non enim dubium eſt, quin maiorem habeat offenſionem homicidium, quàm adulterium; & adulterium, quàm fornicatio; & fornicatio, quàm verbum aliquod otioſum: quæ verò eiuſmodi ſunt, & multùm, & parùm videmus rem ſubiectam afficere, vt quoniã frigus ſuſcipit illud magis, & minus: & aqua multùm, & leuiter frigeſcit: exiguus etiam vel magnus eſt in veſte cãdor, & id genus alia. Conſtat igitur, vt quoniam peccatum intenditur, & remittitur, ſit etiam graue, & leue peccatum natura ſua, & non ratione ſubiecti, vt ſtultè Melancton exiſtimat. Quis enim cenſuit vnquàm eundem frigoris gradum, & magnum, & leuẽ dici, ratione diuerſorum ſubiectorũ?

Caluinus. *Luterus.* *Melanctonis de peccato veniali & mortali inepta ſententia.* *Caluinus.* *Quid ſit mortale peccatũ.* *Rom. 6.* *Quid ſit veniale.* *Duabus de cauſis peccatum veniale admittitur.* *Rationis lumẽ docet grauem & leuẽ eſſe Dei offenſam.* *Quæ magis & minus accipiunt, magis, & minus ſubiectum afficiunt.*

Dubiũ ergo nõ eſt, quin graues, & leues Dei offenſæ, ſua natura ſint; ſicut & graues ſunt, & leues aliorum amicorum offenſiones; quæ licet amicos offendant, amicitiam tamen non extinguunt. In quas ergo offenſiones in currimus in Dei amicitia coléda, quæ eiuſmodi ſunt, venialia peccata appellamus. Quod ſi Deus propter iſta exigua crimina ſe nobis immutaret, nullus mortalis cum eo poſſet amicitiam gerere. Quæ enim tanta hominis ſolertia, & attentiſsima virtus eſſe poteſt, vt ſe ab omni, vel leui crimine cõtineat? dicente præſertim Iacobo; in multis offendimus omnes. Ecquis cũ eo iungeret amicitiam, qui ſi leuiſsimè lædatur, grauem accipiat offenſionem, & in inimicum conuertatur? Deinde cum ſine venialibus his peccatis diu eſſe non poſsimus; ſiquidem quotidiè verè, atque ex animo precamur; Demitte nobis debita noſtra: ne mo valeret diu in eius amicitia permanere: Viri etiã ſanctiſsimi ſæpe ab eo immutati, diſiunctiq; fuiſſent. Iam verò animi noſtri vita in Dei amicitia retinenda tota poſita eſt: ſed quàm illa fragilis, & caduca eſſet, ſi quacunq; vel minima offenſione frangeretur! Cæteræ res omnes ea natura ſunt, vt nõnullis dãnis, & detrimẽtis reſiſtãt, neq; cuicunq; incõmodo ſuccũbãt: & animæ vita ita erit inſtituta, vt nihil ferre, nihil durare poſsit; ſed quocunque accepto damno debilitetur, & effundatur omnino? idẽ de noſtra cum Deo amicitia dicam. Quid? vt animus longè perfectior, & firmior eſt corpore; ita longè valentior, & fortior eſſe debet in vita ſua retinẽda. At corpus non quacunq; iactura vitam amittit: ſtultum igitur eſt amitti ab animo vel leui detrimento, & iactura putare. Natura itaque magiſtra id videmus, & intelligimus; ſacra verò ſcriptura eadem nos ſatis apertè doctrina imbuit, magnamque dictis ſuis differentiam inter venialia, & mortalia peccata oſtendit. Nam de verbo otioſo tantùm reddendam rationem eſſe Chriſtus dicit: homicidia verò, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemias homines coinquinare dicit. Eandẽ differentiã Chriſtus apertiſsimè docet apud Matth. his verbis; Qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit in iudicio: qui autem dixerit fratri ſuo Raca; reus erit cõcilio. Qui autẽ dixerit fatue: reus erit gehennæ ignis: gehẽna autẽ ignis, id eſt, perpetui apud inferos cruciatus, omni ſunt mortali peccato inſtituti: hæc autem pœna nõ manet eũ, qui iraſcitur fratri ſuo, & qui eũ raca appellauerit. nõ igitur mortalia iſta ſunt flagitia. Chriſtus itẽ dixit, Qui lotus eſt, nõ indiget niſi vt pedes lauet, ſed eſt mundus totus. hæc autẽ dicebat animi mũditiã, & puritatem perſtrigens. nam ſtatim addidit: Et vos mundi eſtis, ſed non omnes: ſciebat enim quis nam eſſet, qui traderet eum, propterea dixit, nõ eſtis mundi omnes. Contingit igitur cum, qui verè totus mundus eſt, aliqua exparte eſſe inquinatum, & lotione ei opus eſſe: quod ad animi puritatem relatum, non niſi de venialibus intelligi poteſt; quibus homo pius, & integra mente prẽditus teneri poteſt. Et ita hunc locum explicat D. Auguſtinus. Iacobus eandem iſtam differẽtiam planè tradit dicens; Concupiſcẽtia cum conceperit, parit peccatum: peccatum verò cum conſummatum fuerit, generat mortem. Ex quo intelligitur, non omne peccatum à libidine, atque cupiditate profectum, mortem

Nõ poſſemus cũ Deo amicitiam gerere, ſi ſe propterlenia crimina immutaret. Iacob. 4.

Sine venialibus peccatis diu eſſe non poſſumus.

Ex comparatione animi cum corporis vita magno argumẽto venialia peccatũ eſſe probatur.

Matt. 12.

Matt. 5.

Ioan. 13.

Auguſtinus.

Iacob. 1.

tem afferre; ſed illud tantùm, quod fuerit conſummatum: at omne mortale quod vocamus peccatum, mortem infert: nõ igitur omne peccatum eſt mortale. Significat ergo Iacobus nonnullos cupiditatis motus, negligenter à ratione peruagari permiſſos, eſſe venialia peccata; quos ſi non ſolùm mens, & ratio non cohibeat, & frãgat, ſed eis aſſentiatur, eoſq; ſequatur: conſummari, & in mortalia abire peccata. Hac eadem leuia crimina tangit eleganter Paulus dicens; Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus. Si quis autem ędificat ſuper fundamentum hoc, aurum, argentũ, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit. Dies enim domini declarabit; quia in igne reuelabitur; & vniuſcuiuſque opus quale ſit, ignis probabit. Si cuius opus manſerit quod ſuper ædificauit; mercedẽ accipiet: ſi cuius opus arſerit, detrimentũ patietur; ipſe tamen ſaluus erit: ſic tamen quaſi per ignem. Aurum, argentum, & lapides pretioſi, bonas, & ſtudioſas actiones hoc loco declarant: fœnum, & ſtipula, leuia peccata indicant. Nam qui attulerit hæc, ſaluum futurum dicit; ſed per ignem; ita vt detrimentum patiatur. pendet ergo pœnas. neminem verò Deus pœna vlla afficit futura vita, niſi propter culpam. in culpa igitur erit, qui fœnum, & ſtipulam attulerit: minimè verò mortifera: nam ſaluus non eſſet. eſt igitur aliqua non mortifera culpa. Ac de leuibus, venialibuſque peccatis hunc Pauli locum intellexerũt Origenes, Hieronymus, Ambroſius, Gregorius, Auguſtinus, Anſelmus, Dionyſius 7. capit. Eccleſ. Hierarch. Cyprianus 1. lib. epiſtola 9. Athanaſius, Chriſoſtomus Hom. 69. Cum igitur tot claſsici, & egregia virtute prædíti auctores veniale quod vocamus peccatum eſſe duxerint, & in hanc ſententiam Paulum fuerint communi conſenſu interpretati; magno, & firmo eſt argumento ad Caluinum erroris, & amentiæ conuincẽdum. Quod idem vehementer confirmat antiquiſsima Eccleſiæ conſuetudo, quæ multis remedijs ad leues iſtas culpas ſanandas, iam inde à primis tẽporibus vſa eſt aqua benedicta, Epiſcopi benedictione, confeſsione delictorum generali, & nonnullis alijs remedijs. Vtrùm opinabimur, Eccleſiã tot annos, an Caluinum in errore verſari? Dat etiam Concilium Tridentinũ huic ſententiæ noſtræ apertiſsimũ teſtimonium. Nam ſeſsionis ſextę capite vndecimo ait. Licet enim in hac mortali vita quantumuis ſancti, & iuſti, in leuia ſaltem, & quotidiana, quæ etiam venialia dicuntur peccata quãdoque cadant, non propterea deſinũt eſſe iuſti. Nam iuſtorum illa vox eſt & humilis, & verax; Dimitte nobis debita noſtra. & cap. 15. dicit fidem cum mortali culpa coniungi poſſe. probat igitur ſancta ſynodus hanc noſtram mortalis, & venialis peccati diſtinctionem. Quam clarius quarta etiam ſeſsione poſuerat decernens, oportere mortalia peccata confiteri, venialia vero confiteri, vel non, optionem noſtram eſſe. Sed ita nos coarguit Caluinus; quod nos vocamus veniale, flagitium eſt contra præceptum Dei: cur ergo non mortale ſicut alia erit? Nec verò mihi placet quod nõnulli Theologiſtæ huic quæſtioni reſpondent: veniale non eſſe cõtra præceptum, & voluntatem Dei; ſed præter præceptum, & voluntatem eius. non enim expli-

1. Cor. 3.

Locus Pauli expenditur.

Multi auctores ſancti, venialia peccatũ eſſe dicũt.

Eccleſiæ antiquiſsima conſuetudo declarat veniale peccatũ eſſe.

Cõcilium Tridentinum.

Matt. 6.

Caluinus.

Nõnulli Theologi refellũtur.

explicant quid interſit inter has duas rationes dicendi, præter voluntatem, & contra voluntatem: ac cur veniale peccatum non contra Dei voluntatẽ dicatur: nam verè res iniqua, & improba eſt. quod verò ita ſe habet, contra Dei voluntatem eſt, quæ malum odit, & bonum tantùm amat. Deinde qui lege ſua cauet, ne quiſquàm furetur; cur aſsis, aut oboli furtum hac lege vetitum non cenſeatur? quod ſi nó hac lege, qua rogo? Quare melius eſt, vt concedamus Caluino, leue peccatum eſſe contra legem Dei; leuiter tamen, leuiterque eius offendit voluntatem. Non eſt autem bonitatis Dei, & magnitudinis eius animi has leues offenſiones ita magnas ducere, vt ſe nobis immutet. Tamen inſtat Caluinus citãs illud Matthæi. Qui ſoluerit vnũ de mandatis iſtis minimis, minimus vocabitur in regno cœlorum. fateor locum hũc difficiles explicatus habere: ſed vellem vt ſuã ex eo Caluinus ſententiam concluderet, vt quo pacto ab illo ſtaret, intelligeremus. Nam vel putat ille regnum cœlorum hic vocari Eccleſiam militantem, vel triumphantem: ſi hoc; aliqua igitur ſunt peccata, quæ homines regno cæleſti non prohibeant. non ergo ſunt mortalia. venialia igitur. quare in noſtram trahitur ille ſententiam. Sin autem illud; ſi negaremus ei; quòd ſuam nobis ſententiam probaret? Quare leuis omnino illa argumẽtatio eſt, quæ nihil probabiliter ſaltem concludit, nihil cogit, nullum faceſsit aduerſario negotium. Veram igitur, & germanam huius loci explicationẽ, quæ multis difficilis viſa eſt, ſic inueſtigabimus. Hoc Chriſtus (vt mea fert opinio) dixit, amplificans id, quod proximè dixerat, iota vnum, aut vnus apex non præteribit à lege, donec omnia fiant: & vt aptè his verbis, iota, & apex loquatur, addit, qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis. Quare nõ vocat hîc minima mandata, quę leuibus peccatis violantur: ſed indicat eum, qui vel minimũ præceptum illorum decem, quæ legem continent, atque Prophetas, perfregerit, minimum vocatum iri in regno cœlorum. Regnũ cœlorum Eccleſiam vocat militantẽ, vt in multis alijs ſacroſanctæ ſcripturæ locis vocauit: in qua minimus, id eſt, infimo loco erit, & in vilibus, & deterioribus eius partibus connumerabitur, qui ſoluerit minimum mandatum ex decem dictis. Duę verò partes ſunt Eccleſiæ militantis; boni, & mali: vilior autem eius pars ſunt mali: numerabitur igitur in malis, id eſt, iniquus erit.

Veniale peccatum vere res iniqua eſt

Veniale peccatũ leuiter eſt contra legem Dei.

Caluinus.

Matt. 6.

Matthæi locus difficilis explicatur.

Quæ Chriſto ſint minima mandata.

CAP. 23. *Aliud præter incredulitatem eſſe peccatum.*

PRobauimus veram eam eſſe diuiſionem peccati, in originale, mortale, & veniale; quæ ex violandi præcepti modo petita eſt. Ex parte verò materiæ, in qua verſatur peccatũ, in multas alias ſpecies à nobis diſtribuitur; in ſuperbiam, inuidiam, auaritiam &c. ac rurſus, ſacrilegium, furtũ, homicidium, & id genus alia multa: quã diuiſionem etiam aduerſarij contemnunt. Nam dicunt, omnia peccata vna incredulitate comprehendi. Cui ſententiæ omnes ad vnum aduerſarij noſtri ſubſcribunt. Quis tamen vel apud Scythas, & alias efferas, & barbaras nationes eſt, qui in homicidio, parricidio, furto, ſacrilegio, non offendat? qui non ſcelera hæc, & flagitia du-

Peccata in multas partes ex parte materiæ diuidũtur.

ducat? cur tam graues, & acerbę pœnę huiusmodi factis, legibus, & plebis scitis constitutæ sunt; si non delicta ista, non crimina sunt? Quis vnquàm tam amens, tam perditis, & profligatis moribus fuit, qui publicè hæc, & in hominum confessu effari, vel hiscere auderet? Aut cur minus execrandum, & detestabile aduersarij iudicant, Deum non amare, in eo non sperare; quàm ipsi non credere? Præsertim cum iam dudum probauerimus, varijs præceptis, varijs legibus, suam nobis Deum voluntatem significasse. Varijs ergo modis contra illam facere possumus: quoniam si non solũ vult vt credamus, sed etiam vt ne alienа rapiamus; qui rapit aliena, licet credat, illum offendit. Hęc etiam est boni natura, vt non multis, sed vno modo perfectè consistat. Malum autem varijs modis fit: homo enim vna tantùm ratione perfectè consistit: nõ hominem verò infinitis rationibus esse cõtingit. Quemadmodum autem absurdum esset, vnam non hominis naturam esse putare: ita extremæ esse dementiæ duco, vnam non iusti rationẽ esse opinari. Duobus illis præceptis Dei, proximique diligendi, vniuersa hominis Christiani bonitas, & pietas à Christo seruatore comprehẽditur. In Deum autem cõtumelioſi sumus, vel eius, quod vehemẽter nos puniat, odium concipiendo; vel de promissis eius desperando, vel nullam ei fidem habendo. Varijs etiam modis in proximos iniurioſi esse possumus: sicut variæ sunt bonorum species, quibus delinita mens, atque seducta, de optima sententia deijcitur. Quas omnes singulari artificio Ioannes distribuit dicens: Quidquid est in mundo, aut est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitæ. Quare impium, & absurdum est Ioanni velle repugnare, qui nõ vnum tantum flagitium esse putauit. Ad nihilum etiam venit istorum hominũ sententià ethica disciplina, à philosophis in vitia, virtutesque distributa. Paulus etiam in epistola ad Galatas vitia carnis numerans, non vnum esse ait; sed quid dicit? Manifesta sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immũditia, impudicitia, luxuria, idolorũ seruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes, & his similia; quæ prædico vobis, sicut prædixi; quoniã, qui talia agunt, regnum Dei non consequentur. Stultissimum autem est hæc aut non peccata esse, aut vna incredulitate comprehendi, & concludi putare. Ac deniq; omnia argumenta, quibus demõstrauimus fidem homini Christiano non sufficere, aut posse à charitate distrahi, valent etiam ad hunc errorem conuincendum: qui etiam est Concilio Tridentino sessione sexta his verbis damnatus: Si quis dixerit nullum esse peccatum mortale, nisi infidelitatis: aut nullo alio quãtumuis graui, & enormi, prẽterquàm infidelitatis peccato simul acceptam gratiam amitti; Anathema sit.

Sicut varijs præceptis suã nobis Deus voluntatẽ significat: ita varijs modis contrà illam facere possumus.

Boni & mali natura.

Varijs modis in Deum cõtumelioſi, & in proximos esse possumus iniurioſi.

1. Ioan 2.

Galat. 5.

Concilium Tridentinum.

CAP. 24. *Deo vota facere piũ esse.*

DIsseruimus de toto actionum genere, ac planum fecimus, situm in nobis esse vt iustè, vel iniustè agamus: & vt honestis actionibus de Deo verè, & propriè vitam æternam mereamur. Sequitur vt de nonnullis specialibus officijs, quæ seperatim ad uer-

uerſarij damnant, diſputemus. Ac primùm de votis Deo factis. quæ cùm impiè, & nefariè ipſi violarint, tetrũ, & turpiſsimum facinus, ſi vota culpent, & reprehendant, à ſe honeſtari poſſe putant. Vnde Luterus in eo libro, quem de votis monaſticis edidit, ſcribere non veretur: vota monaſtica ſunt impia, gẽtilia, Iudaica, ſacrilega, mendacia, erronea, dæmoniaca, hypocritica, apoſtatica, etiam ſanctorum exẽplis aduerſantia. Quare cum fiducia reuocanda, & deſerenda ſunt; etiã ſi pia, & ſeria opinione emiſſa ſint. Quæ cum ſcribit, deterius quàm fures, quàm ſicarij, & parricidæ, ſacrilegi, & profligatiſsimi homines mihi facere videtur; qui licet leges peruertant, leges tamen non improbant: crimina cùm admittunt, officij munera non prædicant eſſe: iniqui ſunt, ſed in eo, quod iniueſtè agunt, iuſti videri nolunt. Luterus leges perfringit, ſcelera facit fœdiſsima. Nam & ipſe vota, quæ Deo fecerat, non perſoluit: monaſterium deſeruit, virginem monialem vxorem duxit. Et tamen ſacrilega facta vlli ſano viro ſe probaturum ſperat? Quod ipſe nefariè violat, vult iuſtè violatum videre? Cui poſt homines natos ſceleratiſsimo viro iſtã omnium vitiorum colluuiem comparabis? Vota verò ſuſcipere ſanctiſsimũ eſſe, vel ipſa nobis natura declarat. Quæ gentes enim tam efferata immanitate fuerunt, quæ Deos ſuos votis placari non putarint? Quod ſi eruditiſsimi viri iudicârunt magnum peti argumentum ex naturæ principijs ad Deum eſſe probandum; quòd nulla vnquàm gens fuerit, quæ Deum aliquem non coluerit; idem etiam argumentum valere debet ad votorũ probãdam pietatem, & religionem: nam omnes nationes, quæ Deos colunt, eis etiam vota nuncupant. & ita ex votorum nũcupatione Ieremias idola irridet dicens. Si quis illis votum vouerit, & non reddiderit: nec hoc requirunt. Deinde quæ gerere honeſtũ eſt, neque impediméto ſunt, quò minùs fiat honeſtius, bonum erit, & officioſum promitti: nam ipſa promiſsio, beneficij loco habetur: ſecuriorẽ enim creditorem reddit, quò ſe maiori vinculo, qui promittit, ad ſoluendum aſtringit. Multas verò honeſtiſsimas actiones, multa officij munera Deo gratiſsima eſſe probauimus. Vouere igitur illa honeſtiſsimum, Deoq; gratiſsimum erit. Licet verò vxorem ducere honeſtum ſit, non ita honeſtum eſſe fateor, ducturum ſe vouere: quoniam impedit matrimonium præſtantius, & excellentius officij munus, caſtitatem, virginitatem: alia verò virtutis munera, quibus hoc non accidit; cur ſi præſtari honeſtum eſt, non erit honeſtum promitti? Quid? hominibus, quod ſibi ſtatim dari non poteſt, aut non datur, recipi ſaltem gratum eſt: & ingratum erit Deo? cũ ipſe præſertim propenſam, & conſtantem voluntatem magni æſtimet. Quare illa Anſelmi ſimilitudo, qua voti dignitas declaratur, veheméter merito ſuo omnibus Theologis probatur: ait enim; Qui Deo vllum exhibet officij munus, ſuæ volũtatis ei fructum fert: at verò qui vouet officium, non tantùm arboris fructum; ſed ipſam arborem, id eſt, voluntatem ſuam deuouere, & conſecrare videtur. Qua de cauſa Regius vates, non ſolùm rectè agere, ſed etiam vota concipere conſulit: Vouete (inquit,) & reddite domino Deo veſtro omnes, qui in circuitu eius affertis munera. ipſeque vota ſuſcepiſ-

Luterus.

Luterus deterius quã ſacrilegi facit

Luterus monaſterium deſeruit, & virginẽ monialẽ vxorẽ duxit.

Vota ſuſcipere ſanctiſsimum eſſe ipſa natura declarat.

Magnum argumẽtũ ad probandum Deum eſſe.

Baruc. 6.

Omnes nationes dẽjs ſuis vota nuncupant.

Promiſsio beneficij loco habetur.

Cur nõ ita honeſtum ſit vouere vxorem ducere.

Anſelmus. Ex ſimilitudine voti dignitas declaratur.

Pſalm. 25.

Psalm. 55. scepisse testatur dicens; Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Iacob, & Anna, homines sanctissimi, votum fecerũt. Valde temerarium etiam est illud, quod Luterus secundo loco dicit, esse vota cum fiducia reuocanda. Nam si quod hominibus recipimus, fas nõ est, nisi eorum arbitratu reuocare; quare nostro solùm arbitratu, quæ Deo recipimus, reuocabimus? An minori vinculo Deo, quàm hominibus obligamur? Atq; adeò magis, quòd de hac re lata sit ab eo sanctissima lex; Siquis (ait in Numeris) virorum votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento, non faciat irritum votum suum, sed omne quod promisit, implebit. Eadem lex scribitur à Moyse in Deuter. Cùm votum voueris Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret illud Dominus Deus tuus. Et si moratus fueris, reputabitur in peccatum. Si nolueris polliceri, absque peccato eris: quod autẽ semel egressum est de labijs tuis, obseruabis, & facies sicut promisisti Domino Deo tuo; & & propria voluntate, & ore tuo locutus es. Et Ecclesiasticus ait. Si quid vouisti Domino, non moreris reddere. Displicet enim ei infidelis, & stulta promissio: sed quodcunque voueris, redde: multoq; melius est non vouere, quàm post votum promissa non reddere. Elabi autem hæretici, & tergiuersari non possunt dicẽtes, legem esse Moysis antiquatam: Talis enim non Moysis, sed naturæ lex habenda est. Ita enim facti sumus, id hominũ postulat, & requirit societas, vt quod promisimus, debeamus; & vt optimo iure sit, cui illa promittũtur; quo nisi de sua volũtate æquũ non est priuari. De Paulo q; dicitur in actis; ũbi caput in Cenchris totõ dísse, quòd votum susceperat. Quæ argumeta cum recentes Luterani explicare non possint, fatentur fas quidem esse vota facere, eaq; dissolui debere: æquum tamen esse negãt perpetua vota suscipere. Quæ non minùs quàm superior stulta sententia est. Nam si Deo gratũ est per annum castè viuere, per duos etiã annos gratius erit: ac proinde per totã erit vitã gratissimũ. Ex quo concluditur, honestũ esse perpetuæ castitatis votũ nuncupare. Nam vt diximus, quod honestè fit, honestè votũ est: quoniã si bona illa ratio esset, qua vota isti perpetua refelli putãt, quòd cum libertate pugnẽt: eadem ratione nulla esse matrimonia concluderent, omnes nuptias aut irritas, aut iniquas esse, omne coniugũ fide, omniũ mortalium fœdera, & pactiones tolleret. Nam diceret cum libertate pugnare, quòd perpetuò fidẽ inter se obliget. Quid? possum res, & forunas meas relinquere, alteriq; possidẽdas tradere: cur me libertate mea ita non possim abdicare in officio gerẽdo, vt crimen sit à me officiũ prætermitti? Nũ quid nobis Christus vllã partẽ libertatis eripuit, quòd præcepta dederit, leges sanxerit, quas esset iniquũ violare? Si eam ipsi libertatẽ venditãt, quæ licentiam immoderatam, & dissolutam concedat: non quidem eam libertatem piam, sed flagitiosam; non Christianam, sed diabolicã; non Christi, sed tartarorum regni propriam esse dicant. Etenim libertatem huiusmodi non modò Christus non tribuit, sed doctrina funditus, & exemplis sustulit. Eam verò seruitutẽ, qua quis se arctioribus legibus colendæ pietatis addixit, tantùm abest vt sacra scriptura tollat, ac reprehendat,

Qua hominibus recipimus, fas non est nisi eorũ arbitratu reuocare.

Num. 30.

Deu. 25.

Eccle. 5.

Naturæ lege reuocare non possumus quæ Promisimus Deo.

Acto. 18.

Recentes Luterani.

Æquum est vota perpetua facere.

Honestũ est perpetuæ castitatis votũ facere.

Hæretici iniquam libertatem venditant.

Laudatur is in scriptura qui se arctioribus legibus colendæ pietatis addixit.

vt vehementer laudet, atque commendet. Paulus enim Romanis scribit, liberati à peccato, serui facti estis iustitiæ. ea enim seruitus excellentissima, & clarissima libertas est. Nam paucis interiectis Paulus ipse subijcit; cum enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Et hanc seruitutem alio loco regiam libertatem appellat dicens: seruire Deo regnare est. Quare quam isti iactant libertatem, misera potius, & teterrima seruitus habenda est. Ea verò libertas, in quam nos Paulus alio loco vocatos esse dicit, eiusmodi est, vt nullo ceremoniarum antiquarum iure coacti, veræ, & perfectæ virtuti nauare operam, & studium possimus. Multa etiam sunt sacrosanctæ scripturæ testimonia, quæ nullo modo possunt de ea, quam isti prædicant libertate explicari. Vt illud; nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. & illud, memores estote vxoris Lot. At dicent: ad vniuersam religionem christianam dicta hæc pertinere, quã relinquere fas non est. Quod ego non nego. Nostra igitur religio bonas, & sanctas leges, quas sibi quisquam fidem suam obligãdo statuit, proprio arbitrio induci, & mutari nõ patitur. Nam cùm Christus religione sua vniuersas hominum nationes implicare decreuisset; non nimis arctas de vita instituenda sciuit leges, vt omnes humanæ vitæ status, & conditiones comprehenderet. Qui verò se arctiore religione sua volũtate obstrinxerit; tantum abest vt contra Christianam religionẽ facere videatur, vt nihil ei magis consentaneum sit: quippe quæ id suadeat, & nos ad id vehemẽter adhortetur: Estote perfecti (inquit Christus) sicut pater vester cœlestis perfectus est. Quod cùm dicit, vt arctius nos in officio contineamus requirit, quàm suis legibus cautum est. Nam perfecta christiana vita, arctioribus constat officij legibus; vt cuidam adolescenti roganti ipse Christus exposuit dicens: Si vis ad vitam ingredi, serua mandata. Deinde, si vis esse perfectus (ait) vade, & vẽde omnia quæ habes, & da pauperibus, & sequere me. & Paulus Romanis scribit; Nolite conformari huic seculo; sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis, quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta: ad quam non solum aspirare, sed seuerioribus se legibus quasi compellere, Deo multò charius, & antiquius est, quàm eius tantùm præcepta tenere. Quare cum votis suscipiedis huiusmodi leges nobis statuamus; vota perpetua non cum libertate Christiana pugnant, sed eam potius augent, atque confirmant. Iam verò in hanc nostram sententiam frequentes sunt Ecclesiæ Doctores. Dionysius capite sexto cœlestis Hierarchiæ; & in Epistola ad Gallum. Hieronymus in Threnorum tertium caput. Augustinus Epistola. 45. Gregorius Homilia. 20. in Ezechielem, Chrisostomus Homilia vigesima in Matthæum, & in Epistolam ad Hebræos Homilia vndecima, ac deniq; id probant non vnum, sed multa Ecclesiæ concilia: Valentinum Galliæ capit. 2. Arausicanum capitul. 2. Toletanum quartum, capitulo. 49. Elibertinum capitulo. 13. Aurelianense. 2. capitulo. 12. Sed dicunt aduersarij, magnum sua sponte sibi struere periculum Dei gratiam amittẽdi, qui votũ facit. Nam si non præstet, grauiter peccat;

Rom. 6.

Gal. 5.

Luc. 9.

Luc. 7.

Mat. 5.

In quam libertatem ex sententia Pauli vocati simus.

Cur Christus nimis arctas non tulerit leges.

Perfecta vita Christiana arctioribus constat officij legibus.

Rom. 12.

Vota perpetua augent Christianam libertatem.

Multi auctores sanctiss. & multa concilia, vota perpetua probant.

peccat; cum nihil antè quàm vouisset non præstando peccaret: ex quo melius esse concludunt, nihil vouere. At vt in maiore est periculo qui vouit: ita melius de Deo meretur, (vt mox probabimus) ex voto, quàm sua sponte officium faciens. Quod si propter pericula res honestæ, atque præclaræ prætermittendæ sunt, nemo res magnas aggrediatur; quia non constant sine periculo: atq; adeò nemo equum conscendat, quia periculum est ne cadat: nemo etiã Christianam religionem profiteatur; quia Petrus ait, melius erat illis non cognoscere viam iustitiæ, quàm post agnitionem retrorsum conuerti ab eo, quod illis traditum est sancto mãdato. Sed aiunt illi, turpe, ne dicam impium est, modicæque fidei indicium, cum Deo ita paciscì, si quod à te peto, impetrauero, illud officij munus ipse præstabo. At impium quidem est turpe vocare, quod Iacob, & Anna, egregia pietate homines fecerunt. Vt enim pium est in pauperes esse beneficum, ieiunare, precari, & alijs se modis pro re aliqua obtinenda affligere; ita etiam pium est res huiusmodi vouere, si obtinuerit, quod postulat, præstiturum. Consequens illud etiam est, officia votiua pluris, quàm non votiua apud Deum esse. Itaque si ieiunij votum feci, ac dissoluo, maius in Deum meritum est, quàm si cum non vouissem, ieiunarem. Nam hoc temperantiæ modò munus est; illud verò religionis etiã. Pertinet enim votum ad religionis virtutem. Quare, qui ieiunium votiuum præstat, æquè facit atque si duobus virtutis muneribus perfunctus esset: quod maius, & præclarius est, quàm si vno tantùm perfungeretur. Deinde cum non tanti Deus munera nostra, quanti voluntatem æstimet; officia verò votiua longè maiorem voluntatis significationem habeant, quàm quæ sine voto explentur. Nam à firmiore erga Deum voluntate proficiscì videntur. Sunt igitur Deo gratiora. Qua de causa sapiens, & salutare Dauidis est consilium dicentis, Vouete, & reddite Domino Deo vestro: quod minimè quidem nobis ipse consuleret, nisi præstare intelligeret, rem ex voto, quàm nostra tantùm voluntate fieri. Nam nisi præstantius esset; eam rem non consuleret, ex qua nullam vtilitatem eramus laturi: periculum tamen erat, ne magnam faceremus iacturam, si votum non solueremus. Quocirca non solùm probatum est, honestum esse vota nuncupare; sed etiam à votis augeri officij decorum.

Qui vouit melius de Deo meretur.

Propter pericula res præclaræ nõ sunt prætermittẽdæ.

1. Pet. 2.

Gen. 28. 1. Reg. 1.

Pluris apud Deum sunt officia votiua quam nõ votiua.

Psalm. 75.

Ex ijs quæ dicta sunt, aliam controuersiam, quæ nobis cum aduersarijs est, facilè possumus expedire: quæ circa res eas versatur, in quibus vota cerni, & versari debent. Vuirtembergenses enim in eo libro, in quo suam fidem profitentur, cùm de votis agunt, asseuerant nihil posse voueri, nisi quod fuerit à Deo præceptum; ac proinde cœlibatus votum reprehendunt; quòd Deus nunquam cœlibatum præceperit. Sed in absurdissima illi hæresi versantur id opinantes: Nam cùm ob eam rem im primis vota laudentur, quòd arctiore nos religione obstringamus; & perfectiorem virtutis, & officij rationẽ sequamur: quid attinet in rebus ijs illa tantùm versari, quas Dei legibus efficere sumus obstricti? Deinde votis Deus tanquã donis quibusdã delectatur,

Vuirtembergenses.

Vouere fas est quod à Deo præceptum non sit.

Imprimis vota laudantur quod arctiori nos religione obstringamus.

ctatur; quæ verò debentur, in donis non ſolent numerari. Quare eſt quidem ineptiſsimum, vniuerſam voti materiam in præcepta cogere. Quid? ſi honeſtum eſt, atque decorum, excellentiſsima Chriſti conſilia ſuſcipere, vt diuitias omnes propter Chriſtum cõtemnere, caſtè viuere, & alia huiuſmodi: honeſtum etiam erit, atque decorum Deo talia promittere. Cur enim ea præſtare ſit officij munus; promittere verò in culpa ſit? cum nihil præſtantioribus officijs impedimenti afferant. Nam ſi reddere bonũ eſt, & velle reddere bonum erit. Votum verò ſolùm addit vehementem quandam voluntatis confirmationẽ. Quocirca ſi voluntas honeſta eſt, vehementior voluntas erit honeſtior; tantum abeſt vt ſit iniqua. Lex etiam, quæ de votis in Numeris ſcribitur, id veriſsimum eſſe explicat: eſt enim eiuſmodi: Si vxor vouerit, & iuramento ſe conſtrinxerit, vt per ieiunium, & cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam, in arbitrio viri erit, ſiue faciat, ſiue non faciat: quod ſi audiens vir tacuerit, & in alteram diem tranſtulerit ſententiam, quicquid vouerat, atque promiſerat, reddet; quia ſtatim vt audiuit, tacuit. Potuit igitur mulier ieiunium minimè lege debitum vouere. Nam ſi debitum Dei lege fuiſſet, maritus, quominus ieiunaret, non poſſet impedire. Anna etiam in primo Regum vouiſſe narratur, ſi filiũ pareret, templo Dei toto vitæ tempore eum conſecraturum. Deo vouit Iacob decimas facultatum ſuarum, quas ei Deus nunquam imperauerat. Abſurdum igitur eſt res ſolummodò à Deo iuſſas, & imperatas ad vota pertinere putare.

Num. 30.

1. Reg. 1.

Gen. 28.

CAP. 25. *Pium eſſe Monachorum ſtatum.*

VNIVERSVM votorum genus ſumus perſecuti: de nonnullis ſpecialibus votis verba faciamus; quæ à nonnullis aduerſarijs noſtris primùm fuêre ſuſcepta; deinde improbè violata; tertiò maledictis vexata. In ijs autem vniuerſus Monachorum ſtatus poſitus, ac fixus eſt; à cuius optimis inſtitutis, illi ſcelerum magnitudine abducti, vniuerſum eum conuulſum vellent, ne vlla ſcelerum ſuorum veſtigia reſtarent. Recitaui iam Luteri de votis monaſticis ſententiam. De monaſterijs verò hæc dicere impudenter audet: Cupio eradicata, extincta, & abolita eſſe omnia monaſteria; quæ Dominus vtinam igne, & ſulphure cœleſti, ad exemplum Sodomæ, & Gomorrhæ demergat; adeò vt neque illorum memoria ſuperſit. neque enim ſatis fuerit illis Anathema imprecari. In eadem hæreſi fuit Ioannes Vuicleph verſatus. Vualdenſes verò iactabant eſſe monachatus malorum Dæmonũ inſtitutionem. Vuilhelmus librum compoſuit aduerſus monachos mendicantes: quorum, qui teneret inſtituta, ſalutem adipiſci non poſſe probabat. Quare paucis cauſam noſtram à tam immanibus, & pernicioſis beſtijs defendamus. Monachorum autem ſtatus in primis poſitus eſt in tribus illis votis, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ: quæ ſi ſanctiſsima eſſe demonſtrauerimus, pariter confectum erit, ſanctiſsimam eſſe vitæ noſtræ rationem. Ea verò vitæ conditio melior haberi debet, quæ Deo propius accedit.

Luterus quid de monaſterijs dicat.

Ioannes Vuicleph. Vualdenſes.

Vuilhelmus.

Ea vita melior eſt quæ Deo propius accedit.

Nam

Nam ad eum, qui summa est bonitate præditus, à quo manat, quicquid bonum, & perfectum iudicatur; omnis bonitatis ratio exigenda, & quærenda est. Accedit ad hoc, quod is rei est perfectissimus status, quãdo cum suo fine, quem amat, & expetit natura sua copulata est. Eò igitur res perfectior est, quò suo est fini propinquior. Cum igitur Deus sit omnium hominum finis, eorum hominum causa melior est iudicanda, qui minùs à Deo distant. Sed cum ipse res omnes infinita bonitate vincat; minimè ex hac parte possumus rerum bonitatem metiri: rectè tamen accessu, vel recessu à suo contrario bonitas earum ponderabitur. Quid autem est, quod Deo maximè aduersatur, atque repugnat? certè Christus verus Deus vbique testatur, sibi cum mundo acerbissimum esse bellum; Si mundus (ait) vos odit, scitote, quia me priorem vobis odio habet: sed propterea odit vos mundus, quia ego elegi vos de mundo. & alio loco; Ego vici mundum. Et Ioannes de illo dicit; Mundus eum non cognouit. Is ergo ad Deum propius accedit, qui magis à mũdo recedit: Sicut illud est magis album, quod sit minus nigrũ; id magis calidum, quod est minus frigidum. Idemque in omnibus alijs contrarijs, inter quæ aliquid interiectum est, perspici licet. Sed huius mũdi naturam operæpretium est cognoscere, vt facilius qui sequantur illum, quique magis ab illo distent intelligamus. Mundi autem naturam optimè Ioannes eruditissima distributione expossuit: Omne quod est (ait) in mundo, est concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ. Is igitur status, qui magis concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum, & superbia vitæ vacat, à mundo est alienior; & proinde Deo (vt declaraui) propinquior. Sed nullus status in christiana repub. ostendi, aut fingi potest, magis ab ijs rebus alienus, quàm monachorum status. Deo igitur propinquior ac similior est. Nam carnis cupiditatem ita seuerè coercet, vt non solùm non patiatur vxorem alienam cupere, sed etiam habere propriam minimè permittat: qua de causa cœlibatus in eo votum suscipitur. Auaritiã verò, quam oculorum concupiscentia declarat, ita cohibet; vt nõ solùm diuitias quærere prohibeat; sed etiam comparatis rebus hominem se voto paupertatis abdicare cogat. Ambitioni verò, & honorum contentioni, quæ superbia est oculorum; ita contrarius est, vt qui futurus in eo sit, debeat subiectionem, & perpetuum obsequium promittere. Quare quid à mundo alienius? quid mundo magis contrarium in hominum vita dici, aut fingi potest? Quid? ipsa Apostolorum vita (vt describitur in actis) nonne quasi quoddam monachatus exemplum fuisse videtur? narratur enim; multitudinis autem credentium erat cor vnum, & anima vna: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia: qui quidem finis vniuersæ monachorum institutioni propositus est. non igitur contemnenda, sed æstimanda; non vituperanda, sed vehementer laudanda est; quam multa comprobârunt concilia. Et Concilium Toletanum quartum capitulo. 49. perfectissimam iudicauit. ait enim; Clerici, qui monachorum propositum

Rei perfectissimus status est quãdo cũ fine suo copulatur.

Mundus Christo maximè repugnat.

Ioan. 16.

Is ad Deum propius accedit, qui magis à mundo recedit.

Mundi naturam Ioannes expossuit.

1. Ioan. 2.

Monachorũ status quantum cupiditatẽ coerceat.

Quãtum auaritiam.

Quantũ ambitionem.

Acto. 4. *Apostolorũ vita quasi quoddam monachatus exẽplum fuisse videtur.*

Concilium Toletanũ quartum.

appetunt; quia meliorem vitam ſequi cupiunt; liberos eis ab Epiſcopo in monaſterium largiri oportet ingreſſus: nec interdici propoſitum eorum, qui ad contemplationis deſiderium tranſire nituntur. Pulchrè Diuus etiam Gregorius ex differẽtia inter ſacrificium, & holocauſtum lege conſtituta declarat, quàm perfectus ſit monachorum ſtatus. Nam reliqui profani, & ſeculares quos vocant homines, licet boni, atque pij erga Deum ſint; ſacrificium tantùm ſeipſos facere videntur: quòd pietatis munera Deo tantùm exibeant: Monachi verò, quòd vitam, & libertatem ſuam, opes, & fortunas ſuas, non modò quas habent, verum etiam quas habere poſſunt, ac denique ſe totos Deo deuoueãt, facere quidem holocauſtum videntur. Tangunt denique (vt dixi) atque probant monachorum inſtitutionem multa concilia. quartum Carthaginenſe vltimo capite. quartum Toletanum cap. 15. Concilium Valentinum, capi. 2. Concilium Auracenſe. capit. 27. & cap. 28. Ac denique Concilium Conſtantien ſe damnans errores omnes Ioannis Vuicleph Seſſione octaua hũc in eis errorem nominat; omnes religiones indifferenter introductæ ſunt à Diabolo. Quare non eſt monachatus cacodæmonum inuentio, vt nefarij, & ſtulti Vualdenſes petulanter affirmabant: ſed diuina potius inſtitutio, ac quaſi portus tutiſsimus, quo ſe conferant, qui mundi tempeſtate, & ſeculi fluctibus iactantur. Nec conuellenda monaſteria ſunt, vt improbus, & ſacrilegus Luterus optat: ſed potius ædificanda; quòd ſint quaſi bonorum commune profugium. Sed negant aduerſarij monachatus ratio nem à Deo traditam, ſed nuper ab hominibus inuentam, & excogitatam fuiſſe. At in monachatu, vel conſiderantur ea, quæ ſunt per ſe; aut ea, quæ ſunt per aliud. Eorum quæ ſunt per ſe, vt paupertatis, opum, & bonorum abdicationis, obſequij, & caſtitatis, Chriſtus auctor, & inuentor extitit. Verus enim ipſe, ac perfectus harum rerum magiſter fuit, vt mox, cùm de ſingulis votis agemus, declarabimus: ac vno ea verbo, & effato docuiſſe videtur, cum cuidã adoleſcenti perfectiſsimam vitæ rationem demonſtrans diceret, ſi vis eſſe perfectus, vade, & vende omnia, quæ habes, & da pauperibus, & ſequere me. Cùm omnia vendere, ac relinquere iuſsit, opes omnes, & vxorem etiam intellexit repudiandam, vt ipſe poſt pauca Apoſtolis expoſuit dicens; Omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum, centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Quare illis verbis ad paupertatem, & caſtitatem adoleſcentem, & perfectos diſcipulos ſuos informauit. cùm verò diceret; ſequere me; veræ fuit, & perfectæ obedientiæ auctor. Si Chriſtus ergo paupertatem, caſtitatem, & obtemperationem docuit, in quibus rebus monachorum vita per ſe, ac vi ſua poſita eſt, eorum vitæ ratio non hominum, ſed Dei inuentum exiſtimãdum eſt. Ea verò quæ ſunt per aliud; vt veſtis, & victus ratione, vitæ cultum, monaſterij munia, & obſequia, quæ varijs ceremonijs continẽtur; vt quòd alia, vnam poſtulent Dei, diuinarũq; rerũ contemplationem, aſsiduaſque Dei laudes, & preces; alia, quòd Euangeliũ præterea

Gregorius ex differentia inter ſacrificiũ & holocauſtũ declarat quantus ſit monachorũ ſtatus.

Probant monachorũ ſtatum multa concilia.

Ioannes Vuicleph.

Monachatus portus tutiſsimus.

Monaſteria bonorũ commune perfugium.

Totus monachatus partitur in ea, quæ ſunt per ſe, & quæ ſunt per aliud.

Ea quæ per ſe ad monachatum ſpectant, Chriſtus inuenit; Matt. 19.

Mat. 19.

Ea quæ ſunt per aliud in monachatu homines inſtituerunt.

præterea populis exponatur; quòd alia monesteria plus, alia minus monachos suos domi contineant; quòd alia plura, alia pauciora ieiunia imperent; fatemur homines instituisse: ex quo varij monachorum ordines extãt, qui miris modis varietate sua Dei Ecclesiã ornant, atq; decorant. Quod autem dicunt nuper id excogitatum fuisse, facilè eorum vel imperitia, vel mendacium deprehendetur. Nam si superiorum temporum memoriam repetamus, quẽdam vitæ cultum sancta ceremonia celebratum, Ecclesiæ prope æqualem esse reperiemus eorũ hominum, qui se totos religioni, & Dei obsequio mancipârunt. Nam Nazaræorum lex, à Deo est vnà cum alijs legibus lata: vt in Numeris narratur: quorum vitę institutum, vt ex illo loco intelligitur, haud erat multũ monachorum institutioni dissimile. Filios Prophetarum, de quibus multa in libris Regum mentio fit, Monachos fuisse imitatos placet Diuo Hieronymo. Erant etiam, licet vetustate deprauati, temporibus Christi Pharisæorum, Sæddúcęorum, & Essęorum ordines. Christus verò cum discipulis suis quendam monachatum perfectissimum expresit; vt ex illo adolescenti dato responso probauimus. Ipsa verò Apostolorum, atque credentium vita statim post Christi discessum, vt ex actis Apostolorum colligimus, perfectissima quædam erat monachatus institutio, quam omnes monachorum ordines spectant, ad eamque legibus, ceremonijs, & institutis suis aspirant. Dionysius Apostolorũ æqualis capite 6. libri Ecclesiasticæ Hierarchiæ, ritum ferè omnem describit, quem hodiè in votis suis facié dis monachi tenent; quorum institutionem perfectissimam esse dicit, & ab Apostolis traditam fuisse narrat, his verbis; Porrò purgandorum hominum excelsior, & sublimior est ordo monachorum sacra dispositio, aut sancta distinctio. Expiatione omni tota virtute, atque exactissima suarum operationum castitate mundata &c. Inde diuini duces nostri appellationibus eos sacris dignati sunt, partim Therapeutas, id est, cultores, à syncero Dei famulatu, & cultu: partim Mònachos; ab indiuidua, & singulari vita vni Deo intenta appellantes: tãquam quæ sanctis complicationibus, aut conuolutionibus inseparabilium illos ipsos in diuinam, & Deo gratam vnitatem promoueant. Quapropter, & perficientem eis donauit gratiam diuina sanctio, & quadã consecratiua inuocatione dignata est. Cuius ratio, vt statim describit, similis est ei, quam hodie monachi professionem appellant. Stat quidem (ait) sacerdos ante sacrum altare, monasticam imprecationem psallens: ille autem post sacerdotem astat, non vtrumque ponens genu, non alterum, non habens impósita sacra eloquia capiti; verum sacerdoti tantùm astans, mysticam super illum inuocationem persequẽti. Qua finita, sacerdos ad eum accedens, interrogat primùm, an renunciet diuisibilibus omnibus, non solùm conuersatione, sed etiam phantasijs eorundem. Deinde perfectissimam ei vitã exponit: illud apertè contestans, oportere illum medio longè antecedere. Vbi verò ille hæc omnia intentè promiserit, consignans eum signo crucis sacerdos tondet, trinas diuinæ beatitudinis personas; inclamans exutũq; veste omni, aliã induit: & cũ sanctis alijs, qui ipsum astant viris, diuinorũ

Nõ nuper monachatus excogitatus est.

Num. 6.

Nazaræorũ institutum haud erat multũ à monachorũ institutione dissimile.

Matt. 19.

Act. 4.

Christus cum discipulis suis quendã monachatũ perfectissimum expressit.

Dionysius ritũ monachorum scribit.

myſteriorũ participem facit. Ex quibus Dionyſij verbis planè conſtat, nõ eſſe nuper (vt aduerſarij imperitè dicunt) monachorum vitæ cultum, & inſtitutum repertum: ſed primis Eccleſiæ temporibus religioſis ceremonijs vſurpatum. Auguſtinus etiam, & Hieronymus, veteres, & locupletes auctores, apud quos crebra monachatus mẽtio fit, mendacij eos, & erroris arguant: & ipſe Auguſtinus regulam, & perfectiſsimam viuendi rationem monachis compoſuit. Non igitur eſt recens monachorum inuentio: ſed planè antiqua. Quod autem veſtes noſtras irrident; quòd alia ſint forma cõfectæ, quàm quibus vulgò vtũtur homines: modum etiam tondendi capillos, victus rationem, nempe quòd alij ordines monachorum perpetuò carnibus abſtineant; alij certis anni temporibus: nihil nos iniquorum, & impurorum hominum irriſiones tangunt. Nam irrideant etiam illi Ioannem baptiſtam, & Eliam, præſtantiſsimos viros, qui pellibus induebantur camelorum; Ioanneſque melle ſylueſtri, atque locuſtis tantùm veſcebatur: Elias verò pane tantùm. Irrideant etiam Dionyſium, qui loco citato ex traditione Apoſtolorum ſanctam illam narrat ceremoniam. qua capilli tondebantur eius, qui ſe Deo deuouiſſet. Sed libertatem Chriſtianam appellant, cui monachorum rationem contrariam nimis eſſe dicũt: ſed multis iam de hac Chriſtiana libertate egi, & in quo conſiſtat, declaraui. Sed Eraſmus Roterodamus ait, Hieronymi temporibus nullo ſe voto monachos implicaſſe, atque conſtrinxiſſe: ſed integrum fuiſſe eis, qui ſe in eorũ ſocietatẽ cõtuliſſent, ſi manere noluiſſent, abire. At nullo meliore teſte, quã ipſo Hieronymo Eraſmus redargui poteſt. Ipſe verò illa verba Ieremię tractans; bonum eſt viro cùm portauerit iugum ab adoleſcentia ſua: hæc (ait) militum ergo Chriſti perfectio eſt, ex tam habere mentem ab omnibus terrenis negotijs, & tumultu ſeculi, iuxta illud Apoſtoli; nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus &c. eamque, quantùm humana imbecillitas ſinit, feſtinat vnire cum Chriſto: quam quidem ſpeciem conuerſationis boni eremitæ, & monachi, qui voto monaſticæ diſciplinæ obligati ſunt, imitari cõtendunt: ſed rara eſt, & pauciſsimis dono Dei hæc perfectio conceſſa. Is enim verè, & nõ ex parte perfectus eſt, qui & in eremo ſqualorem ſolitudinis, & in cœnobio infirmitates fratrũ æquali magnanimitate ſuſtentat: & ideo in vtraq; profeſsione per omnia conſummationẽ inuenire difficile eſt. Quia nec anachoreta contemptum, & priuationem materialium rerum; nec cœnobita theoricam ad integrum poteſt aſſequi puritatem. Sed tamen quantum ſuperexcellat ſerenitas trã quillæ vitæ turbulẽtiam ſecularis cõuerſationis, nouit, qui hanc expertus eſt. Conſtat igitur ex his Hieronymi verbis, ipſius temporibus ſe voto monachos obligaſſe. Quare non licebat vnicuique monachatum ſi voluiſſet deſerere, vt affirmat Eraſmus. Ex eiſdem verbis intelligitur etiam quantum Hieronymus monachorum ſtatum excellere putârit; contrà quàm aduerſarij noſtri exiſtimârunt. Multa etiam prætereo, quibus ipſi inſtitutũ, & vitæ noſtræ conditionem inſectãtur: quæ quoniã falſò obijciũtur, conuitia potius impudẽtis, quàm diſſerẽtis argumenta exiſtimanda ſunt. Ego verò

Auguſtinus. Hieronymus. — 2. Tim. 2.

Hæretici ſtulte monachos irrident. — Matt. 3. 4. Reg. 1

Eraſmus redarguitur. — *Hieronymus.* — Thre. 3.

verò eas partes ſuſcepi, non vt cõuitia toribus, ſed vt diſputatoribus reſpon deam: præterquàm quòd valde pueriliter in argumẽtatione afferatur id, quod ſi tantum aduerſarius neget, vltrà non poſsit argumentatio progredi. Criminantur etiam, multos monachos non parcè, & continenter, ſed effuſè, & luxurioſè viuere: perinde quaſi nos perſonas, & non earum ſtatum defendamus. Quod ſi vera iſta eſſet criminatio, in culpa eſſet Apoſtolorũ collegium, quòd Iudas improbus fuerit: Chriſtiana etiam religio contemnenda, & explodẽda eſſet, quòd multi Chriſtiani perditiſsimi, & profligatiſsimi ſint. Valent igitur monachorum crimina ad eos accuſandos, minimè verò poſſunt in eorum ſtatum cõferri. Nam ſtatus ſcelera vehementer improbat, ac deteſtatur.

Stulte monachorum delictis monachorum ſtatus reprehenditur.

CAP. 26. De voto caſtitatis.

IAM vota ſingula monachorum ſanctiſsima eſſe probemus. Ac primùm, quòd ſe perpetuo cœlibatus voto obſtringat is, qui Deo totũ dare ſevult, ratio maxima eſt: nã eorũ qui in matrimonio collocati ſunt, libidinoſa voluptas, mentem à Dei contemplatione multum auocat: homines enim ſtupidos natura facit. ob eam rem Paulus Corinthijs ſcribit. Nolite fraudare inuicem, niſi forte ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi. quo ſignificaſſe videtur id eſſe orationi neceſſarium. Qui ergo ſuam ita vitam inſtituit, vt attentè ſæpe orationi det operam; ſicut facere oportet eum, qui toto pectore in rerum diuinarum curam voluerit incumbere: non debet quidem is vxorem ducere, ne ſuſcepti muneris perfectam functionem impediat. Huc accedit familiæ adminiſtratio, quæ magnam affert vnicuique occupationem, & multum tempus, & multam ſolicitudinem poſtulat. Quamobrem Paulus capit. citato dicit, qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quę domini ſunt, quo modo placeat Deo: & mulier innupta, & virgo cogitat quæ Domini ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu. Ethac de cauſa de ſe ipſe profeſſus eſt; Volo omnes homines eſſe ſicut me ipſum. Quo ſignificauit apertiſsimè is, qui quantum erat in ſe, ad perfectã hominem hortabatur virtutem, valde cœlibatum ad eam vtilem ſua ſententia eſſe. Chriſtus etiam ait, In reſurrectione, neque nubent, neque nubentur, ſed erunt ſicut angeli Dei in cœlo: quo declarat, cœlibes homines vehementer angelorum puritatem imitari. Et Eccleſiaſticus ait, omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. Quo circa ea vitæ inſtitutio, quæ deo perfectè homines obſtringat, cœlibatus religione debet implicari. Id quod eius voto ſuſcipiendo aptiſsimè fiet: quem modum Chriſtus commemoraſſe, & probaſſe videtur dicens; Sunt Eunuchi, qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Caſtrare dicens, vxorem non poſſe ducere ſignificat: quod non contingeret, niſi voto nuncupato. Ex hoc etiam intelligitur, meritò ſanctę Eccleſiæ inſtituta poſtulare, vt omnes ſacerdotes perpetuum voueant cœlibatum: id quod aduerſarij condemnant. Nam eos inſtituit miniſtros, qui & Deum aſsiduè precentur, & ſacroſanctum illum panem è cœlo delapſum Chriſtum Ieſum tractent, ac populo diſtribuant. Quod ſi Dauidi fame cõfecto

Familiæ adminiſtratio multã poſtulat ſolicitudinem.

Mat. 22.

Eccli. 26.

Caſtitatis votum honeſtiſſimum eſſe.

Votum caſtitatis tangit Chriſtus cũ ait caſtrare dicit.

Matt. 9.

1. Cor. 7.

Libidinoſa voluptas contemplationẽ impedit.

Recte Eccleſia poſtulat vt ſacerdotes voueant cœlibatum.

vt

vt daret Abimelech panes propoſitionis,prius quæſiuit ex eo, vtrùm à mulieribus ſe cum comitibus ſuis cõtinuiſſet? quò magis id eſt quærendum ex eis,quibus conceditur, vt nõ panes propoſitionis, ſed verum Chriſti corpus,& comedant,& conſecret. Exod.19. Moyſes populo Hebræo imperauit, vt tres dies à ſuis ſe mulieribus temperaret, quò fieret idoneus, qui diuinã legem acciperet. Par igitur eſt vt ij, qui debent accuratius ei præſertim legi vacare, quæ ferè tota mentem, & animum attingit nullam cum mulieribus rem habeant: Ac denique ſuccedunt ei excellentiſsimo Sacerdoti vicarij,qui puritatem adeò,& integritatem amauit, vt non ſolùm perpetuam ipſe virginitatem coluerit, ſed matrem virginem delegerit,ac virginem integerrimam, omnes vincés naturę vires,reliquerit. At (dicunt aduerſarij) veteris legis ſacerdotes vxores ducebant. Sed id ita fieri oportebat: quoniam erat neceſſe ex Aaron oriundos eſſe, qui eo munere fungerentur. quo circa opus fuit eorum genus liberis procreandis propagare. Nec verò eadem debet eſſe conditio eorum, qui boues, & arietes; & qui Chriſti corpus, & ſanguinem ſacrificant. Quare huiuſmodi iure optimo debẽt caſtitatis voto obligari. Quam verò improbum,& ſacrilegũ ſit, eiuſmodi votum non ſoluere, declarat Tim.5. Apoſtolus dicens; Adoleſcentiores viduas deuita;cũ enim luxuriatæ fuerint,in Chriſto nubere volunt,habentes damnationem; quia primam fidẽ irriram fecerunt. Fides ea,quam primum dederãt,votum cœlibatus fuit; quam votum non ſoluendo irritam fecerunt. Cõcilium Carthaginenſe. Quẽ locum quartũ Concilium Carthaginenſe ita explicat vltimo capite. Sicut bonum (ait) caſtitatis præmium: ita & maiori obſeruantia, & præceptione cuſtodiendum eſt;vt ſi quæ viduæ,quantumlibet adhuc in minoribus annis poſitæ, & matura ætate à viro relictę,ſe deuouerũt Domino, & veſte laicali abiecta ſub teſtimonio Epiſcopi, & Eccleſiæ religioſo habitu apparuerunt, poſtea verò ad nuptias ſeculares tranſierunt, ſecundum Apoſtolum damnationem habebunt: quoniam fidem caſtitatis, quam Domino vouerunt,irritam facere auſæ ſunt. Tales ergo perſonæ ſine Chriſtianorum communione maneant;quæ etiam nec in cõuiuijs cum Chriſtianis communicent. Nam ſi adulterę coniuges reatu ſunt virisſuis obnoxiæ: quantò magis viduæ, quæ religioſitatem immundauerunt, crimine adulterij notabuntur: ſi deuotionem,quam Deo ſponte obtulerũt libidinoſa corruperint voluntate, atque ad ſecundas nuptias tranſitum fecerint? Quæ etſi violentia irruente ab aliquo præreptæ fuerint, ac poſtea in delectatione libidinis permanere in coniugium raptori,vel violento viro conſenſerint, damnatione ſuperius cõprehenſa teneantur obnoxiæ. De talibus ait Apoſtolus,cum luxuriatæ fuerint,nubere volũt,habentes damnationem; quia primam fidem irritam fecerunt. hactenus Concilium Carthaginenſe. Quartum etiam Concilium Toletanum in eandem ſententiam noſtram locum Pauli citatum interpretatur dicens: Duo ſunt genera viduarum,ſeculares,& ſanctimoniales. Seculares viduæ ſunt, quæ adhuc diſponentes nubere, laicalem habitum non depoſuerunt. Sanctimoniales ſunt, quæ iam mutato habitu ſeculari, ſub religioſo cultu in conſpectu

Cõcilium Toletanum 4.

ſpectu ſacerdotis, & Eccleſiæ apparuerunt. Hæ ſi ad nuptias tranſierint iuxta Apoſtolum non ſine damnatione erunt: quia ſe primum Deo vouentes, poſtea caſtitatis propoſitum abiecerunt. Quare ex auctoritate Pauli, & tantorum duorum cõciliorum, quæ & Paulum in hanc ſententiam declarant, dubium non eſt, quin nefarium ſit votum caſtitatis ſuſceptum, nõ ſoluere. Sed hunc Pauli locum Caluinus leuare conatur dicens, habere damnationem, non quòd religio eſſet vlla in cœlibatu: ſed quia non manſerunt in vocatione ſua, in qua nos manſuros profitemur, cũ baptizamur. Sed hoc merum mendacium, & ridiculum commentum eſt. Non enim damus in baptiſmo fidem, in alia nos manſuros vocatione, quàm in ea, quæ ſit à Deo, vel Eccleſia iuſſa. nunquàm verò Deus, aut Eccleſia ſua cœlibatum Chriſtianis hominibus imperauit. Ergo ſi damnãbantur illæ viduæ nõ propter fidem in baptiſmo datam (vt ineptè Caluinus commentatur) ſed propter eam (vt nos dicimus) quam poſtea dederũt, vitã in cœlibatu ſe acturas vouendo. Eſt igitur cœlibatus votum ſanctiſsimum, quod quoniam Luterus, Buzerus, Oecolampadius violarunt, à Deo merito ſuo damnati ſunt. Sed aſſeuerat conſtupratorLuterus, votum caſtitatis eſſe rectæ rationi contrarium. Nam diſſolui (ait) aliquando nullo modo, nullaque ratione poteſt; cum ſæpe contingat, vt nullis vel ieiunijs, vel plagis, atque cruciatibus libidinem ſuam homo poſsit comprimere. Sed hæc Luterus ſi ſatis probaret, actum eſſet de nobis: cùm nullo tamen argumẽto, nulla vel probabili ratione id ab ipſo probetur; ſicut turpiter quidem, & leuiter valde dicitur; ita facilè à nobis, nulloque negotio reijcitur: & plane abnegamus tam effrenatam eſſe poſſe vllius hominis libidinem, quæ ab ipſo cohiberi nequeat, cùm Deus præſertim ei præſtò ſit, qui auxilium ipſius in quo cunq; magno implorat periculo. Cuius rei beatus Benedictus, atque beatus Franciſcus præclara nobis reliquerunt exempla; quoniam ille in ſpinis; hic vero in niue volutatus, magnum vterque libidinis impetum ſuſtinuit. Quod verò Luterus ait, caſtitatem eſſe donum Dei, quamobrem ab hominibus præſtari non poſſe: ac proinde nec voueri: valde ridiculum eſt. Nã eodem argumento concluderet, nihil à nobis rectè effici poſſe: Dei enim donum eſt, quod recte agamus: ſine me enim (Chriſtus ait) nihil poteſtis facere. Et Paulus, non quod ſufficientes ſimus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex nobis: ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt. Neque nos ita comparamus cùm caſtitatis votum nuncupamus, vt ſine Dei auxilio à nobis tota vita diſſolui poſſe putemus: Dei tamẽ ope, & præſidio freti, qui ſuis ſemper ſeruis, & amicis adeſt; hęc tria, caſtitatis, paupertatis, & obedientiæ vota facimus. Sed auctoritatem Cypriani nobis Caluinus opponit epiſtola prima vndecimi libri dicentis: Quod ſi ſe ex fide Chriſto dicauerunt, pudicæ, & caſtæ ſine vlla fabula perſeuerent: & ita fortes, & ſtabiles præmium virginitatis expectent: ſi autem perſeuerare nolunt, uel non poſſunt, melius eſt vt nubãt, quàm in ignem delicijs ſuis cadant. At Cyprianus non loquitur de virginibus illis, quæ caſtitatis votum nuncupârunt: de his enim in eadem epiſtola dicit; ſi ſuperueniẽs maritus ſponſam ſuam iacentem cum altero

Caluinus.

Luterus. Buzerus. Oecolampadius.

Turpe & leue Luteri argumentum.

Nulla eſt libido tanta, quæ ab ipſo homine cohiberi non poſsit.

Ioan 15. 2. Cor. 3.

Poſſunt Dei ope tria monachorũ vota perſolui.

Caluinus.

Cyprianus.

altero videat, nõne indignatur, ac fremit, ac per zeli dolorem fortaſsis gladium in manu ſumet? quia Chriſtus dominus, & iudex noſter cum virginem ſuam ſibi dicatam, ſanctitati ſuæ deſtinatam iacere cum altero cernat, quàm indignatur, & iraſcitur! & quas pœnas inceſtis huiuſmodi cõiunctionibus comminatur! pauciſque interiectis ſubijcit. Si autem ex eis aliquæ corruptæ fuerint deprehenſæ, agant pœnitentiam plenam; quia quæ hoc crimen admiſit, non mariti, ſed Chriſti adultera eſt. Ex quo planum, & perſpicuum eſt eas, quæ caſtitatis votum fecerunt, per Cyprianum non licere (vt Caluinus opinatur) in matrimonio collocari. Superioribus verò literis loquebatur de ijs, quæ nondum id voti ſuſceperant, ſed periclitabantur prius in monaſterio, nunquid poſſent cœlibem vitam agere; quæ ſi experirentur de ſe tanto voto ſoluendo non futuras idoneas, nubere quidem præſtaret de Cypriani conſilio. Sed dicunt aduerſarij; Græcis epiſcopis, & ſacerdotibus fas eſt vxorem ducere; cur non idem Latinis licebit? an aliud eſt Græcum Euangelium, quàm Latinum? At minimè nos putamus lege vlla euangelij eſſe cautum, ne ſacerdotes, & epiſcopi vxores habeant: ſed eã legem Eccleſiam ſciuiſſe, & ideo honeſtiſsimam eſſe: poteſt tamen alijs legibus Eccleſia Latina, quàm Græca adminiſtrari, dum neutræ ſint Chriſtianæ pietati contrariæ. Negamus verò epiſcopis vnquàm Græcis permiſſum fuiſſe vxorẽ adiũgere: ſed eã modò habere, quã habebant antè quàm facti ſacerdotes, vel epiſcopi fuiſſent: ea verò demortua, nulli vnquàm integrum fuit, aliam vxorem ducere: nemo itaque Græcus ea fuit vnquàm licentia vſus, quam ſibi aduerſarij permittunt, vt ſacerdotes nuptias faciãt.

Sacerdotibus Græcis quid fuerit permiſſum.

Sacerdoti Græco nũquã permiſſum fuit vxore ſua demortua aliã ducere.

At dicunt iſti; Paphnutius vehementer laudatur, quod in Concilio Niceno reſtitit eis, qui Epiſcopos, ſacerdotes, & Diaconos lege cœlibatus obligare volebant. At Paphnutij ea fuit ſententia (vt in hiſtoria Tripartita narratur) ne diaconi, ſacerdotes, & epiſcopi cogerentur vxoribus nuncium remittere, quas in matrimonio antequàm initiarentur, habuiſſent; dicebatque caſtitatem eſſe rem habere cũ vxore. Sed aiunt: omnes Apoſtoli habuerunt vxores: ne igitur putemus cum maiore poſſe nos virtute vitam colere, quàm Eccleſiæ principes coluerunt. At ſi quod ponunt, negemus eis, nullo nos argumento conuincẽt. Nam licet concedatur Petrum vxorem fuiſſe; nihil eſt quod cogat idipſum de cæteris Apoſtolis concedere. Imo Hieronymus, & pleriq; alij putant, Ioannem virginem fuiſſe. Petrus verò vxorem habuit antequàm Euangelium didiciſſet: poſtquàm verò Apoſtoli Chriſti doctrina fuerunt imbuti, impium eſſet opinari, vllũ vxorem adiunxiſſe. Sed dicunt, Pauli eſſe præceptum, vt epiſcopi vxores ſuas habeant. Nam ſcribit Tito, vt eos epiſcopos conſtituat, qui ſint vnius vxoris viri. præclaros oraculorum interpretes! Nam hoc ſobrietatis, & caſtitatis potiùs præceptum eſt: ſignificat enim Paulus, nullum eſſe Epiſcopum conſtituendum, qui bis vxorem duxiſſet. Et ita hunc locum explicãt Hieronymus, Ambroſius, Chriſoſtomus & Anſelmus. Nam Paulus Epiſcopi munus ei deferri vult, qui excellentiore quadam virtute ornatus ſit, & ita dicit: oportet Epiſcopum ſine crimine eſſe, ſicut Dei diſpenſatorem: &c.

Paphnutius Cœcilium Nicenum.

Lib. 2. Cap. 14.

Paphnutij in Concilio Niceno ſententia

Hieronymus putat Ioannẽ virginẽ fuiſſe.

Poſtquã Apoſtoli euãgelio fuerũt imbuti, impium eſſet opinari vxorem vllũ duxiſſe.

Tito. 1.

Pauli locus declaratur.

1. Tim. 3.

ſed

ſed hoſpitalem,benignum,&c. Quid autem in eo quæreret,vt non duas haberet vxores,quod nulli de populo licebat? Quare dubium non eſt, quin pium,& gratũ Deo ſit caſtitatis votũ, & iure optimo Eccleſia illud à ſacerdotibus,& Epiſcopis depoſcat.

CAP.27. De voto paupertatis.

VOtum verò paupertatis ſanctiſsimum eſſe, ex eo cognoſci poteſt; quòd paupertas ſanctiſsima ſit, Chriſtuſq; pauperem amare diſcipulũ ſignificat dicens; Niſi quis renũcia uerit omnibus,quæ poſsidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: cuidamque roganti cõſuluit, ſi vis perfectus eſſe, vade,& vende omnia, quæ habes, & da pauperibus,& ſequere me. Petruſque nomine diſcipulorum omnium gloriatur dicẽs, Ecce nos reliquimus omnia,& ſecuti ſumus te. Nam ſicut eſt(vt Paulus ait)cupiditas radix omniũ malorũ: ita ex contrarijs argumẽtari poſſumus, paupertatẽ eſſe bonorum omnium radicem. Cùm diuitiæ enim omnia bona,quæ ad corpus ſpectant,virtute contineant; voluptates, honores, & alia humana commoda, quia facile pecunijs cõparari poſſunt: qui diuitias contemnit,omnia externa bona contempſiſſe videtur. quod eſt quidem præclaræ virtutis munus. Paupertatẽ præterea verbis,& exẽplo nos Chriſtus perfectiſsime docuit. Nam de ſe dicit, Filius hominis nõ habet vbi caput ſuũ reclinet. Hinc perſpicuũ etiam eſt,ſanctiſsimè quidem eum agere, qui copias, & facultates adeò cõtẽplatione,& Euãgelij prædicatiõe,laudibuſq; diuinis poſteriores ducit,vt dũ ſe totũ ad harũ rerũ curã cõferat,in mendicitate non vereatur eſſe: cõtrà quàm Ioãnes Vuicleph, & Luterus docent: qui monachos mẽdicos,cõuitijs omnibus, & ignominijs appetũt: ſiquidẽ cùm diſcipulos ſuos Chriſtus prædicatũ mitteret, aurũ,argentũ, atq; pecuniã ſecum ferre prohibuit. Quare ſi nemo ſumptus neceſſarios ſuppeditaret, ſtipem neceſſariò petere illi cogerentur. Paulus quoq; Corinthijs ſcribit in Eccleſijs Galatię viritim pecunias colligi, ad ſanctos homines alendos, qui erant in Ieruſalẽ. Lazarus etiam vehementer in Euãgelio à Chriſto cõmẽdatus, mẽdicus fuit. Quare non ſolùm fas, ſed etiã piũ eſſe duco, vitã in mẽdicitate degere. Quocirca paupertatis, & mẽdicitatis votũ nũcupare, honeſtiſsimũ, & officij plenũ eſt. Luterus tamẽ hoc argumento putat eſſe conuulſum, quòd monachos, Epiſcopos, & Cardinales, & maximos Põtifices fieri cõtingat; quos magiſtratus gerẽdo, amplas, & ingentes diuitias poſsidẽt; quod penitus eſt paupertati contrariũ. Sed minimè damus eis, paupertatis id voto repugnare: quod idẽ Innocentius teſtatur dicẽs, De monachis, qui diu morãtes in monaſterijs; ſi poſtea ad clericatus ordinẽ peruenerint, ſtatuimus, nõ debere eos à priori propoſito diſcedere. Quare opes non poſsidẽt, ſed diſpenſant, quemadmodum ſi præfecti in ſuis monaſterijs eſſent. Quocirca teſtamentũ facere nõ poſſunt, niſi maximus illis Pontifex facultatẽ concedat: ac tũc illarũ rerũ diſpẽſationem, quas moribũdi habẽt, ſibi cõmiſſam eſſe exiſtimãdũ eſt. Ioãnes tamẽ Vuicleph, & Luterus mendicitatẽ his argumẽtis reprehendũt: quia in Deute. dicitur, omnino egens, & mendicus nõ erit inter vos. Sed his verbis Moyſes

Luc.14.

Mat.9.

Chriſtus pauperem amat diſcipulum.

1.Tim.6.

Paupertatẽ bonorum omnium eſſe radicem.

Matt.8.

Ioannes Vuicleph. Luterus.

Honeſtũ eſſe monachorũ mẽdicitatẽ.

Luc.16.

Nõ repugnat paupertatis voto quod monachi fiãt Epiſcopi.

16.q.1.c.de monachis.

Ioannes Vuicleph. Luterus.

Deut.15.

ſes Iudæos ſuadet, vt in pauperes largi, benigni, ac clementes ſint: nam loquitur de anno ſeptimo, quo debitores omni ære alieno gratis legibus liberabantur. Citat præterea illud Pſalmi: non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem. Sed hoc loco docet Dauid, Deum quę ſua magna clementia, & benignitas eſt, non ſolùm bonos viros, ſed eorũ etiã liberos reſpicere ſolere; ſecundũ illud; faciẽs miſericordias in mille generationes. Itaq; licet bonos viros fortunis interdũ ab iniquis ſpoliari patiatur; aut ipſi eas cõſumpſerint benignè faciẽdo alijs; eorũ filij Deo maximæ curæ ſunt. & ob eam rẽ ſubijcit ipſe Dauid in eode Pſalmo, Tota die miſeretur, & cõmodat, & ſemen illius in benedictione eſt. Loquitur autẽ ſuperiori loco de mẽdicitate ea, quæ calamitatẽ importet, nõ quæ volũtate ſuſcepta ſit: qualis eorum eſt, qui omni cura ſoluti, Deo tãtùm placere ſtudent: quorũ profectò mẽdicitas, omnibus regnis, & imperijs anteferenda eſt.

Pſal. 36.

Exod. 32.

Locus Pſalmi declaratur.

CAP. 28. *De voto obedientiæ.*

Bediẽtiæ verò votũ etiã officioſum eſſe ipſe Chriſtus apertiſsimè docet dicens: Si quis vult venire poſt me, abneget ſemetipſum. Quod nulla meliori ratione fit, quàm ſi omni ſua ſe volũtate abdicãs, nõ cõſilio ſuo, ſed alterius arbitratu vitã ſuã ad regulam officij dirigat: quo facto, ſuperbiã, faſtũ, & arrogantiã modeſtè continebit. Cuius rei mirificũ exemplũ Chriſtus fecit; qui cum omnium Rex, & Imperator ſit, hominibus tamẽ ſe pro nobis ſubiecit: ait enim de ipſo Lucas; & erat ſubditus illis. Quare obedientia Chriſtianæ libertati nõ repugnat, vt aduerſarij dicũt. Ea enim imprimis ad Chriſtianam libertatem pertinẽt, quæ cadunt in Chriſtum, & eius diſcipulos, & alios ſanctos viros: Chriſtus verò obediẽtiã adeò coluit, vt Paulus dicat, ſemetipſum exinaniuit, factus obediens vſq; ad mortem; mortẽ autẽ Crucis. & Chriſtus de ſe profitetur; Non quæro voluntatem meã, ſed voluntatẽ eius, qui miſit me. & alio loco; Neq; deſcẽdi de cœlo vt faciam voluntatẽ meã, ſed voluntatẽ eius qui miſit me. Apoſtoli Chriſto ſummopere dicto audientes fuerũt, eiq; ſe totos addixerũt, ac perpetuam obediẽtiã profeſsi ſunt. De Apoſtolorũ verò diſcipulis ſcribitur in Actis; Erant autẽ perſeuerantes in doctrina Apoſtolorũ, & communicatione, & fractione panis. in Apoſtolorũ doctrina perſeueraſſe dicens, declarat Apoſtolorũ præceptis obtẽperaſſe. Deus etiã obediẽtiæ multa præmia proponit. Nam propter obedientiã (vt Paulus ait) Deus exaltauit Chriſtũ, & donauit illi nomẽ, quod eſt ſuper omne nomẽ. & apoſtolis ipſe Chriſtus recepit dicens; Vos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Qua verò ratione eũ ſecuti ſunt, niſi in omnibus ei rebus obtemperando? Deus etiam Rechabitis per Ieremiã dixit, vt auctor eſt ipſe Ieremias dicens; Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, pro eo quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa, quæ præcepit vobis, propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, non deficiet vir de domo Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.

Hominibus pro nobis ſe Chriſtus ſubiecit.

Ea imprimis ad Chriſtianam libertatem pertinẽt, quæ in Chriſtum cadũt. Philip. 2.

Quantũ Chriſtus obedientiã coluit & Apoſtoli.

Ioan. 5. Ioan. 6.

Act. 2.

Deus obediẽtiæ multa præmia proponit.

Matt. 19.

Ierem. 35.

Matt. 29.

Quæ ſit optima ratio abnegandi ſeipſum.

Luc. 3.

diebus. Quod igitur Christus, & eius discipuli, & multi sancti viri fecerũt, cuiq; rei ingentia Deus præmia proponit, non pugnat, sed est veheméter cum Christiana libertate consentaneum. Sed hoc votum Luterus tanquam inutile refellit: quòd obedientia nobis à Deo præcepta sit; quapropter nihil esse quod eam voueamus. Deinde iniquè (ait) huiusmodi votũ à monachis fit, quòd eius prætextu aliorum se magistratuum obediẽtia liberant. Sed semel, & iterum hæc dicens, mentitur Luterus. Nam eam, quam nos profitemur, obedientiam nunquam Deus imperauit: aut proferat ipse scripturæ locum, quo mihi iussum sit, vt vni me homini, quem neque cognoui, neq; vidi, neq; iudex est, aut præfectus meus, huic me inquam subijciã; huic summo iure paream: huiusque arbitratu guberner. Vtrùm cæteri hanc debent præfectis monachorum obedientiam? nonne vniuscuiusq; arbitratu vouetur? Deinde minimè nos alijs magistratibus obedientiam negamus. Nam primùm Põtifici Maximo arctiori iure, quàm cęteri Christiani obsecũdamus. Deinde multis alijs, quibus semper dicto audientes futuros solenni voto recepimus. At dicunt aduersarij, misera seruitus propter hoc obedientiæ votum in monasterijs agitatur. Sed tũc seruitus esset appellanda, si cuipiam seruiremus ad suam vtilitatem omnia referenti: verùm cùm nõ alterius, sed nostra salus, & vtilitas hac sancta obedientia, & monasticis institutis agatur, seruitutis nomen nõ cadit in monasticã vitã: cuius omnia institutа eò referuntur, vt libidinẽ menti, ac rationi seruire cogãt, Deoq; penitus addicãt: ea verò seruitus, qua se quisquam bonis legibus, & institutis obstringit, vera potius, & euangelica libertas est: ait enim Paulus, An nescitis, quoniã cui exhibetis vos seruos ad obediendũ, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortẽ, siue obeditionis ad iustitiã. Gratias autem Deo, quòd fuistis serui peccati, obedistis autẽ ex corde in eam formam doctrinæ, in quã traditi estis. Liberati autẽ à peccato, serui facti estis iustitiæ. Humanũ dico propter infirmitatem carnis vestræ. Sicut enim exhibuistis mẽbra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati, ad iniquitatẽ ita nunc exhibete mẽbra vestra seruire iustitiæ, in sanctificationem. Cùm enim serui essetis peccati, liberi fuistis iustitiæ. Quẽ fructum habuistis tunc in illis, in quibus nunc erubescitis? nã finis illorũ mors est. Nunc verò liberati à peccato, serui autem facti Deo, habetis fructũ in sanctificationẽ, finẽ verò vitam æternam. Requirit ergo Christiana libertas (auctore Paulo) vt membra nostra demus in seruitutẽ iustitiæ, & sanctificationis. Ea igitur vitæ institutio, quę adhũc finẽ tota refertur, nõ seruitus, sed mera libertas, & Euangelica est.

Luterus.

Obedientiã quam monachi profitentur, nũquam Deus imperauit.

Pontifici maximo arctiori iure quàm cæteri Christiani monachi obsecundant.

Quid sit seruitutem seruire.

Seruitutis nomen non cadit in monasticã vitã.

Quò omnia monasterij instituta referantur.

Rom. 6.

Requirit Christiana libertas vt mẽbra nostra demus in seruitutem iustitiæ.

CAP. 29. De voto virginitatis.

DE tribus castitatis, paupertatis, & obedientiæ votis disputauimus, & sanctissima esse demonstrauimus: sequitur vt de alio voto verba faciamus, de quo nos etiã aduersarij in iudicium, disceptationẽq; vocant. Luterus enim tam petulãs, & vecors est, vt virginitatis votum Dei legibus contrarium esse dicat. Caluinus verò per aliquod tempus virginitatem tenere non improbat: per totum verò

Luterus.

Caluinus.

vitæ tempus penitus iniquum eſſe dicit. Itaque impuriores iſti ſunt quàm louinianus, Heluidius, & Baſilides in quos Hieronymus ſapientiſsimis, & eloquentiſsimis ſcriptis inuectus eſt. Iſti enim virginitatem non improbabant; matrimonio tamen non anteferebant: aduerſariorum autem noſtrorũ tam immanis, & fera impudicitia eſt, vt crimini dare nõ vereãtur, quod ſanctiſsimi viri laudibus in cœlũ tollunt, quod ipſa natura docet multò præſtantius matrimonio eſſe. Nemo enim tam inuerecundus eſt, qui non valde erubeſcat naturã ſua, ſi alius eũ vel cum ſua muliere conſuetudinem habere videat, quãuis id matrimonij religione honeſtetur. Verecundia autem eſt timor dedecoris, aut infamię. Quare nonnihil ea re dedecoris cõcipi ipſa natura ſignificat. honeſtiſsimum verò, & valde decorum eſſe virginalem ſeruare pudicitiam; quia neminem pudet ea præditum eſſe. Quare inauditum horum hominũ flagitium eſt, qui turpe, & iniquum eſſe iactant, quod ipſa natura tacitis omniũ hominum cogitationibus præclarũ, & glorioſum eſſe teſtatur. Huius etiã rei Chriſtus grauiſsimum, & explora tiſsimum teſtimonium dicit: cuius alius verba repetam, vt clarius quàm ſecundum ſententiam noſtram ſint, intelligatur. Cum de non dimittenda vxore verba feciſſet, dixerũt ei diſcipuli: Si ita cauſa eſt hominis cum vxore, nõ expedit nũbere; quibus ille reſpondit; non omnes capiunt verbum iſtud; ſed quibus datum eſt. Id eſt, eiuſmodi rem attigiſtis, quæ maior eſt, quàm vt ab vllo homine comprehẽdi poſsit; niſi Dei beneficio eius notionem habeat. Quod ampliùs declarat dicens, Sunt Eunuchi, qui de matris vtero ſic nati ſunt; & ſunt Eunuchi, qui facti ſunt ab hominibus; & ſunt eunuchi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum: qui poteſt capere, capiat. Perſpicuũ hinc eſt, quę res illa ſit, quam difficilem, & amplam ſignificauit: neceſſe enim eſt alteram ex tribus illis, quas dixit, eſſe. Natum verò Eunuchum, vel factum ab hominibus eſſe, nihil eſt mirabile: ſed illud eſt mirandum in modũ præclarum, quòd ſe quiſquã propter regnum cœlorum caſtrauerit. Eſt autẽ mirabile, tum quia valde difficile; tũ quia in promptu non eſt, quo pacto huiuſmodi res ad regnum cœlorum ſpectet. Quare qui poteſt capere, capiat. id eſt, is eiuſmodi rem curet præſtare, qui ſe parem ſenſerit ei: quod ſine magno Dei præſidio nulli vnquã continget. Ij tamen ſibi facile perſuadent, ad vitã cœleſtem vehemẽter id ſpectare: qui toto pectore operam, & ſtudium Deo nauare voluerit. Nam mentem puriſsimam, & nulla infectã venere, atq; libidine, tãtum ſtudium poſtulat, animumq; omni alia neceſſaria cura ſolutum. Quo animo eſſe non poſſunt ij, qui ſunt in matrimonio collocati. Quod luculẽter his verbis explicat Paulus: De virginibus (ait) præceptum Domini non habeo; conſilium autẽ do, tanquã miſericordiam cõſecutus à Deo, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantẽ neceſsitatẽ: quoniã bonũ eſt homini ſic eſſe. ideſt, propter eas curas, ſolicitudines, & difficultates, quas afferũt ſecũ nuptiæ. Quid ad hoc reſpondebũt, qui virginitatẽ aut vituperãt, aut nuptijs nõ anteponũt? Nunquid melius ſuũ, quam Pauli cõſilium ducũt? Noſtrã verò interpretationẽ Paulus ipſe reddit, cùm poſtea dicit;

Iouinianus. Baſilides. Heluidius. Hieronymus.

Natura docet matrimonio præſtare virginitatẽ.

Quid ſit verecundia.

Mat. 19.

Matthæi locus declaratur.

Quem animum poſtulet Deo tota ad dicta vita.

1. Cor. 7.

Quantum nuptiæ impedimentum afferãt ad bene beatèque viuendum.

dicit; Volo autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ domini ſunt; quomodo placeat Deo. Qui autem cũ vxore eſt, ſolicitus eſt, quæ ſunt mũdi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt. Græcè hæc vltima verba planiùs poni videntur. Nam vna eadeq; clauſula cũ duobus verbis ſequẽtibus cõprehenduntur ad hunc modum μεμέρισται καὶ γὰρ καὶ παρθένος. id eſt, differt inter vxorẽ & virginẽ, & ita Oecumenius interpretatur. Quã differentiã ſtatim explicat dicens; mulier innupta cogitat quæ Dei ſunt, vt ſit ſancta corpore, & ſpiritu: quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomodo placeat viro. Ecce Paulus virginẽ cum vxore cõparat, & ex vtriuſq; ſtudijs illis natura attributis probat virgines laudabiliores, multoq; Deo gratiores, quã nuptas eſſe. Noſtrorũ ergo aduerſariorũ temeritas planiſsimè conuicta eſt; niſi pudorem abſtergentes, Paulo audeant inficiasire. Sed negant non omnino, & in totum virgines Pauli iudicio vxoribus eſſe meliores; ſed ſi eo ſtudio virgines teneantur, vt cogitẽt, quæ Domini ſunt, quomodo placeãt Deo. At huiuſmodi cõditionem minimè Paulus adhibuit, nec eſſet tanto viro digna. Nam vxores etiam ſi cogitent quæ Dei ſunt, virginibus quæ id non cogitant, antecellunt. Cum Paulus igitur ſtudium hoc non virginibus: ſed vxoribus aſcripſerit, ſignificauit eſſe natura paratiores ad hoc ſtudium præſtandum. Tum id quod mihi multò magis probatur, virgines diu eſſe non poſſe, niſi ſtudio hoc teneantur. Itaque virginem neceſſariò ſequitur huiuſmodi officij munus; ſicut vxorem, vt ea quæ ſunt mundi curet, quomodoq; viro placeat. Fieri enim non poteſt, vt in virginitate diu maneat vllus, niſi voluptates omnes, & delicias abijciat, & magno ac conſtanti animo ſe indignas exiſtimet. Quod nunquam quidem faciet, niſi Dei ſummo deſiderio ardeat: niſi res ſolas diuinas in delicijs habeat. Quare huiuſmodi hominem cogitare oportet (vt Paulus ait) quæ Dei ſunt, quomodo placeat Deo. Ex quo quanta ſit cognoſcitur virginitatis laus: quæ tam excellentem virtutem, in eo, in quo ſit, requirat. Colligit deniq; Paulus in fine capitis. Igitur qui matrimonio iungit virginem ſuã, benefacit: & qui nõ iungit melius facit. Quibus igitur verbis clarius, & apertius horum hominum non ſententiã dicam, ſed petulãtiſsimam inſaniam Paulus confutare potuiſſet? Quę multis etiam clariſsimorũ virorũ exemplis conuincitur. Nam Dei matrem ſacroſanctam Virginem fuiſſe, nemo modò catholicus, ambigit. Ieremias ſanctiſsimus à pueritia fuit, & vitam in cœlibatu traduxit. Quare dubium non eſt, quin ſe nunquam turpi libidine contaminauerit. Idem de Elia, de Daniele, de Ioanne Baptiſta exiſtimant Ignatius, Epiphanius, Hieronymus, & Ambroſius. Vtrùm tam præclaros, & illuſtres viros iniquè feciſſe: an potius Luterum & Caluinum petulanter, & improbè locutos fuiſſe putabimus? Iam verò multi ſancti viri vita defuncti, quòd fuerint virgines in Apocalypſi commẽdantur: hi ſunt (inquit Angelus) qui cum mulieribus non ſunt coinquinati, virgines enim ſunt, & ſequũtur agnum quocunque ierit. Sed tandem Caluinus tantis argumentis repugnare non valens, cedit dicens, virgines eſſe licere, ac laudabile eſſe; per ali-

Locus Pauli explicatur.

Oecumenius.

Hæretici ſtulte Pauli locum interpretantur.

Fieri non poteſt vt in virginitate diu maneat vllus niſi voluptates abijciat.

Quanta ſit virginitatis laus.

Multi præſtantiſſimi dũ virginitatẽ coluerũt.

Apo. 14.

Caluinus.

quod tamen tẽpus; minimè verò per totam vitã. Sed adhuc ſtultus, & nefarius eſt. Nam ſi bona eſt per annum virginitas, cur non per duos annos, ac deniq; per totam vitam? Extat etiã de hac re Siricij Põtificis maximi ſententia, quam Romæ coacto ſacerdotum ſenatu cunctorum conſenſu tulit; vt ex literis ad Epiſcopos Africanos, quibus Iouinianum, & alios condemnat, perſpici licet: in quibus ita ſcribitur. Nos ſanè nuptiarum vota non aſpernanter accepimus, quibus velamine interfuimus: ſed virgines Deo deuotas, maiore honorificentia muneramus. Facto ergo presbyterio conſtitit doctrinæ noſtræ, id eſt, chriſtianæ legi hæc omnia eſſe contraria: vnde Apoſtolicum ſecuti præceptũ, qui aliter quàm accepimus, nunciabãt omniũ noſtrorũ tam presbyterorũ, tam diaconorũ, quàm etiã totius cleri vnã factã cõſtat eſſe ſentẽtiã, vbi Iouinianus, Auſentius, Genialis, Geminator, Felix, Plotinus, Martianꝰ, Ianuarius, & Ingenioſus, qui accẽtores nouæ hæreſis, & blaſphemiæ inuenti ſunt diuina ſententia, & noſtro iudicio in perpetuum damnati, extra Eccleſiam remanerẽt. hactenus Siricius Pontifex Maximus. Sed aduerſarij dicunt; Paulus Corinthijs ſcribit, ſi nupſerit virgo, nõ peccauit: nulla igitur perpetuo caſtitatis, aut virginitatis voto obligari poteſt. At Paulus de ijs virginibus nõ intelligit, quę ſuſcepto caſtitatis voto, Deo ſe dedicarunt, vt Hieronymꝰ aduerſus Iouinianũ lib. 1. & Theophilactus, & Chriſoſtomus hoc loco interpretãtur; quibus Photius hũc locũ explicãs ſuſcribit dicẽs, παρθένον ἐν ταῦθα φησίν, οὐ τὴν ἁφιερωμένην θεῷ ἀλλὰ τὴν ἄγαμον κέρη, ἅς ἤγε ἁ φιερωθῖσα θεῷ ἐν γάμῳ μιχθὲν ἁμαρτίαν χρῖτᾶ ὦ πεπόμφασται. Pudeat igitur (ſi locus vllus pudori in tã ta eſt improbitate relictus) pudeat in quã eos, qui monialem virginẽ vxorem duxerunt. Sed Luterus, atq; Caluinus ſuam putant probare ſententiã ex eo, quod in Geneſi literis cõſignatum eſt, Deum primis parẽtibus præcepiſſe; Creſcite, & multiplicamini. Quod argumentum paucis elegãter eleuat Hieronymus lib. 1. aduerſus Iouinianum dicens; Neceſſe fuit plantare ſyluam, & creſcere, vt eſſet quod poſtea poſſet excidi. Nam ſi primi parentes vitam in cœlibatu degerẽt: nõ poſſet hominum genus propagari. Quare fuit eis tempori, ac neceſsitati ſeruiẽdum. At verò poſtquã innumerabilis multitudo nata eſt; nulla huiuſmodi neceſsitas vrget. Quocirca hac lege ſoluti, noſtris præſtãtioribus commodis cõſulere poſſumus. Deinde aliud eſt lege aliqua ſingulos homines; aliud vniuerſam hominũ multitudinem obligari. Magiſtratus in re publica eſſe oportet, minimè tamen debẽt ſinguli magiſtratus inire. Ita liberis operã dare in repub. neceſſe eſt, ſingulis tamẽ hominibus minimè neceſſe eſt. Primi verò parẽtes ſi ab hac ſe cura vellent abducere, nemo reliquus erat, qui verſaretur in ea. Ideo illi, & qui ſecuti ſunt, quouſq; ſatis hominũ genus propagatũ fuit, lege illa obligabantur, ne magnũ vniuerſa hominũ natio detrimẽtũ acciperet. Idẽ de Noe, ac liberis eius dictum volo. AEtatibus verò ſequentibus ſingu-li homines hac ſunt cura ſoluti: id quod ſanctiſsimorum virorũ exempla, quæ narraui, declarãt. Quod verò nonnulli Paulũ vxorẽ habuiſſe dicũt, id probantes ex illo; Obſecro te germane compar: inſignis petulantiæ & ſtultitiæ eſt. Nam ſi Paulus eo loco vxorem

Siricius.

1. Cor. 7.

Pauli locus declaratur.

Luterus & Caluinus.

Gen. 1.

Hieronymus. Iouinianus.

Aliud eſt lege aliqua ſingulos homines, aliud multitudinẽ obligari.

Phi. 4.

Paulus nō habuit vxorem.

vxorem significaret, non masculino, sed fœminino genere illud pronūciaret: est enim Græcè συζυγος γυνὴ, συζυγος verò non vxorem, sed socium significat. Deinde nusquàm Paulus vxoris suæ mentionem facit: fecisset autem in tot epistolis, si eam habuisset. In epistola verò ad Corinthios prima, cœlibatum suadens scribit, volo omnes esse sicut meipsum. Ex quibus verbis Ambrosius non solùm intelligit, cœlibem, sed virginem etiam fuisse Paulum. In eandem sententiam locum interpretatur Augustinus in libro de bono coniugali. & Oecumenius græcus in hunc locum ait; παρθένος ἦν ὁ παῦλος, ἡ σπουδὴ ὅτι εἶλε πάντας ἴσως αἰτία γέγονε τοῦ μένειν παρθένον. Quod vero Ignatij testimonium afferunt, qui in Epistola quinta numerat Paulum in coniugatis; excusorum librorum error indicatur libro manu scripto, qui est in collegio Magdalenæ Anglicæ Academiæ: in quo Pauli nomē non est, vt testes classici, & oculati narrāt. Quare putandum est, in alijs libris ab hęreticis suppositum fuisse. Obijciūt præterea nobis Patriarcharum exemplū, quasi nos matrimonium condemnaremus, aut illi virginitatem non iniquam esse dicerent. Quod vt probarent, neminem sanctum virginali virtute fuisse, ostenderent. Nam absurdum est, propositionem generalem, speciali comprobatam putare; sicut qui nigros omnes homines esse assueueraret, quod AEthiopes nigri sint. Nobis autem, qui virginitatem affirmamus honestissimam esse, satis est si in nonnullis sanctis fuisse doceamus. Nam generalis propositio, bene speciali refellitur. Quare nos Patriarchas sanctè fecisse fatemur, quòd matrimonia tenuerint; sanctius tamen

1. Cor. 7.

Eliam, Ieremiam, & Danielē, & Ioannem Baptistam fecisse contendimus, quòd in virginitate māserint. Ex quo etiam intelligitur, quàm absurdum sit aliud Caluini argumentum, dicentis, fieri nō posse vt diu virginitatem colamus. At factum est (vt demōstrauimus) fieri igitur potest. Quod si cū fieri non posse dicit, intelligat esse difficile; libenter concedimus. Nam virtus circa difficile versatur. multi tamen viri fuerūt singulari virtute præditi. Nam sufficientia nostra ex Deo est (vt Paulus ait) cuius quidem auxilium si ieiunijs, & precibus omnibus imploremus, nunquàm nobis in re tā ta, & ei tam grata deerit. Sed cum ipsi ieiunium despiciant, quo valde libidines cohibentur; preces contemnant, quibus Dei præsidium assequimur; mirum non est, quòd difficiliorem virginitatem existiment, quàm vt à nobis possit præstari. Quare iam has duas hæreses, & nefarias opiniones conuincamus; nec nobis istorum improbitate, hæc duo tanta virtutis munera, detrahi patiamur.

Caluinus.

Virtus versatur circa difficile.

Error in libro Ignatij.

CAP. 30. De ieiunio.

SEd prius de Ieiunio verba faciamus: quod damnare, aut inutile esse putare, & stulti ac perfidi quidem hominis est, ac nihil sacris respōsis fidentis. Nam & immoderatas libidines coercet, & mētem acuit, & Dei offensas maximè vindicat. Cùm libidines enim calor insitus efficiat, pastuque ac cibo ipse alatur, qui pastum, cibumque detrahit, caloris vires infringit, ac proinde effrenatas non excitabit libidines. Nam expertum sępe est, eos, qui bene poti, & pasti sunt, maio-

Ieiunium honestissimum esse.

Excellentiſs mum veneris remedium à cibis abſtinere.

res, vehemẽtioreſque oriri libidines: ſiquidem rectè quidam Poeta dixit; Sine Cerere,& Baccho friget Venus. Quapropter ſanctiſsimi viri, excellentiſsimum Veneris remedium eſſe iudicarunt, à cibis abſtinere. quod Paulus ſignificauit dicens: in ieiunijs multis, in ſcientia, & caſtitate, quaſi ieiunijs ſcientia, & caſtitas conſtet. Chriſtus etiam genus aliquod, Dæmoniorum eſſe teſtatur, quod non niſi ieiunio, & oratione eijciatur. Cùm tantus ergo fructus ex ieiunio (auctore Chriſto) percipiatur; cùm ad ieiunium nos Paulus adhortetur; audent iſti ieiunium inutile eſſe dicere? vtrùm Chriſtum, & Paulũ res nobis inutiles præcipere putant? aut illis repugnare non verentur? Scientia conſtat etiam per ieiunium vt Paulus dixit: quoniam vires auget ingenij; quippe quòd menti tranquillitatem afferat, quam multus cibus craſsiores efficiẽdo ſpiritus perturbat. Quo circa ſancti viri cum Deo loquentes, aut precando aliquid ab eo impetrare cupientes, à cibis omnino abſtinebant. Ita Moyſes totos quadraginta dies, quos in monte cũ Deo moratus eſt, ieiunus fuit. Elias cùm ad montem Dei veniret Horeb, vbi Deum ſecum loquẽtem audiuit, quadraginta etiam dies nihil omnino comedit. Daniel tres hebdomadas à cibo ſe temperans, Angelum ſpecie ſulgentiſsima vidit: Dum verò populi ſui libertatem à Deo impetrare contenderet, tres alias hebdomadas ieiunium coluit. Laudatur à Luca Anna Prophetiſſa filia Phanuel, quòd non diſcederet de templo, ieiunijs, & obſecrationibus ſeruiens nocte, ac die. Ea verò de cauſa ſanctos viros aut precãtes; aut cum Deo loquentes ieiunio vſos fuiſſe puto; quòd mens cibo, paſtuque obſtupefacta, Dei ſit indigna colloquio: totus enim ipſe ſpiritꝰ eſt. Ex quo fit vt poſt cœnam, niſi nimiũ illa exigua ſit, ægrè literarum ſtudijs operam nauare poſsimus. Eam etiam ieiunium vtilitatem affert; quòd cùm graue atque moleſtum ſua natura ſit, pœnas peccatorum ieiunando luimus. In quo noſtram in Deum voluntatẽ maximè declaramus; quòd adeo nos eum offendiſſe pœniteat, vt ipſi noſtrorum ſcelerum vltores eſſe velimus, atque in nobis iram in nos ſuam expromere. Et ita apud Ioelem dicitur; Conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, & planctu. Niniuitæ irã Dei ſibi iam imminentem auerterunt ieiunijs. Achab Deũ valde iratum ſibi placauit ieiunio. Heſter Aſſueri furorem mitigauit ieiunio; fecitque vt ſequiſsimam in Iudæos omnes ſententiam mutaret. Chriſtus denique ieiunium exemplo, verbiſq; docuit. Nam & ipſe ieiunium perpetuos dies quadraginta coluit: veram etiam ieiunandi rationem expoſuit, vt omni hypocriſi, & inani gloria vacet. Tu autem cum ieiunas (ait) vnge caput tuum, & faciem tuam laua, ne appareas hominibus ieiunans. &c. Auguſtinus denique in quadam declamatione de ieiunio, & obſecratione, laudes eius mirificè prædicat dicens. Ieiunium purgat animam, mentem ſubleuat, propriam carnem ſpiritui ſubijcit, cor facit contritum, & humiliatum, concupiſcentiæ nebulas diſpergit, libidinum ardores extinguit; caſtitatis verò lumen accendit. Quare dubium non eſt quin ieiuniũ ſit officij munus, ad abſtinentiam virtutem ſpectans. Ex quo illud conſequens eſt, Eccleſiam de ieiunio leges ferre poſſe: vt de quadrageſima ieiunando

Vtile ieiuniũ ad ſcientiam compæandã

Sãctiviri aut cũ Deo loquẽtes, aut Deũ precantes à cibis abſtinebant.

Deut. 9.
3. Reg. 19.
Dan 10.
Dan. 9.
Luc. 2.

Cur ſancti viri aut precãtes, aut cum Deo loquẽtes ieiunarẽt.
Ieiuniũ vtile ad ſatisfactiõdum.

Ioel. 2.
Ion. 2.
3. Reg. 21.
Heſt. 4.
Matt. 4.
Matt. 7.

Verã ieiunãdi rationem expoſuit Chriſtus.
Auguſtinus.

Eccleſiam de ieiunio leges ferre poſſe.

nando

nando tulit; quò Chriſtum ſponſum, & ſeruatorem ſuum imitaretur, qui quadraginta dies in ſolitudine ieiuna uit. Indixit etiam ſolenne ieiunium quatuor anni temporibus; quòd illis diebus, ſacris homines initientur; Act. 11. Apoſtolos ſequens, qui ieiunantes, & orantes Barnabæ, & Paulo manus imponentes, munus eis prædicandi demãdárunt. Veterem etiam Eccleſiam imitans; quæ magna religione (vt narrat Zacharias) quatuor ſolennia colèbat ieiunia. Zach. 8. Sed aduerſariorum argumenta, quibus & ieiunium, & de ieiunio leges eludunt, videamus. Nã Paulus (dicunt) ait, corporalis exercitatio ad modicum vtilis eſt. 1. Tim. 3. Sed demõſtrarent, ne pueriliter argumentari viderentur, ieiunium corporalem exercitationem eſſe. id enim Chriſoſtomus, & Theophilactus non patiuntur: ſed mentis potiùs eſſe dicunt; quòd mentem acuat, mentique tranquillitatem afferat, libidinis impetus retardando. Corporis itaque exercitationem Paulus appellat eam, quæ corpori ſua natura modò vtilitatem affert, cuius brevi bona peritura ſint. Citant etiam aduerſarij illud Eſaiæ Dei verbis dicentis; Eſai. 58. Nunquid tale eſt ieiunium, quod elegi, per diẽ affligere hominem animam ſuam &c. Et mox ſubijcit. Non ne hoc eſt magis ieiunium, quod elegi; diſſolue colligationes impietatis, ſolue faſciculos deprimentes, dimitte eos, qui confracti ſunt, liberos, & omne onus diſrumpe; frange eſurienti panem tuum, & egenos, vagoſque induc in domum tuam. Cum videris nudum, operi eum, & carnem tuam ne deſpexeris: tunc errumpet quaſi manè lumen tuum, & ſanitas tua citiùs orietur. Sed hoc teſtimonio tantùm probabunt; primùm Deo eſſe antiquiora miſericordiæ, quàm abſtinẽtiæ munera. Dicit enim: nonne hoc eſt magis ieiunium quod elegi; Diſſolue colligationes impietatis &c. magis hoc ei placet; fateor quidem; at ieiunium non diſplicet. Probabunt deinde nihil nos à Deo à cibis abſtinendo mereri: ſi in proximos noſtros acerbi, litigioſi, cõtumelioſi, impotẽtes deique, & iracũdi ſimus. id quod ſtatim Propheta declarat dicens: Ecce in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra, & omnes debitores veſtros repetitis. Ecce ad lites, & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impiè. Huiuſmodi verò ieiunium Deo parũ eſſe gratum, haud negamus. Nam ſæpe cõtingit; vt actio natura ſua bona, propter res adiunctas iniqua, & improba fiat. quoniam dies feſtos à Deo ipſo inſtitutos agere, vel aduerſarij noſtri non vituperabunt: Deus tamẽ per Eſaiam dicit; Calendas veſtras, & ſolẽnitates veſtras odiuit anima mea, facta ſunt mihi moleſta. Eſaj. 1. Victimas etiã Deo mactare religioſum, & honeſtũ erat: dicit tamen ipſe; Ne offeratis ſacrificium fruſtrà: incenſum abominatio eſt mihi. Eſai. 1. Eodem modo ieiunium per ſe, viqué ſua bonum, res connexæ impium, Deoq; minimè gratum reddebant. Vrgent tamen aduerſarij dicentes; Paulus ait, ſi ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis: ſpiritu igitur, & non ieiunio libidinem oportet coerceri. Gal. 5. Acuti ſacrarum literarũ interpretes! perinde quaſi vnum remedium ad libidinem ſanandam aliud excludat. Et ſpiritu libidinem vehementer comprimi fatemur, & ſpiritũ valde in ea re præſtanda à ieiunio iuuari dicimus: ſicut ipſe Paulus ait, Qui ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs, & concupiſcentijs. Gal. 5. & alio

Deo ſunt antiquiora miſericordiæ quã abſtinentiæ munera.

Actio ſua natura bona propter res adiunctas iniqua fit.

Chriſoſtomus Theophilactus.

Ieiunium mẽtis exercitationem eſſe.

Quam vocet Paulus corporis exercitationem.

Ieiunium ſpiritũ vehemẽter iuuat.

1.Cor.9. alio loco; Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne cùm alijs prædi cauero, ipſe reprobus efficiar. Sed dicunt aduerſarij; magnum vulnus Euã gelij doctrinam ex hac ieiunij perſua ſione accepiſſe. Nam vult Euãgelium vt credamus, per Chriſtum, non per ieiunium veniam peccatorum impetrare. Perinde quaſi euangelium omnia officij munera tollat. Quam exiſtimationem improbam, & nefariam, & impiam eſſe, iam dudum probauimus. Leges verò de ieiunio ita refellunt, vt ieiunium (inquiũt) nõ improbemus; leges verò, quę Chriſtianis ſtatis temporibus ieiunium indicũt, ſciſſas omnes eſſe volumus. Nam libertas eas Chriſtiana minimè patitur. Sed multis egimus hoc, & ſuperiori libro de hac libertate Chriſtiana, quam iſti profligati homines intrudere conantur; veramque Chriſtianæ libertatis rationem expoſuimus, quæ bonas, & pias leges non ſolùm non reijcit, ſed etiam vehementer amat. Sed inſtant illi dicentes; quid attinet ſemel in die tantùm ieiunantibus veſci iubere? cũ vna cœna tanto ſe cibo quiſpiam ingurgitare poſsit, vt crudus toto die ſit, nunquid non ſatius eſſet, ſæpe leuiter cibum guſtare; ita vt fames in totum non pellatur? At ſicut partes Eccleſiæ ſunt, certis diebus ieiunium imperare; ita, & ieiunãdi modum ſtatuere. Cibi verò quantitas, quî poteſt definiri? quare rectè quoties comedendum ſit præſcribit, ſemel tantùm veſci præcipiens. Quod ſi quis intemperãter tum cibo ſe obruat, Eccleſiæ quidem legem non perfringit, paruam tamen, aut certè nullam ex ieiunio vtilitatẽ fert. Nec lex quod id non caueat, improbanda eſt: lex enim de rebus humanis, quòd variæ, & infinitæ propè

Eccleſiæ partes ſunt ieiunandi modũ ſtatuere.

Quis paucam à ieiunio vtilitatẽ ferat.

ſint, non poteſt incommoda omnia, & detrimenta cauere. Iſtorum denique, & Iouiniani, & Vualdenſium, & Vuiclephitarum errorem Cõcilium Gangrenſe ca. 19. his verbis condemnat. Si quis eorum, qui propoſito ſunt continentię, pręter neceſsitatem corporalem ſuperbiat, & ieiunia communia totius Eccleſiæ putauerit contemnenda, perfectam in ſua ſcientia vindicans rationem, Anathema ſit. Condemnatur etiam à Telenſi Concilio, profertque illud Pſalmi; operui in ieiunio animam meam. Cum igitur tantis, tamque perſpicuis argumẽtis, totque diuinis oraculis, conciliorumque conſultis noſtra ſententia demonſtrata ſit, aduerſariorum falſa, improba, & temeraria habeatur.

Lex nõ poteſt omnia detrimẽta cauere.

Concilium Gangrenſe.

Conciliũ Telenſe.

CAP. 31. Fas eſſe nonnullos cibos Chriſtianis interdici.

HInc etiam alius Iouiniani, Vuiclephitarum, Luteri, & aliorum aduerſariorum noſtrorum error improbus deprehenditur, aſſeuerantium, iniquum eſſe cibos vllos Chriſtianis prohiberi: quoniam ſi à cibis abſtinere ſuperioribus de cauſis officioſum eſt; eiſdem de cauſis à cibis certis abſtinere officioſum erit. Eſt enim temperati, & hominis frugalis munus, ab ijs ſe cibis temperare, qui cæteris delicatiores, & iucundiores ſunt; ne mollior animus, & diſſolutior delitijs fiat. Quoniam è cõtrario turpe habetur, luxuria diffluere, molliter, & delicatè viuere. Quare Ioannes Baptiſta ſummoperè ſacris laudatur literis: quod victu, & veſtitu omnium hominum frugaliſsimus fuerit. Commendãtur etiam apud Ieremiã

Frugalis hominis munus.

Re-

Num. 6. Rechabitæ, q̃ à vino, & à carne se abstinuerint. Extat etiã huiusmodi Nazaræorum lex: vir, siue mulier cùm fecerint votum, vt sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, à vino, & omni, quod inebriare potest, abstinebunt: acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, nõ bibent: vuas recẽtes, siccasque non comedent. Qui locus non eleuatur dicendo, cibos lege veteri prohibitos, noua cõcedi. Nam ij cibi veteri etiam lege concedebantur. Verum enim verò ex eo facilè intelligitur, eos, qui seueriorem, perfectioremque vitam profitentur, multis se cibis, quibus alijs vti licet, abstinere debere. Amantis etiam, & offensionis pœnitentis officium est, rebus se iucundis priuare, tenuique victu, cultuque esse contentum; quò vindicet offensam Dei. Et hac, præter alias de causa Ioannes tam eximia parsimonia fuit, quòd homines ad pœnitentiam hortabatur. At Christus (aduersarij dicunt) discipulis suis dixit, in eadem domo manete ẽdentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: quibus verbis omnia ciborum genera concessit. sed hoc discipulis dictum fuit (vt Lucas narrat) cum illos prædicatum mitteret; quo tempore eisdem præcepit, eodem auctore Euãgelista, ne secum sacculum, peram, & calceamenta ferrent. Ad quod pertinet id, quod secum facere aduersarij putant: præcepit illis igitur ne cibos, aut pecunias ad illos emendum portarent, sed vt eis essent contenti, qui à populis suppeditarentur. Quare non rectè nonnulli existimãt, cibos lege vetitos hîc Apostolis permitti. Nam cùm Christus veterem legem tãta religione obseruaret, non concederet discipulis suis ante mortem suam eius perfringendæ facultatem. Nec tam nouum, & inopinatũ (vt in actis narratur) posteà discipulis videretur; cum ciborũ omnium sibi factam potestatem intelligerent. Huc accedit, quod Iudæis tantùm vt Euangelium exponerent, discipulis suis præcepit. Nã Matthæus dixisse narrat, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne intraueritis; sed potiùs ite ad oues, quæ perierunt domus Israel. Iudæi autem cibis lege vetitis non vescerẽtur. Quare ex illis verbis, manete edentes, & bibentes, quæ apud illos sunt: cùm illi essent Iudæi, potiùs concluditur, cibos tantùm eos discipulis permisisse, quibus vtebantur Iudæi. Verba igitur, quę aduersarij citant, id modò significant, non debere discipulos secũ cibos, aut pecunias ferre: sed hæc ab eis populis esse præbenda, quos illi Euangelium docerent. Dignus est enim operarius mercede sua, vt statim subijcit apud Lucam ipse Christus. Illud verò, quod obijciunt nobis secundo loco: Non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod exit de ore, id coinquinat hominem: tantùm significat, mentem, ac voluntatem nostram omnium scelerum esse principium: ita vt nisi scientes, prudentesq; faciamus, nihil sceleris admissum sit. In quam sententiam Christus ipse posteà discipulis illud declarauit dicẽs; De corde exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiæ: hæc sunt, quæ coinquinãt hominem. Itaque si tempore quadrageſimę carnes quispiam imprudens comedat, nullum facinus susceptum est: quia carnes per se, vique sua nullo scelere homines inquinant: sed quod Ecclesiæ,

Act. 12.

Matt. 10.

Luc. 10.

Matt. 15.

Multis se cibis abstinere debẽt qui perfectiorem vitã profitẽtur.

Pœnitentis munus.

Cur Ioannes tam parce vixerit.

Luc. 10.

Luca locus declaratur.

Matthæi locus declaratur.

Cibos lege vetitos Apostolis Christus ante mortẽ suã non permisit.

siæ,cui debet homo perpetuam obedientiã, carnes statis temporibus prohibenti non obtemperet: quod quidem exit de ore;id est ab iniqua volũtate profectum est.Sed dicunt aduersarij; in ea tempora nostrà causa Ecclesiam incidisse,de quibus Paulus dicit:Quia in nouissimis temporibus discedent quidam à fide, attendentes spiritibus erroris,in hypocrisi loquẽtium mendacium, abstinere à cibis, quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & ijs,qui cognouerunt veritatem.Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum , quod cum gratiarum actione percipitur. Sãctificatur enim per verbum Dei, & orationem. Sed ijs verbis Paulus nihil cõtra nostram sententiam statuit;sed duos simul errores reprehendit, qui sunt postea in Ecclesia consecuti;vnus,Ebionis,Cherinti,& Nazaræorũ existimãtiũ, vnà cum euangelio veterem legem obseruandam esse; & ab ijs cibis, quos illa vetat, abstinendum. quem errorem tangit illis verbis: quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarũ actione fidelibus, & ijs, qui cognouerunt veritatem, id est, nihil ad eos vmbra, & imago pertinet veteris legis,qui veritatem euangelij cognouerunt. Alter, Tatiani, Priscillianistarum,& Manichæorum dicẽtium, quasdam creaturas sua esse immundas natura,& hominis animum inquinare;quòd à malo fuerint principio productę.Quem errorem verbis illis reprehẽdit: Quia omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum &c. Ad primum etiam errorem pertinent alia duo Pauli loca,quibus sententiam nostram aduersarij confutant. Esca (inquit Corinthijs scribens) nos non commendat Deo. Neque enim si manducauerimus,abundauimus, neque si non mã ducauerimus, deficiemus. Et alio loco; nemo vos iudicet in cibo, aut in potu. id est, ne putetis in cibis Christianos ab alijs gentibus, vt olim Iudæos,distingui: aut ex hoc Deo aut placere,aut displicere. Quam explicationem ipsa verborum series declarat.Nam in primo loco, loquitur de ijs , quæ idolis immolabantur, quibus vesci fas non erat Iudæis.in secundo ipse statim addit post illud; nemo vos iudicet in cibo,aut in potu,aut in parte (inquit) diei festi, aut Neomeniæ,aut sabbathorum, quæ sunt vmbra futuri. quæ omnia ad legem veterem pertinebant: quare de illa ,nó de nostris institutis loquebatur. Obijciunt nobis etiam Spiridionis Episcopi Cyprij exemplum, de quo in historia tripartita capite decimo narratur: quòd cum peregrinum quendam acciperet hospitio quadragesima iam instante, cùmq; nihil cibi præter carnes suillas salsas in domo eius reperiretur, quòd propter summam vitæ parsimoniam,tanta religione quadragesimæ ieiunium colebat, vt certis tantùm,constitutisque diebus comederet;reliquos interiectos ab omni se prorsus cibo temperaret, iussit filiæ, quæ ministrabat ei, vt carnes suillas coqueret,& sibi ad cœnandum apponeret:quibus appositis,ipse comedes, rogabat hospitem,vt simul comederet.Qui cum religione commotus recusaret, Christianum se esse dicens; Respondit ille ; equidem quoniam Christianus es,debes comedere: nam omnia munda mundis per Paulum Christus esse docuit. Nó igitur oportet(dicunt aduersarij)tanta religione tempore quadragesimæ à carnibus absti-

Locus Pauli accurate declaratur.

1.Tim.4.

Error Ebionis Cherinti, & Nazaræorum.

Error Tatiani, Priscillianistarũ, & Manichæorũ

1.Cor.8.

Locus Pauli declaratur accurate. Col.2.

Spiridionis exemplum.

abſtinere. Sed primùm ex hoc exemplo probatur, non minore religione eam maiores noſtros obſeruaſſe. *Spiridionis factum explicatur.* Nam ſanctus Epiſcopus hic non ſolùm carnibus, ſed etiam omni ſe prorſus cibo nonnullos eius dies priuabat. Peregrinus etiam religione deterritus non audebat carnibus veſci, licet laſſus eſſet de via. quod ſi nullus cibus alius ſuppetebat, quid mirum, ſi homini feſſo, fatigatoque præberentur? cùm eadem de cauſa panes propoſitionis, quibus ſolis ſacerdotibus veſci fas erat olim, Dauid, & ſocijs eius fuerint diſtributi. *Cur ſanctus Spiridiõ tempore quadrageſimæ carnes comederit.* Quod verò ſanctus Epiſcopus carnes etiam comedit, vt hoſpiti religionem auferret feciſſe credendum eſt; & vt humaniter eum tractaret. Sed nonnulla ſanctorum exempla non temerè imitanda, ſed piè admiranda ſunt. *Exẽpla ſanctorum virorum non temerè imitanda.* Nam Sanctus Nicolaus à Tolentino vel in graui, & periculoſo morbo à carnibus abſtinebat: quod ſi faceret alius, fortè temerarius haberetur. Quoniam fortaſſe numen aliquod eam eis mentem dedit vt illa facerẽt, quod noſtro conſilio æquum non eſſet fieri: præſertim quod ſanctus Spiridion oraſſe priùs in eadem hiſtoria ſcribitur, quàm hoſpiti cœnã parare iuberet. quare forte aliquod reſponſum ei datum diuinum fuit. *Eraſmus.* Sed Eraſmus in hac re temerarius, cæterà quidem doctus, & Catholicus vir ait; Chriſtus nullum inſtituit ciborum delectum: Ergo perfectiùs imitabimur illum, ſi nullum nos delectum habeamus. At eodem argumento probaret, omnes eſſe delẽdas religionis noſtræ ceremonias, quòd à Chriſto nullæ fuerint inſtitutæ. Huiuſmodi tamen argumẽtatio aliquid ponderis haberet, ſi Chriſtus Eccleſiæ ſuæ nullam ferendarum legum facultatem feciſſet: verumtamen cũ ipſa (vt libro primo probauimus) ſatis amplam ſcribendi leges facultatem habeat; valde ridicula Eraſmi argumentatio eſt. Leges igitur, & ſtatuta Eccleſiæ tot annorum conſuetudine confirmata, maximè declarant, quàm vera noſtra ſententia de ciborum delectu ſit. Eſt præterea Cõ cilij Toletani id de hac re decretum. *Cõcilium Toletanum.* Et etiam quicunque quadrageſimæ dies, quæ anni totius decimæ putantur, quæ & in oblatione ieiunij Domino conſecrantur; quibus etiam ſaluberrimè conditio humani generis expiatur, dum à quatuor mundi partibus ad hanc homo religionem crediturus adducitur, & quatuor elemẽtis formatur, & propter tranſgreſsionem decalogi quater decies conuenienter affligitur; illi, qui temerariè hæc omnia contemnunt, nec voracitatis ingluuiem frenanti & quod peius eſt, paſchalia feſta illicitorum eſuum perceptione profanant; quibus ex hoc adeo acerrimè interdicitur, vt quiſquis ſine ineuitabili neceſsitate, atque fragilitate, & euidente languore, ſeu etiam impoſsibilitate ætatis diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolùm reus erit reſurrectionis Dominicæ; verum etiã alienus ab eiuſdem diei ſanctæ communione. Et hoc illi cumulatur ad pœnam, vt ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam: quia ſacris diebus abſtinentiæ oblitus eſt diſciplinam. Quare ieiunium ciborum delectu ſapientiſsimè ab Eccleſia inſtitutum eſt.

CAP. 32. Deum ſanctiſſimum eſſe precari.

SEQVITVR VT de obſecratione diſſeramus: quam etſi Luterus probet, ſui tamen diſcipuli, eiuſdem alia doctrina inſtructi, ne ſibi non conſtare videantur, omnino reprobant. In quo Luteri inconſtantiam, diſcipulorum verò nefariam pertinaciam arguere poſſumus. Nam Luterus (vt antè narraui) negat quidquam in vtramque partem cadere poſſe. Nihil igitur eſt, quod obſecremus, aut vt à Deo petamus: ſiquidem ex belluę iſtius ſententia aut eſſe non poteſt, quod rogamus; aut neceſſariò, licet non rogemus, eueniet. Non ſibi Luterus ergo conſtat, cùm preces probat, & futurum contingens tollit. Qua ratione eius diſcipuli ducti; & Petrus Abailardus, & Ioannes Hus, & Ioannes Vuicleph, preces omnes, & obſecrationes contemnunt, fruſtraque fieri dicunt. Pelagius alia ſibi ratione perſuadet, non oportere ſaltem pro peccatorum recõciliatione Deũ orare; quòd in noſtra poteſtate id omnino poſitum eſſe putat, ita vt nullo Dei auxilio egeamus. Quem errorem ſuperiùs conuicimus. Sed quàm ſtultum, & nefarium ſit preces, & obſecrationes refutare, vel ex eo cognoſci poteſt: quod ipſa nos natura Deum orare, & obſecrare docet. Nulla enim gens tam efferata immanitate eſt, quæ Deos ſuos non implorandos, & obſecrandos eſſe putet. Nam ipſa noſtra imbecillitas, difficultates, & neceſſitates maximæ, quibus natura premimur, Dei nobis auxilio opus eſſe imbuunt: quem precibus flecti poſſe putamus, quòd clementem, miſericordem, & benignum eſſe intelligamus. Hanc præterea doctrinam, quam ex ipſa arripuimus natura, fides, & religio noſtra vehementer confirmat: ex cuius principijs, non neceſſitate omnia euenire demonſtrauimus. Multa etiam diuinis reſponſis narrãtur precibus à viris ſanctis impetrata fuiſſe. Nam Ioſue orante cœlum ſtetiſſe dicitur. Precibus etiam Eliæ puer viduæ Sareptanæ ad vitam eſt reuocatus. Precibus etiam Eliſei alius filius mulieris Sunenſis reuixit. Ac denique nimis longum, & prolixum eſſet narrare, quanta precibus ſanctorum geſta fuerint. Non igitur inutilis obſecratio eſt. Et ipſe verus magiſter Chriſtus nihil tam nobis mandauit, nihil tam faciendum præcepit, quàm vt frequenter Deum oraremus, & obſecraremus. Nam ſimilitudine quadam, & exemplo docet apud Lucam, quòd oporteat ſemper orare, & nunquam deficere. & alio loco Chriſtus dicit; Ego dico vobis petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulſate, & aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit, & qui quærit, inuenit, & pulſanti aperietur. Ac formulam ipſe precandi, quam in precibus, & obſecrationibus ſequeremur, inſtituit. Denique hominis eſt aut inſani, aut ſacrarum literarum penitus ignari, preces, & obſecrationes abijcere. Ex quo ego apertiſsimè intelligo, quàm præcipites aduerſarij noſtri amentia ferantur; qui cum literas ſacroſanctas non reſpuant, id aſſeuerare non vereantur, quod cum illis magis, quàm calor cum frigore pugnat.

Luterus.

Luteri inconſtantia.

Luterani. Petrus Abailardus. Ioannes Hus. Ioannes Vuicleph.

Pelagius.

Ipſa natura Deum docet obſecrare.

Multa precibus viri ſancti impetrarunt.

3. Reg. 17. 4. Reg. 4.

Luc. 18.

Luc. 11.

Matt. 6. Luc. 11.

Nec

Precibus nihil diuinæ prouidentiæ detrahitur.

Nec verò cum hanc sententiam religiosè amplectimur, quicquam, vt aduersarij criminantur, diuinæ prouidentiæ,& rerum futurarum scientię detrahimus. Nam res singulas propter suas causas Deus prouĕturas prouidit: ita, vt sicut res futuras curauit; sic & earum causas. Vt si cœlum Iosue temporibus immotũ aliquo temporis spatio mansurum cognouit, & illum oraturum prouidit. Quod idĕ de rebus alijs, quæ precibus sanctorum fiunt, statuendum est. Hanc denique orandi formulam à Christo in

Deus sicut res futuras curauit, ita & earũ causas.

Concilium Toletanum.

stitutam, Concilium Toletanũ quartum mirificè laudat præcipiens, vt quotidiè à singulis sacerdotibus recitaretur dicens; Delet ergo hæc quotidiana oratio minima quotidiana peccata, delet illa, à quibus vita fidelium, etiam sceleratè gesta, pœnitendo in melius discedit mutata. Ergo sicut Christus præcepit, sic Apostolus monuit; & quemadmodum Doctores Ecclesiastici instituerunt, quia quotidie vel cogitatione, vel verbo delinquimus, quotidie & hanc orationem effundere in conspectu Dei debemus. Quisquis ergo sacerdotũ, vel subiacentium clericorum hanc orationem dominicam quotidiè, aut in publico, aut in priuato officio præterierit, propter superbiam iudicatus ordinis sui honore priuetur. Concilium etiam Mileuitanum octauo capite sic in Pelagium inuehitur. Item placuit, vt quicunque verba ipsa dominicæ orationis vbi dicimus, dimitte nobis debita nostra, ita volunt à sanctis dici, vt humiliter, & non veraciter hoc dicatur, anathema sit. Quis enim ferat orantem, & non hominibus, sed ipsi domino mentientem? qui labijs sibi dicit dimitti vel-

Peccata venialia delentur, si pater noster recitetur.

Concilium Mileuitanum.

Pelagius.

le, & corde dicit, quæ sibi demittantur debita non habere? Demus igitur ieiunio, & orationi operam; quia fortasse cacodæmon, qui Luterum, & eius discipulos in Dei Ecclesiam incitauit, illorum de grege est, de quibus Christus dicit, non nisi in ieiunio, & oratione eijci.

CAP. 33. *Fas esse in literarum studijs versari.*

SEQVITVR VT disseramus de alio aduersariorum nostrorum errore turpissimo. Nã Melancton, & Carolostadius affirmant, fas non esse literas vllas, præter sacras discere: & aliquo artificio mechanico dicũt hominibus victum esse quærendum. Luterus verò iactat scientias omnes in contemplatione positas, meros errores esse. Tantoq; progressus Vuratislauiæ, & Suidniciæ, & alijs Germaniæ vrbibus hæc fecit insania; vt aliquot annos ludos literarios occluderent, & scientiarum studio ciuibus suis interdicerent. At error, & veritas ita pugnant, vt simul esse non possint: scientia verò in veritate tota consistit. nulla igitur error est. absurdissimum igitur est scientias omnes errores esse dicere. Iam verò si nihil veri in mathematici, & in physicis, & alijs scientijs esse iactent; nihil est quod cum tam insanis hominibus disputemus. Nam sicut mathematici non est cum illo contendere, qui suæ scientiæ principia negat: ita nec Philosophi cum illo, qui nullis fidĕ habet principijs. Age verò quę illi docĕt, verane an falsa putãt? si falsa; nobiscũ certè sentiũt, & sublata omnis controuersia est. Sin autem ve-

Melancton. Carolostadius.

Luterus.

In Germaniæ interdicũtur ciues scientiarum studio.

ra: eſt igitur aliquid veri extra ſacras literas, in quo addiſcendo operam fas ſit nauare. Hominis enim propria eſt veri inquiſitio: nam mens, & ratio natura circa verum verſatur. Eſt igitur aliquid in natura veri. Nam ſi vis, & facultas eſt; & ſubiectum, in quo illa cernitur eſſe debet: eſſet enim abſurdum oculos propter colorem, auditum propter ſonum fingere; cum nullus eſſet neque color, neque ſonus. Cum mens igitur, & ratio veri cauſa nobis data ſint; verum quidem oportet eſſe. Diſciplinas verò illas, quæ verum planè docent, nos ſcientias appellamus. Non igitur contemnendæ, ſed magno ſtudio expetendæ ſunt: minimeque errare, ſed vera tradere iudicandæ. Sed eas Luterus errores appellat: quoniam ex corde nondum gratia correcto profi ciſcuntur. Vide hominis ſtultitiam! Quoniam peccatum nō funditus hominis naturā deleuit: alioqui homines iam non eſſemus; labefactata quidem eſt, ſed non penitus euerſa natura. Quare aliquid boni relictum eſt, ex quo recti quidpiā proficiſci poſſit. Mens manet, ratio manet, iudicium manet; quæ verſantur in vero: quare veri aliquid eſt; quo reperiendo, homines vires ſuas explicare poſſunt. Quid? ſi alicuius momenti Luteri argumentatio eſſet, nullo mechanico artificio homini fas eſſet vti, cōtrà quàm aduerſarij docent. Nam à mente nondum per gratiam reſtituta, proficiſcuntur artificia. Iam verò nonne ſacris oraculis ſapientia Salomonis vehementer laudatur, & ſtudium eius commendatur, quòd de rebus naturalibus diſſeruerit? Diſputauit (inquit ſcriptura) ſuper lignis à Cedro, quæ eſt in Libano, vſq; ad hyſopum, quæ egreditur de pariete. & diſſeruit de iumentis, & volucribus, & reptilibus, & piſcibus. Non eſt igitur ſcientia naturalis deſpicienda. Multi etiam Pſalmi de rebus naturalibus diſſerunt; vt Pſalmus. 103. & 147. De officijs verò mirificè in vniuerſa ſacra ſcriptura diſſeritur. Officiorum igitur ſcientia non eſt inutilis. Mathematici verò tam certa, & perſpicua demonſtratione doctrinā ſuam concludunt, vt nemo niſi omnino deſipiat, eos errare, aut hallucinari dicat. Huc accedit, quòd ea vita, quæ tota in contemplatione cernitur, Chriſto ita iudicante, qui optimam partem Mariam elegiſſe dicit; præſtat ei, quæ in actione poſita eſt. Non igitur oportet eum, qui contemplando vitam traducit, artem aliam ad victum quærendum exercere. Sed dicet Melancton; Paulus vetat Philoſophiam: non igitur eiſtudendum eſt. At Paulus id modò Coloſſenſibus ſcribit; videte ne quis vos decipiat per Philoſophiam, & inanem fallaciam. non igitur Paulus vetat Philoſophiam, ſed per Philoſophiam decipi. Obijciunt etiam nobis illud, quod Deus primo parenti dixit, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. Sed hoc loco tantùm declaratur, magno labore fructus è terra eſſe petendos. dixerat enim; maledicta terra in opere tuo; in laboribus comedes ex ea cunctis diebus vitæ tuæ. Spinas, & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. Non prohibet tamen ſeruos, aut filios habere, qui huiuſmodi laborem ſuſcipiant, aut ex magna parte leuent. Nato enim Noe dixit Lamec pater eius; Iſte conſolabitur nos ab operibus, & laboribus manuum noſtrarum

Hominis propria eſt veri inquiſitio.

Mens & ratio veri cauſa data ſunt.

Peccatum nō funditus hominis naturā delenit.

3. Reg. 4.

Multi Pſalmi de rebus naturalibus diſſerunt.

Luc. 10.

Contemplatiua vita præſtat actiuæ.

Gene. 2.

Magno labore fructus è terra eſſe petendos.

Gene. 5.

ſtrarum in terra, cui maledixit Domi-
Locus Geneſis declaratur. nus. Quare ineptè ex loco illo conclu-
dit Melancton, debere omnes exerce-
re terram, aut ad opus aliquod, & arti-
ficium incumbere. Quod verò etiam
aduerſarij dicunt, ſacras literas ſine
interprete, aut expoſitore vllo eſſe tra-
ctandas, ſuperiori libro, quàm abſur-
dum, & temerarium ſit, ſatis copioſè
probauimus.

CAP. 34. Licere Chriſtianis bellum gerere.

DE toto genere officiorũ, ac de nonnullis eius for-
mis, de monachorũ ſta-
tu, mendicitate, virginitate, ieiunio, ciborũ delectu, obſecra-
tione, literarum ſtudio, quæ ad vitam
noſtram inſtituendam ſpectant, cum
aduerſarijs diſputauimus, eaq; à tam
immanibus belluis partim diſcerpen-
tibus partimq; cõculcãtibus, ac floc-
cipendẽtibus, defendimus. Sequitur
vt duo alia, quæ ad hoſtes, & inimi-
cos noſtros propulſandum ſpectant,
bellum, & hæreticorum cõbuſtionẽ
defendamus. Cõdemnat autẽ vniuer-
Oecolampadius. ſum belli genus Oecolampadius vnà
Manichæi. cum Manichęis. Luterus autem illud
Lutherus. modò, quod Turcis infertur. Quare
de toto belli genere aduerſus Oeco-
lampadium, & Manichæos prius diſ-
ſeramus. Deinde de bello in Turcas
pauca dicemus. Et ex Oecolampadio
quæram, num honeſtũ ſibi videatur
vrbium, regnorũq; magiſtratus, & iu-
dices in fures, ſicarios, & alios ſcelera-
tos homines animaduertere? Vtrùm
potius omnes reſpublicas, & regna
iſtis ſceleratis hominibus compleri
vult, omniumq; ciuium pacẽ, & tran-
quillitatem tolli? ciues bonis ſuis, &
vita priuari, largamq; profligatis ho-
minibus licentia dari? Quis verò eam
ciuitatem ferret, aut quamdiu reſpu-
blica illa permaneret, in qua impunè
vnicuiq; iniquè agere liceret? in qua
nulla flagitijs eſſet pœna inſtituta?
Non ita Paulus res adminiſtrari vo-
luit, cùm loquẽs de Principibus dixe-
rit, Dei enim miniſter eſt tibi in bo-
num: ſi autem malũ feceris, time: non
enim ſine cauſa gladium portat: Dei
enim miniſter eſt, vindex in iram ei,
qui malum agit. Quod ſi hoſtes in re-
publica natos reprimere fas eſt, cur
eos, qui magnis copijs inſtructis eam
populatum, & vaſtatum veniunt, bel-
lo arcere per Oecolampadium nõ li-
cebit? Siquis ſceleratiſsimus ciuis cõ-
parata prædonũ manu rẽpublicã in-
uaderet, quid iniquius, aut indignius,
quàm matres familias, quàm virgi-
nes, quàm pueros, & infantes profli-
gatorũ hominũ libidini permittere?
Quare bellũ oportebat inferre tã per-
dito, & ſcelerato ciui, in quo vitã ho-
neſtiſsimum eſſet fundere. Iam verò
præſtãtiſsima fortitudinis actio iſto-
rũ ſententia tollitur: quæ tum præſta-
tur, quãdo bello pro patria ſuſcepto,
mortem oppetere non dubitamus.
Quid? nonne illa eſt nõ ſcripta, ſed na-
talex, vt vim vi repellere liceat? quam
nunquã Chriſtus abrogauit. Nã cùm
ei Centurio diceret militibus ſe præ-
eſſe, minimè ei vt illo ſe munere abdi-
caret præcepit, vt Zachæo, & Mat-
thæo, qui argentariã exercebãt, ab eo
dem præceptum eſt. Ioannes à militi-
bus rogatus, quid ſibi faciendum eſ-
ſet, reſpondit, neminem concutiatis,
neque calumniam faciatis, & conten-
ti eſtote ſtipendijs veſtris. Si ſuis ſti-
pendijs, vt eſſent contenti, præcepit, li-
cet igitur in bello merere, ac proinde

Reſpublica no poteſt diu conſiſtere ni ſi pœna ſcelleribus inſtituat.

Rom. 13.

Quæ ſit præſtantiſsima fortitudinis actio.

Natura docet vim vi repellere licere.

Matt 8. 9. Luc. 19.

Luc. 3.

vt bellum gerere liceat necesse est. Si autem bellum gerere Christianis hominibus non liceret, vt militiã deserorent Ioannes moneret. Sed aduersarij dicunt: Christus ait, Ego autem dico vobis non resistere malo; sed siquis percusserit te in dexteram maxillam tuam, præbe ei & alteram. Et Romanis Paulus scribit, Non vosipsos defendentes fratres, sed date locum irę: Vtrumque tamẽ locum declarat id, quod Paulus subiicit: Scriptum est enim, mihi vindictã, & ego retribuã, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. Itaq; Christus, & eius Apostolus his verbis præcipiunt, vt priuatas iniurias auctoritate nostra non vlciscamur: neque iniuria lacessiti, vllius inimicitias suscipiamus: sed vt tam forti & constanti animo illatam iniuriam feramus, vt potiùs ad patiendũ aliã, quàm ad vlciscendum parati simus. At qui Reipub. præest, cùm sit omnium ciuium defensor, pacis, & otij custos; quò ad eius fieri possit, iniuriã debet propulsare. Nam si integrũ vnicuiq; sit, quibuscunque contumelijs alium, & ignominijs appetere: diu respub. non posset consistere. In eandem sententiam accipiendũ est illud eiusdem capitis Matthæi; Ei, qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium. Sed aduersarij modum nobis præscribunt, quo pugnare debeamus; precibus scilicet, & obsecrationibus. Quod quidẽ pugnæ genus prę stantissimũ esse fatemur: cùm tamen inferret Amalec bellum filijs Israel, Moyses non solùm montem ascendit, vt pro populo Deum rogaret, & obsecraret: verum etiam imperauit Iosue, vt bellũ inferret Amalec. Nam

Mat. 5.

Rom. 12.

Matthæi & Pauli locus declaratur.

singulare remedium etiam est ad omnia mala depellenda, & difficultates omnes explicandas precibus à Deo opem, & auxilium petere. Extremæ tamen dementiæ esset, si is, qui cùm morbo, aut fame opprimeretur, obsecrationibus modò confidens, neque sibi medicinam faciat, neque cibos, vbi possit, quærat: Alioqui cur toties Salomon in Prouerbijs pigrum, & socordem hominem reprehenderet, & allegaret illum ad formicam, quæ cibos in æstate parat? Sed iam cum Lutero manus conseramus, qui bellum aduersus Turcas Christianis hominibus iustum esse negat; hoc vno ductus argumento: quòd Turca flagellum est, quo Deus nostrorum criminum pœnas repetit. Quare cum illi resistimus, Deo repugnare videmur: tum quòd expeditiones, quas in illum apparauimus, non faustè cecederunt. Multa ille in hanc garrit sententiam; nullum tamen aliud argumentum colligetur, tantùm conuitijs, & petulantissimis maledictis Pontificẽ maximùm insectatur, & vniuersum Christianorum bellum in eum conuertendum esse iudicat. Sed de Pontificis Maximi potestate libro primo verba fecimus: contumelijs autem & conuitijs insani, & furentis hominis respõdere superuacaneum duco: tantùm argumenta, quibus rem sibi stultissimam persuadet, vtrùm sani hominis sint, consideremus. Nunquid morbi, fames, atque pestes, Dei non sunt etiam flagella, quibus nostra scelera vindicat? morbis igitur nullã medicinã faciamus, famem, atq; pestem liberè grassari permittamus, nullã homini calamitoso consolationem afferamus, ne Deo resistamus, cuius volũtate ad eam est calamitatem depul-

Nõ precibus modò confidẽdum est, sed alia etiã adhibenda remedia.

Bellũ aduersus Turcas iustum est.

Exod. 17.

sus.

sus. Cessent omnia miseriæ cordiæ munera, nullo miserorũ moueamur dolore; ne res à Deo gestas ægrè ferre, ne voluntati eius repugnare videamur. Sed certè isti onerosi cõsolatores sunt, vt Iob suis dixit amicis: quos hæreticorum personam gerere S. Gregorius declarat. Dare quidem operã deberent, vt Ecclesiam pro sua virili parte tanta calamitate leuarent, Christianos ad tam sanctum bellum adhortãdo, principum, ac regum Christianorum animos spe summæ gloriæ excitando; populos in sæuissimos hostes inflammando: quæ non solùm non faciunt, sed etiam istis commentis, atque mẽdacijs Christianorum animos ampliùs deijciunt, atque retardant. Volunt, vt in nos immanes, & teterrimæ gentes irruant, prædas nobis tacentibus agant, vrbes munitissimas impunè diruant: Reges Christianissimos ante oculos nostros opprimant, & regnis exuant: amplas Ecclesiæ prouincias occupent, sacra templa contaminent; viros, & mulieres, pueros, & puellas à vero Dei cultu, veraque religione auocent. Volunt deniq; vt sceleratissimis hostibus Ecclesiæ imperiũ ludibrio esse patiamur. Laudatur sacris literis Iudas Machabæus quòd pro aris, templo, & religione sua aduersus Antiochum, illius etiam populi flagellum, per multos annos bella gesserit: & nos reprehendemur ab istis, quòd nostro crudelissimo hosti resistamus? Vtrùm Turcæ, an qui talia suadẽt Ecclesię magis inimici sunt? Ego mihi persuadeo hos multò crudeliores Ecclesiæ hostes esse. Mentitur etiam Luterus dicens, omnia bella, quæ fecimus in Turcas, infeliciter esse gesta. Nã opera, & studio Calixti Tertij copię magnę coactę Hunnia de Coruino duce apud oppidum Belgradum acerrimum prælium cũ Turcis conseruêre: in quo copijs eorum omnibus effusis, plus quadraginta millia Turcarum occiderunt; ac magnus ipse Turca, qui tum exercitui suo præerat, vulnere à sagittario secũdum dextram mamillam accepto, se in fugam coniecit. Ac præstantissimus ille dux Hunniades Corunus, cùm decies sua castra, Turcarum castris contulerit, quadragintaq; leuioribus prælijs cũ illis certauerit; bis tantùm superatus est, quòd exiguis copijs cũ infinito exercitu pugnare non dubitauerit: in quibus duobus prælijs, quamuis hostes victoriam reportauerint, multò maiorem, quàm intulerunt cladem acceperunt. Quid? magnus ille dux Castriotus, nonne parua manu Turcarum copias multitudine innumerabiles sæpe profligauit? Et memoria nostra Carolus Imperator, ac rex noster Solimannum magnum Turcam omni copiarum genere abundantẽ, non ita magno exercitu apud vrbẽ Viennã pedẽ referre coegit. Ac nuper cùm studio, ac diligentia Pij quinti, ipse Pius, & Rex noster Catholicus Philippus, & Veneti in Turcas conspirassent, maximamque ædificassent, ornassentque classem, Duce præclarissimo principe Ioanne ab Austria, regis Catholici fratre, clarissimam post hominum memoriam ex vniuersa Turcarum classe victoriã reportârunt; ita vt classem ferè totam in potestatem suam redegerint. Atq; vtinã Reges Christiani extinctis perfidis Luteranis, depositisq; priuatis inimicitijs, inter se conspirarent, & in cõmunem hostem communi consensu bellum sibi ducendũ iudicarent: exercitum quidẽ qui instrueretur, Turcæ

Iob 16. *Gregorius.*

Hunnia les Corunus clarissimus dux.

Castriotus magnus dux.

Carolus Imperator Solimannũ pedem referre coegit.

Memoria nostra clarissima est è Turcis victoria reportata.

Aliqua bella in Turcas feliciter gesta sunt.

ſuſtinere non poſſent. Denique vt ad propoſitum redeamus, bellũ aduerſus Turcas ſanctiſsimum eſſe, argumento eſt, auctore Calixto tertio, auctore Pio quinto maximis pontificibus eſſe factum: à multis denique pontificibus diplomata Crucis conceſſa ſunt, quò Chriſtianorum animos ad hoc bellum inflãmarent. Quare iuſtiſſimum, & honeſtiſsimum habeatur.

Calixtus Tertius. *Pius Quintus.*

CAP. 35. *Fas eſſe hæreticos comburere.*

SEd non ſolùm Turcis, verum etiã hæreticis: quæ duo hoſtium genera Eccleſiam malè his temporibus habent; facillimos ad nos aditus Luterus patere vult. negat enim eſſe fas hæreticos comburere, vllove mortis genere multare. Sed ſi rectè mortis ſupplicium furibus, & ſicarijs conſtituitur; rectiùs perfidis hæreticis eadẽ pœna comparatur. Nam fures caduca, & peritura bona nobis eripiunt: hæretici verò bona perpetua, & æterna. Sicarij corpus interficiunt, animam verò non poſſunt attingere: hæretici autem animum necant, & æterna morte afficiunt. Iam verò qui magis rempublicam labefactant, qui magis pacem eius minuunt, maiori ſunt ſupplicio coercendi. Quantùm hæretici verò reipub. afferenda pernicie cæteris hominibus profligatis præſtent, tot ſeditiones, tot diſcordiæ in vrbibus, & regnis florentiſsimis conflatæ, tot editæ clades, & ſtrages teſtẽtur. Quot acerrima, & crudeliſsima bella, quàm calamitoſa ciuibus ſunt his miſeris temporibus propter varias hæreſes facta! Quã primùm quædam hæreſis Thomæ Munzeri orta eſt, centum millia agricolarum inter fecta fuiſſe narrantur: quòd hoc ſceleratiſsimo auctore aduerſus Principes conſpirauerãt. Quod ſi tot calamitates hæretici reipub. afferunt, quæ benè ac pro dignitate adminiſtrata reſpublica quamprimùm erumpere cœperint, eos non conuellet? Sic enim exiſtimo: ſicut vera Dei religione ciuitates, & regna nimis vinciuntur; ita varijs religionibus inductis, variè diſſipantur, neque diu poſſunt conſiſtere. Quod ſi morte multare hæreticos non liceat; nunquid excommunicatione, & alijs huiuſmodi Eccleſiæ ſupplicijs conſtringi ſufficiet? veruntamen ea ipſi contemnunt. Luterus enim ait, potiùs excommunicationem amandam, quàm timendã eſſe. Fortunarũne iactura ſatis erit? At id Theodoſius Imperator expertus eſt: ſiquidem legem ſcripſit, vt qualeſcunque hæretici decem auri libris multarentur, nihil tamẽ profecit. poſtea in exilium proijciebantur: ſed libris ſcribẽdis non minùs erãt pernicioſi, quàm præſentes. Quod igitur reliquum eſt tantis incommodis remedium? vtrũ imperitos miſerè ſeduci, bonos improbè corrumpi, reſpublicas euerti, regna conuelli ſinemus? Nonne ſatiùs erit membrum putridum ſecare, ne totum corpus perdat, atque conficiat? Quare interficiantur, comburantur, morte ſeueriſsima multentur, vt & ipſi pœnas ſceleris omnium maximi pendant, & exemplum huiuſmodi ſtatuatur, quod alios comprimat, & à crimine nefando cohibeat. Præclariſsimeque Auguſtinus ad Bonifacium ſcribens in hanc ſententiam, quæ ſua ſumma eruditio eſt, argumẽtatur. Si enim Reges legibus ſeueriſsimis hæreticos non reprimant, quomodo

Propter hæreſim Thomæ Munzeri cẽtum millia agricolarum interfecta ſunt.

Eccleſiaſtica ſupplicia hæretici cõtemnũt.

Quantam hæretici reipub. perniciem afferant.

modo ſeruient Deo in timore? vt eis Dauid facere præcepit. Aliter eis ſeruiendum eſt, quatenus homines, aliter, quatenus reges. Quatenus homines ſeruient, ſi eius præcepta teneant: quatenus reges autem, ſi non ſolùm illa teneant; ſed etiam à ſuis teneri iubeant: ſicut ſeruiuit Ezechias, lucos, & templa idolorum, & excelſas eorũ aras diruendo. Sicut ſeruiuit Ioſias ſimilia etiam præſtando. Sicut ſeruiuit Darius idola confringendo, & Danielis inimicos leonibus deuorandos tradendo. Tantorum igitur virorum exemplo, perfidos hæreticos morte, & cruciatu afficere non dubitemus. Sed quibus argumentis Luterus ſocios ſuos è morte, & flammis eripere conetur videamus. Quòd Eſaias de noſtra Eccleſia dicat; Cõflabũt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces. Nõ leuabit gẽs contra gentẽ gladiũ, neq; exercebũtur vltrà ad pręliũ. Sed his verbis prædicit Eſaias, tutam, atq; trãquillã pacem, quam vt veri, perfectique Chriſtiani traherent, Chriſtũ perfeciſſe. Nõ enim id interpretaridebemus; vt multi Catholici interpretãtur, de Octauiani temporibus, quando Chriſtus natus eſt: quo tempore tantam pacem agitabat vniuerſus orbis terrarum, vt Iani portæ Romæ eſſent clauſæ: quò certiſsimam pacem Romani ſignificare ſolebãt. Nam huiuſmodi pax, neque vera erat, neque eam tanti Propheta æſtimaret, vt ex illa, Chriſti tempora commendaret; ex eadem enim Octauiani comendari poſſent. Non eſt tamen pax impijs dicit Dominus, vt alio loco idem Propheta ſcribit. Illis autem temporibus ſumma erat impietas, vel in populo Dei: adeò vt ſummum ſacerdotium vænale (vt Ioſephus narrat) haberetur: hypocriſis abundabat, veramque virtutem opprimebat. Quod Chriſtus ipſe teſtatur cùm millies eam (vt euangelium narrat) reprehenderet. Cuius rei indiciũ eſt, quod Rege proprio Iudæi orbati, in poteſtate Romanorum erant: quod, niſi ſuis ſummis ſceleribus, non cõtingeret. Idq; ſummo argumento eſt, quòd Chriſtum infinita virtute virũ (vt interim diuinitatem eius taceam) crudeliſsimè necarint, cruce, cruciatu, morteque confecerint: & horum temporum nefariam pacem nobis Eſaias beneficij loco promitteret? pręſertim cum mortem ipſe Chriſti acerbiſsimam narrãs dicat; Generationem eius quis enarrabit. Hebraicè דור *dor* eſt quod verbũ (vt Hebræi exponunt) ſeculum, & ætatem ſignificat זמן חיי האדם *zemã hai haadam* id eſt, tempus humanæ vitæ. deducitur enim ex דור *dor* verbũ, quod habitare, & morari declarat. Indicat igitur nomen tempus, quod in vita homo morari ſolet. Quare cum dicit Eſaias; Generationem eius quis enarrabit. id eſt, quis eius ſeculi nequitiam, & improbitatem verbis conſequi poterit, quo ſcelus tam nefandũ admiſſum eſt, vt virum integerrimũ tam acerba, & indigna morte afficerent. Quare cùm pacem Chriſti temporibus futuram promittat; nõ illam ſignificat, quæ temporibus Auguſti in orbe vniuerſo fuit: qua quidẽ ſunt homines ſceleratiſsimi vſi, quibus nũquàm eſſe pacem ipſe dicit. Si qua tamen eſt, eam Chriſtus non attulit, ſed potius turbauit. ait enim ipſe; Nolite arbitrari, quia pacẽ venerim mittere in terram; non veni pacem mittere; ſed gladium. Veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuũ &c. Eam igitur pacẽ per Chriſtum Eſaias futu-

Pſalm.2.

Reges aliter Deo ſeruire oportet quàm cæteros homines.

4. Reg. 19.

4. Reg. 22. Dan. 1.

Dan. 6.

Eſai. 2.

Locus Eſaiæ accurate explicatur.

Pacem quã orbis terrarũ agitauit tempore Octauiani non erat Eſaias.

Eſai. 48.

Temporibus Octauiani ſumma erat impietas vel in populo Dei

Locus Eſaiæ declaratur.

Pacem quã habent ſceleratiſ (Chriſtus non attulit, ſed turbauit. Matt. 10.

futurã prædicit,quę mentẽ,& animũ attingit:quę magna pietate ergaDeũ, charitate erga proximos,virtute deni q;perfecta,ac Dei Opti. Max. fiducia nititur:quam nullæ hominum inſidiæ,nullæ vires, nulla humana poten tia contra noſtram voluntatẽ eripiet. Hanc habuerunt veri Chriſti Apoſtoli, atque diſcipuli, cùm inter medios hoſtes nullis armis,nullo humano præſidio muniti, tam tranquillo, & quieto animo erant.Quam pacem ipſe Chriſtus apertè declarat dicens: pacem meã do vobis, pacẽ meã relin quo vobis: non quomodo mundus dat,ego do vobis.Mundani homines tum ſe pacem trahere putãt, cùm res humanæ ex ſententia cadunt,ſuiſque fortunis,& opibus nemine repugnan te fruuntur:ſed homines perfecta virtute prædiți, pacem huiuſmodi contemnunt, & illam amant, ad eam toto pectore aſpirant, vt omnes in Deo ſpes ſuas poſitas habeant;nullius delicti conſcientia ſtimulentur, & optimorum conſiliorum, & multorum benefactorum recordatione ſe contra ſceleratorum hominum impetus ſuſtentent. Hanc pacem Chriſtus teſtamento diſcipulis ſuis vitam iam iam effuſurus reliquit. Hanc etiam præuidit Eſaias dicens; Conflabunt gladios ſuos in vomeres, & lanceas ſuas in falces.hoc eſt,nullis armis regibus,ac principibus reſiſtent, nullis copijs, vt Mahumetani viri fines Chriſtiani imperij propagabunt:imo verò ita metu omni vacabunt, vt cùm hoſtes minas iactent, magnaſque formidines opponant,ipſi haſtas,& gladios omnes miſſos facient: qua nulla maior ſerenitas, nulla maior animi tranquillitas dici,aut fingi poteſt: quæ tẽporibus Apoſtolorum perfecta fuiſſe planum eſt. Talis verò pax non impedit,quò minus hæretici comburantur:imo verò maximè poſtulat.Nam ſummus ille huius pacis agitator Paulus id precatur dicens: vtinam abſcindantur,qui vos conturbant.loquitur autem de perfidis hęreticis.Et in Canticis ſponſa dicit; capite nobis vulpes paruulas,quæ demoliuntur vineas,vinea noſtra florida. Quis verò illas caperet, qui ſaluas, & incolumes abire permitteret?niſi qui vineam domini Sabaoth vt vocat Eſaias Eccleſiã, perditum iri cuperet? Illud autem quod Luterus etiam obijcit eiuſdem Prophetæ;Non occident, non nocebunt in monte ſancto meo:ſi Luterusillius verbi,non occident,ſuppoſitum non reticeret,nihil calumniari poſſet:prædicit enim Eſaias, tyrannos, homicidas,iracundos, & contumelioſos homines depoſita ſæuitia,Chriſti fidem amplexaturos:de ijſque dicit,non occident.Minimè tamen ſæuitia,ſed iuſtitia eſt,transfugas, ſceleratos, & ſycophantas necare. At tantùm voluit Chriſtus, vt haberetur pro ethnico & publicano, qui non audiret Eccleſiam. fateor ita modò fieri debere ab eo,qui animorum tantùm imperium obtineret; quod à Chriſto duntaxat Petro, & eius vicarijs tributum fuit: at is, ad quem externum corporum imperium pertinet,ſiue laicus ille ſit, ſiue ſacerdos,qui ad rempublicã adminiſtrandam incumbit, debet ſtatuere, vt qui fuerit ita ab Eccleſia eiectus,morte etiam è ſua republica propulſetur: quandoquidem cætera remedia ad tantum malum cauendum inutilia eſſe oſtendimus. Quod Chriſtus fieri non prohibuit. Eodem modo interpretor illud,quod Paulus Tito ſcribit,quo ipſe hæreticum vitare præci-

Quam pacẽ Chriſtus attulerit.

Ioan.14.

Cuiuſmodi pax ſit iniquorum.

Cuiuſmodi ſit pax bonorũ.

Quanta animi altitudo fuerit Apoſtolis & ſanctis viris.

Pax Chriſtiana poſtulat vt hæretici è medio tollantur.

Gal.4. Cant.2.

Eſai.5.

Eſai.11.

Eſaiæ locus declaratur.

Matt.18.

Ad quos pertineat hæreticos necare.

Tit.3.

Luc. 9. *Lucæ locus explicatur.*

præcipit. Quod autem Christus discipulos suos cohibuit, volentes igne de cœlo deducto perdere ciuitatem dicens; nescitis cuius spiritus filij sitis: non venit filius hominis animas perdere, sed saluare; declarat, fas non esse priuata auctoritate inimicos vlcisci, aut pœnas ab aliquo repetere, quò nostram tantùm iniuriam vindicemus: huiusmodi enim spiritus habet iracundi, & iniqui homines: quod ab eo valde alienum est, qui vult omnes homines saluos fieri. Veruntamen non priuata, sed publica auctoritate; non propriæ vindicationis, sed communis vtilitatis cupiditate pœnas à profligatis, perfidis, & sacrilegis hominibus persequi Christus non prohibuit; sed fieri præcepit. At (inquit Luterus) hæreses esse, quemadmodũ Paulus ait, oportet, vt qui probati sunt, manifesti fiant. Ridiculè & stultè quidem. Nam etiam necesse est (vt Christus ait) vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi, per quem scandalum venit. At Christus (inquit ille) neminem igne ad fidem, & religionem compulit. Sed neque à nobis sunt compellendi: sed qui sua voluntate fidem nostram semel professus est, oportet ne illudat eam cauere. Sicut enim reges, & reipub. magistratus legibus æquitatem tuentur: ita etiam religionem tueri debent; qua non minùs, quàm æquitate respub. continetur. At (dicit) armis Pontificum leges clericis interdicunt. Sed ego fateor. & hæreticos etiam ab eis interfici vetant: hoc enim negotium reipub. magistratibus delegatur. At illudunt (inquit ille) dum pro eis rogant, quos interfici volunt. Sed non mihi crede illudunt. Non enim rogant, vt absoluantur: sed vt quantùm leges eorum ciuiles patiuntur, cum eis clementer agatur. leges tamen eos viuere nõ patiuntur. possent tamen longè maiori cruciatu necari: impetrant verò à magistratibus, vt quoad eius fieri per leges eorum possit, leuissimo cruciatu debita morte multentur. Fas itaq; est hæreticos homines comburere.

1. Tim. 2. *Quo animo pœnas ab hæreticis persequi deceat.*

1. Cor. 11.

Quo pacto nõ illudãt clerici dũ pro eis rogãt quos interfici volũt.

CAP. 36. *Sanctos homines honorare æquum esse.*

DE toto genere officiorũ, ac de nonnullis specialibus officijs egimus. Sequitur vt nõnulla de hominibus officiosis dicamus. Audent enim Luterus, & Oecolãpadius, Ioannem Hus, & Ioannem Vuicleph, vt in alijs secuti, iactare, nullum diuis honorem esse tribuendum: neque ab eis vt pro nobis Deum orent postulandum. Sed honos est quoddam virtutis præmium. Eas enim res magni natura facimus, quæ præclara facinora præstiterunt. Cum verò sancti omnes eximia sint virtute præditi, & res clarissimas gesserint; nullum eis honorem deferre, ab omni prorsus ratione alienum est. habet enim natura in veneratione, quicquid excellit. Iã verò aut aliquem hominem ipsi cohonestandum existimant; aut neminem. Si neminem; quis tantam amentiam ferat? omnes enim reipub. ordines confundunt, omnes gradus dignitatis, & æstimationis tollunt; quibus detractis, vniuersam rempub. misceri necesse est. Quis enim eam rẽpub. appellet, in qua nulla sint honoris insignia, aut virtutis præmia? in qua tanti cerdones, & tabernarij, quanti Cõsules, & Senatores fiunt? Quod si aduersarij nostri tãtum incommodum susci-

Luterus. Oecolampadius. Ioannes Hus. Ioannes Vuicleph.

Honos est virtutis præmiũ.

Aliquos homines præter cæteros in repub. oportet cohonestare.

ſuſcipere verentur, & aliquem in re pub. eſſe velint honorem; cui potiùs dabitur, aut in quo meliùs collocabitur, quã in bono, ac ſancto viro, egregiaq; virtute prædito? Verũ enim honorẽ eũ Philoſophi morales ducũt, qui viro propter virtutem defertur. Quare hæc inter ſe pugnant; & quòd ſancti ſint, & quòd non debeant honorari. Quo circa in Eccleſiaſtico dicitur; laudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. qui poſtquàm ſigillatim plures ſanctos viros laudauit, adiungit; omnes iſti in generationibus gentis ſuę gloriã adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Ac regius vates ingenium boni viri deſcribens ait; Timentes autem dominum, glorificat. Quare cũ eos aduerſarij noſtri glorificare nolint, peſsimi viri ſunt habẽdi. Sed incredibilis ipſorum arrogantia, & nefaria ſtultitia eſt, qui honorifici in eos eſſe nolunt, qui apud barbaras gentes propter ſanctitatis nomen in magno fuiſſent honore. Summæ etiã demẽtiæ eſt, æſtimatione, & honore noſtro eos indignos putare, quos tanti Deus æſtimat, vt ſuæ gloriæ participes eſſe velit: eis homines nullum habeant honorem, quos ſummis Deus honoribus ornat? Præſertim cum ſancti viri ſint ita cum Chriſto copulati, vt vnum, & idem eſſe videantur; ſicut caput, & membra vnum corpus ſunt: vnam præterea vitam agant, vnumq; ſpiritum ducant, & ab eodem animo gubernentur. Sicut enim Dei gloria ad eos deriuatur: ita & Dei vita, Dei voluntas, animus, & ſpiritus. Pater enim, & filius, Spiritum ſanctum ſuũ, qui ab vtroq; procedit, ad eos miſit, cum eiſque benigniſsimè communicauit, vt eum vnum, eundemque, quẽ

Verus honos quis ſit.

Eccli. 44.

Quanti Deus diuos æſtimet

Quantum cũ Chriſto ſancti viri copulati ſint

Deus ſpiritum ducant, vnum idemq; cum illo eſſe videantur. Id enim Chriſtus ex hac vita migraturus vltima nocte à Patre petiuit, & impetrauit dicens; Rogo te pater, vt omnes vnũ ſint, ſicut tu pater in me, & ego in te; vt & ipſi in nobis vnum ſint; vt credat mũdus, quia tu me miſiſti: & ego claritatem, quam tu dediſti mihi, dedi eis, vt ſint vnum, ſicut & nos vnũ ſumus; ego in eis, & tu in me: vt ſint conſummati in vnum, & cognoſcat mundus, quia tu me miſiſti, & dilexiſti eos, ſicut & me dilexiſti. Itaque vt ex hoc loco intelligi licet, vnum, & idem quod Chriſtus, ſancti viri ſunt. Non ſolùm quòd eadem eorum, quę Chriſti voluntas ſit; ſed etiam quòd diuina quadam coniunctione cum ipſo coniuncti ſunt: ita, vt ſicut Chriſtus viuit per patrem, ita & ipſi viuãt per Chriſtum; vt ſint (ſicut Paulus dicit) conformes imaginis filij eius, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Et hac de cauſa in eodem honore, quo ipſe eſt, ſanctos ſuos Chriſtus eſſe vult, cum dicat; Pater quos dediſti mihi, volo vt vbi ego ſum, & illi ſint mecum, vt videant claritatem meam, quam dediſti mihi. Et in Apocalypſi dicit. Qui vicerit, dabo ei ſedere mecum in throno meo, ſicut & ego vici, & conſedi cum patre meo in throno eius. Quòd ſi Deus tantum ſanctis honorem habet; quæ tãta iſtorum temeritas eſt, vt nullo ipſi honore velint ſanctos afficere? Præſertim cũ totus honos, qui ſanctis habetur, Chriſto eorũ capiti tribuatur. Nam qui membra honorat, caput etiã honorat; & qui ſeruos, comites, amicos, cohæredes cuiuſpiam, quatenus tales, honorat; ipſum, cuius cauſa honore afficiuntur, potiùs colere & obſeruare

Quãta ſit ſanctorum hominũ dignitas.

Ioan. 17.

Sicut Chriſtus viuit per Deũ patrẽ: ita & ſancti viri viuunt per Chriſtum.

Rom. 8.

Ioan. 17.

Apoc. 3.

ſeruare videtur. Et ita Chriſtus dicit, quod vni ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis. Et hac de cauſa Deus ipſe tantum ſanctis tribuit honorem, vt Chriſtus ait; ſiquis mihi miniſtrauerit, honorificabit eũ pater meus, qui in cœlis eſt. Hac etiã de cauſa Dauid ait: Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. id eſt, magnam ex ſanctis ſuis gloriã reportat. Nam ad eum manat vniuerſa gloria, quam ſancti adipiſcũtur. Age verò quis tam vecors, & inſanus eſt, vt filios Regis atque Principis nullo afficiat honore? ſancti verò, filij Dei ſunt: teſtatur enim Sapiens, impios poſtquam è vita migrauerint, de ſanctis eſſe dicturos: Ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei; & inter ſanctos ſors illorum eſt. Quis etiam non honoret eos, quos ſacra ſcriptura tantis laudibus ornat, tãq; magnifi cè appellat? quibus præclariſsimarũ rerum teſtimoniũ tribuit? Sacra ſcriptura eos Dei filios, Chriſti fratres appellat: columnas quoq;, & fundamãta Eccleſię, gubernatores, paſtores, duces fidei, patres credentium, lucẽ mũdi, ſalem terrę, alioſq; præclariſsimos titulos eos ſuſtinere dicit. magno igitur honore digni ſunt. Sed obijciunt nobis aduerſarij illud Pauli: ſoli Deo honor, & gloria. At ſanctorũ gloria, Dei quidem (vt probauimus) etiam gloria eſt: quòd tantam eis virtutem dederit, quòd ſerui, quòd amici eius ſint, quòd Ieſum Chriſtum filium eius tam ardenti ſtudio fuerint ſecuti. Qui verò rem à Deo alienam in pretio haberet vllo, vt mundum, fortunas, & opes, ſcelera, atque flagitia; non Deo ſoli gloriam quærere videretur. Gloria etiã quæ Dei propria eſt, vt quòd ipſe Deus omnipotẽs, & princeps noſtræ ſalutis auctor ſit, ſoli Deo deferenda eſt. Et ita etiam intelligitur illud Eſaiæ, quod pueriliter quoq; nobis aduerſarij obijciunt: Gloriam meam alteri non dabo. Sequitur enim; & laudem meam ſculptilibus. id eſt, non patiar, vt alius præter me Deus habeatur. In eãdem partem accipiendũ eſt illud, quo nos tertio loco aduerſarij reprehendunt; Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Hæc enim verba Chriſtus Diabolo reſpõdit, diuinos honores ſibi tribui petenti. Dixerat enim Chriſto (vt Matthęus narrat) hęc omnia tibi dabo, ſi cadẽs adoraueris me. Longè vero diuerſa ratio ſanctorum, & diaboli eſt. Nam diabolus valde à Deo alienus eſt: quare honos, qui deferatur ei, ad Deum nequaquam manare poteſt. Tũ nolumus nos ſanctos tãquam Deum coli, & obſeruari: ſed tãquam Dei ſeruos, comites, & amicos: quod genus honoris longè inferius eſt, quàm id, quo Deũ ornari volumus. Et ita Theologi tres adorationes diſtinguunt: latriæ, quæ ſoli Deo tribuẽda eſt: duliæ, quæ creaturis: hyperduliæ, quæ tantùm creaturis defertur, quæ quodam excellẽtiori modo cum Deo coniunctæ ſunt; vt humanitati Chriſti, & ſacroſanctæ matri eius. Nonnullam verò adorationẽ creaturis tribuere ſancti viri non recuſarunt. Nam Abraham Angelos adoraſſe ſcribitur. Iſaac etiam; cùm felicitatem Iacob filio ſuo precaretur, dixit; Seruiant tibi populi, adorent te tribus. Iacob etiam fratrem ſuũ Eſau adoraſſe narratur. Sed Caluinus hanc diſtinctionem adorationis latriæ, & duliæ irridet. nam idem δουλεύω, & λατρεύω Græcis ſignificare dicit. Sed nos res differre volumus: facilè verò patimur, verba non differre.

Ad Deũ manat ſanctorũ virorũ honor Ioan. 12.

Pſal. 138.

Sancti, filij Dei ſunt.

Sapien. 5.

Sacra ſcriptura magnifice ſanctos appellat.

1. Tim. 1.

Sanctorũ gloria Dei etiã gloria eſt.

Quis non ſoli Deo gloriam quærat.

Quænam gloria Dei propria ſit.

Eſai. 42.

Locus Eſaiæ declaratur.

Matth. 4.

Matthæi locus declaratur.

Quo pacto ſancti viri ſint colendi.

Triplex adorationis differentia.

Gen. 18.

Gen. 27.

Gen. 33.

Caluinus.

re. Proferat ipſe ſi habet alia meliora, & aptiora verba ad hanc diſtinctionem declarandam; & libenter eis vtemur. Sed aduerſarij dicũt; vt Virginẽ ſacroſanctam veneremur; quid attinet ei magnificis illis appellationibus blandiri? Salue Regina, mater miſericordię, vita, dulcedo, ſpes noſtra: cùm titulos hos Chriſtus ſolus poſsit ſuſtinere. At ſicut Deus immenſas ſuas diuitias nobiſcum communicauit: ita, & magnificentiſsimas appellationes ſuas. Ipſe Deus natura eſt; & bonos etiam viros ipſe Deos appellat: Ipſe filius Dei eſt; & illi etiam filij Dei ſunt. Ipſe lux vera: illi etiam lux ſunt mundi, & ſal terrę: Ipſe paſtor; illi etiã paſtores; ipſe fundamentum; illi etiam fundamenta. Quod ſi ſanctos viros tã magnificis appellationibus Deus ornauit; quid de ſua ſanctiſsima matre dicemus? quæ cæteris omnibus ſanctis longè pietate, ac bonitate antecellit: quæ Deum ipſum viſceribus ſuis geſtauit; quæ vera, & propria Dei mater eſt. Quod ſi filius eius Rex eſt, cur ipſa non erit regina? præſertim cùm Petrus dicat de bonis viris; vos eſtis regale ſacerdotium. Et Ioannes: Regnauerunt cum Chriſto. Cur nõ mater miſericordiæ nuncupetur? cùm Chriſti, qui eſt propitiatio pro peccatis noſtris (vt Ioannes ait) mater ſit: cùm tanta benignitate ſubueniat eis, qui miſericordiam eius implorãt: cur non vita? cùm mortalium generi vitam perpetuam attulerit. cur nõ dulcedo? cum Apoſtoli ſal terræ ſint. cur non ſpes noſtra? per quam peccatorũ veniã, & alia multa beneficia à Deo nos impetraturos ſperamus. Ac deniq; ridicula eſt aduerſariorum calumnia: nam per metonymiam, rem adiũctã, pro ſubiecto ſæpe dici vidimus; vt ſcelus pro ſcelerato dixit Terentius. Et ita Paulus Philippenſibus ſcribit: Gaudium meum, & corona mea. & Theſſalonicenſibus; Quę eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium aut corona glorię? nonne vos, &c. Vos enim eſtis gloria noſtra, & gaudium. Sic cur nõ matrem Dei ſpem, vitam, & dulcedinem noſtram dicamus? Sed vrgent aduerſarij dicentes, vt ſanctorum animas veneremur; eorũ ſaltem corpora vita defuncta nullam veneratione habent. Quid attinet igitur ſanctorum oſſa amplexari, atque colere? Sed cur animas honorare fas eſt, niſi quia virtute pręſtiterunt? Cùm ergo corpora fuerint tantæ virtutis inſtrumẽta, debemus etiam aduerſus ea reuerẽtiam exhibere. Deinde cùm ſancti ex corpore, & anima natura compoſiti ſint; qui ſanctos veneratur, & colit, debet etiam & eorũ partes colere, & venerari: præſertim cùm animæ ſint de corporibus ſuis ſolicitæ, tantiſq; gloriæ ornamentis, cùm ad vitam fuerint reuocata, ab eis augenda ſint. Cadauer etiã quoddã oſſa forte tangens Eliſei, in vitam fuit reſtitutum. fas igitur eſt oſſa reuereri, per quæ Deus edi miracula, & portenta vult. Ioſeph etiã honorificentiſsimi patris ſui demortui corpus ſepeliuit. Fuit etiã Abrahã de corporis ſui ſepultura ſolicitus, eãq; diligẽter procurauit. Apoſtoli etiam, & Chriſti diſcipuli honorifica põpa, atq; magno planctu funus ſancti Stephani extulerũt. Sãctos ergo viros, & animas eorũ, & corpora colere, & venerari debem⁹. Quod. 7. Cõciliũ generale his verbis fieri decreuit. Apoſtolicas autẽ Eccleſiæ traditiones, quibus veneratio, culturaq; ſanctorũ docetur, recipimus, & veneramur; eos autẽ vt miniſtros, amicos, & filios Dei exiſtentes

Quo pacto ſancti viri titulos magnificos ſuſtineãt.

Beata virgo cæteris ſanctis viris bonitate antecellit.

Ampliſſimæ appellationes in beatã virginem cadũt.

1. Pet. 2.
Apoc. 20.

1. Ioan. 1.

Matt. 5.

Phil. 4.
1 heſ. 2.

Cur corpora ſanctorũ veneratione habeant.

4. Reg. 13.

Septimũ Concilium generale.

stentes honoramus: honor enim qui à conseruis eidem seruiētibus exhibe tur, indiciū est beneuolentię erga do minū: sunt enim promptuaria Dei, & pura Christi habitacula, spiritusque sancti immaculata specula. Sancti enim in Dei manu sunt; ob idq; pretio sa in cōspectu domini mors sanctorū eius. Seruator noster Christus fontes salutares nobis reliquit, multis modis beneficia fundētes. Martyrū enim ossa virtutes multas operātur; atq; id per Christū, qui in ipsis habitat. Verissima igitur sentētia nostra habeatur.

CAP. 37. *Fas esse sanctos homines precari.*

EXijs quæ posita nunc, & probata sunt, facilè alius erroris aduersarij cōuincūtur: Fas nō esse sanctos precari. Nā si tāta apud Deū, quanta probauimus auctoritate valēt, prudētissimū consiliū est eos, vt pro nobis orent, orare. Ipsa enim natura fert, vt imbecilli, à potentibus, pauperes, à diuitibus, qui alienati sunt, ab eis, qui gratia & auctoritate valent, opem, & auxilium petant: & vt ipse, quem nobis placare volumus, vehemētius precibus eorum moueatur, quos diligit, & vehementer amat, quàm eorum, quos non ita diligit. Ideoque in libro Iob scribitur: Voca si est, qui tibi respondeat, & ad aliquem sanctorū cō uertere. & alio loco: Si fuerit pro eo Angelus loquēs vnus de millibus, vt annūciet hominis æquitatē; miserebi tur eius Deus, & dicet, libera eum, vt non descēdat in corruptionē: inueni in quo ei propitier. Deinde si Deū ha beam iratū, meq; perdere propter scelus aliquod admissum statuat; si Diuum quēpiā, quē orare, & precari soleo, amicū, & propitium habeam, me ignorāte, neq; tale quidquā cogitante, quæ illorū bonitas, & clemētia est, intercedet, gratiāq; suā, & merita interponet, quò tantā Dei irā auertat. Ita vnus homo Moyses sexcentis armatorum millibus, pueris, & mulieribus infinitis veniā impetrauit. Paulus etiā septuaginta homines fluctibus, & tempestate liberauit. Accedit ad hoc, quòd cùm tanta beneuolentia Deus sanctos suos prosequatur, tātis honoribus augeat; haberi etiā vult à nobis in honore sic, vt illos obsecremus, precemur, & imploremus, & beneficia per illos nobis collata esse intelligamus; vt in Genesi memoriæ proditū est, Deū Abimelech dixisse: Nūc ergo redde viro vxorē, & orabit pro te; quia propheta est, & viues. Ac postea narratur orāte Abrahā à Deo fuisse Abimelech sanatū, vxorēque & ancillas eius. Deum etiam Iobi amicis imperasse scribitur, vt Iobū conuenirent, ac precarētur, vt pro illis Deū oraret, ipsoq; postea precante, Deum illius preces audisse. Quibus fortè argumentis cōuictus Oecolampadius cōcedit, viuos pro nobis orare posse: vita tamen negat defunctos. Sed quæ rā ex eo, vtrùm mortui eodē modo, quo ante in nos animati sint; an secus? Si eodem modo; cùm nostræ illos res attingāt, cur rationes nostras, nō procurabūt, & felicē earū exitū precabūtur? sin autem secus; cur tam citò nobis immutati? cur alienati sunt, cum meliores sint, quàm antea? cur charitatem in nos, & misericordiam abiecerunt? cùm longè valentiore virtute, ac pietate prædīti mortui, quàm viui sint? Quæ omnia aduersarijs exponenda fuissent, vt fidem nonnullā

Iob. 5.

Iob. 33.

Quam vtile sit aliquē Deum precari solere.

Deus vult vt sanctos suos obsecremus.

Gen. 22.

Iob. 42.

Oecolampadius.

Decet sanctos viros vita defunctos implorare.

facere videretur. Sed quis ſibi perſuadeat, ſanctos viros in hac calamitoſa vita pro nobis precari, cùm ſibi timere, de ſeq; debeant eſſe ſoliciti: in illa verò feliciſsima, in qua omni vacant formidine, ſereniſsimo ſunt, & tranquilliſsimo animo, nihil res noſtras curare, nullas pro nobis preces habere? Præſertim cùm literis ſanctis conſignatum ſit, Oniam ſummum ſacerdotem, & Ieremiam, vita vtrunq; defunctum, viſum fuiſſe à Iuda Machabæo precibus pro populo Dei obſecrãtem. Nam quod aduerſarij dicũt, plenam non eſſe fidem libris Machabæorum habendam; nefarium id eſſe primo libro probauimus; quòd ſummam eis auctoritatem Conciliũ Tridentinum tribuerit. Iam verò auarus ille crudeliſsimus, de quo mentio fit apud Lucam, fratrum ſuorũ apud inferos recordabatur, à quibus malũ, in quo ipſe iacebat, depellere cupiebat: & ſancti benigniſsimi ſuorum in cœlo memoriam deponent? neq; ad regnum, quod ipſi poſsident eos peruenire deſiderabũt? Nebulonis illius amor erga ſuos nullis tormentis exhauriri poterat: ſanctorum autem felicitas, & immẽſa gloria ab amore eos ſuorum auertet? quis id credat? aut non abſurdiſsimũ eſſe iudicet? Et hoc magis, quòd exemplum Chriſti magiſtri ſui ob eorũ ſemper verſetur oculos, qui vt Paulus, & Ioannes dicunt, pro nobis ſemper interpellat, & aduocatus eſt apud Patrem. Cur tãtum, & tam pium magiſtri ſui ſtudium non imitabuntur? aut cur eos negligent, quos auctori ſalutis ſuæ tãtę curę eſſe vident? Iacobus item præcipit dicẽs; Orate pro inuicẽ, vt ſaluemini: quod quidem eſt charitatis munus. Quare ſancti illud explebunt in vita beata, quę charitatẽ (vt Paulus ait) maximè perficit. Chriſtus etiam apud Lucam de beatis dicit, ſicut Angelos Dei in cœlo futuros: eadem ergo officij munera erga nos præſtabunt, quæ Angeli præſtare ſolent. at Angeli Deũ pro nobis precantur, & quibuſcunque rebus poſſunt, res noſtras procurant. Scribit enim Zacharias de illis, & reſpondit Angelus Domini, & dixit; Domine exercituum vſquequò tu non miſereberis Ieruſalem, & vrbiũ Iuda, quibus iratus es, iſte iam ſeptuageſimus annus eſt. Cuius Deus preces audiuit; mox enim ſequitur. Et reſpõdit Dominus Angelo, qui loquebatur in me verba bona, verba conſolatoria. Ioãnes etiam in Apocalypſi dicit, vidiſſe quatuor animalia, & viginti quatuor ſeniores, qui cecideruntcoram agno, habentes ſinguli citharas, & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ ſunt orationes ſanctorum. Et alio loco etiam vidiſſe dicit Angelum ſtantem ante altare, habentem thuribulum aureum; & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorum omnium ſuper altare aureum, quod eſt ante thronum Dei: & aſcendit fumus incẽſorum de manu Angeli corã Deo. Et Raphael obtuliſſe teſtatur preces omnes Tobiæ. Quod ſi Angeli ſancti hac in nos ſunt charitate; cur eadẽ viri ſancti nõ erunt, noſtræ participes naturæ, & qui in eiſdẽ, quibus nos periculis verſati ſunt? Et Baruch Prophe ta dicit, Dñe omnipotẽs Deus Iſrael, audi nũc orationes mortuorũ Iſrael, patriarcharũ ſcilicet, & prophetarũ, qui mortui ſunt. Hinc eſt, quod iam inde à primis chriſtianę Eccleſię tẽporibus, ſanctorũ cõmunio Chriſtianis imprimis ad credẽdũ propoſita ſit: vt intelli-

Sancti viri vita defuncti pro mortalibus precantur.

2. Mach. 15.

Luc. 16.

Heb. 7.
1. Ioan. 2.

Chriſtus pro nobis ſemper interpellat.

Iac. 5.

1. Cor. 13.

Luc. 20.

Angeli pro nobis precantur.

Zac. 1.

Apoc. 5.

Apoc. 7.

Tob. vlti.

Baruc. 3.

Sancti viri vitâ defuncti nobiscum amore, & charitate cõiuncti sunt.

intelligamus, sanctos in cœlis vitam agentes, præter quàm, quod suorum meritorũ participes hic fuerimus, nobiscũ amore, & charitate esse coniunctos: Nihil enim aliud nobiscum possunt cõmunicare: nam fide, & spe minimè nobis similes sunt. Nihil enim iam credunt; quippe qui omnia videãt: nihil sperat, cùm omnia fuerint cõsecuti. Quod si nobis charitatis cõiunctio cum illis intercedit, de nobis igitur sunt soliciti. Est enim amor solicitus, & anxius natura sua. Quare si pro nobis Deũ non obsecrarent, si negotia nostra nõ procurarẽt, & alia officij munera, quæ charitas, & necessitudo postulat non præstarent; illud

1. Ioan. 1. quod Ioannes dicit illis obijci posset, qui viderit fratrẽ suum necesse habere, & clauserit viscera sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in illo? Hãc etiam sentẽtiam nostram vehemẽter confirmat perpetuus Ecclesiæ mos. Nam multis abhinc annis Rogationes, quas Litanias vocamus, sanctis Ecclesia constituit. Dies etiã quibus animã egerũt, in fastis scribit, quos Christianis solénes esse vult; quibus illos, vt nobis apud Deum sint propitij, faueant, & intercedant vniuersa precatur Ecclesia. Testatur etiam id Concilium Gangrense. c. 20. dicens; Si quis per superbiam tanquam perfectũ se esse existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiã oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernẽdas esse crediderit, memoriasque sanctorum contẽnendas; Anathema sit.

Concilium Gangrense.

Sãcti omnes auctores censent sanctos esse precandos.

A plurimis etiam Concilijs Rogationes sanctis sunt institutæ. Sancti etiã omnes, & locupletes auctores huic nostræ sententiæ subscribunt. Augustinus multis in locis, tractatu præsertim. 84. in Ioãnem; & in Psalmũ. 120. Hieronymus in Vigilantium: Gregorius lib. 11. regist. ca. 2. Bernardus in Cantica, sermone. 66. quo loco nonnullos sui temporis hæreticos reprehendit, qui sanctos precandos esse negabant. Cyprianus Epistola ad Cornelium. Beda in Matthæum de muliere loquens Cananæa. Damascenus libro. 4. fidei orthodoxæ. c. 16. Dionysius ca. 7. Ecclesiasticę hierarchię. Basilius Epistola ad Iulianum. Sed aduersarij probare conãtur, nihil esse quod à sanctis quidquam petamus: nam nihil (illi inquiunt) nobis tribuere possunt: omnia enim sunt dona Dei. At

Multa Deus propter sanctos suos hominibus beneficia contulit.

sacrosanctæ scripturæ docent, multa Deũ propter sanctos suos hominibus beneficia cõtulisse: multos sancto alicuo precãte in vitam reuocasse: morbis alios grauissimos leuasse. In actis enim scribitur; per manus Apostolorũ fiebãt prodigia, & signa magna in populo. At dicũt aduersarij, vnus est mediator Dei, & hominum, homo Christus Iesus, vt Paulus ait; quẽ Ioannes etiã esse dicit propitiatorem pro peccatis nostris; neq; esse salutem in alio. Sed fatemur quidem nos, vnum esse redemptorẽ, & seruatorem Christũ. quod ipse per se, viq; sua nos morte, & inferis liberauerit: solus ipse pacem inter Deum, & homines fecit. Ipse nos Deo reconciliauit: quicquid sancti possunt, eius virtute possunt; quòd eius gratiam, & beneuolentiam teneant. Quare vnus est per se, vique sua reconciliator: cæteri eius ministri, quos ille diligit, atque amat, proq; suo in eos amore multa multis beneficia præstat: & ob eam rem Paulus Corinthijs scribit: Nunquid Paulus crucifixus est pro vobis, aut in nomine Pauli baptizati estis?

Actor. 5.

1. Tim. 2.

Vnus per se, vique sua est redemptor: cæteri tãquam ministri.

1. Cor. 1.

quid Paulus? quid Appollo? miniſtri eius, cui credidiſtis. Minimè tamen Paulus ita Chriſtum modò mediatorem duxit, vt preces, & obſecrationes bonorum ſuperuacaneas iudicauerit. Nam in eodem illo capite ad Timotheum, quod aduerſarij citãt, ait ipſe, obſecro igitur primùm omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarũ actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillam vitam agamus. & ad Romanos ſcribit: Obſecro vos fratres per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatem ſancti ſpiritus, vt adiuuetis me in orationibus veſtris pro me ad Deum. Num quidquam de Chriſti dignitate detrahi putabat, quòd pro Corinthijs, Epheſijs, & alijs Eccleſijs orare ſe dicat? Num Moyſes quidquã eſtimationi Chriſti derogauit, quòd ſe Deo iratiſsimo interpoſuit, veniãque tot hominum millibus impetrauit? Nonne Daniel maximis Deum precibus obſecrauit, vt populũ ſuum captiuitate Babylonica liberaret? atq; adeo cum ſciret Deum ita ſe facturũ recipiſſe. Ac denique quod Paulus vnum eſſe dicat mediatorem Chriſtum: & Ioannes propitiatorem eſſe, neque in alio ſalutem eſſe: non impedit, quò minus alij vi, ac virtute Chriſti propitiatores, & mediatores ſint: intelligere enim oportet rationem loquẽdi ſcripturæ. Nam Paulus Corinthijs ſcribens ait; fundamẽtum aliud nemo poteſt ponere præter id, quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Ieſus. Idem tamen Epheſijs ſcribens aliud fundamẽtũ ponit (ſi aliud fas eſt dicere) inquiens; Vos eſtis ciues ſanctorũ, & domeſtici Dei, ſuperædificati ſupra fundamentũ Apoſtolorũ, & Prophetarum. Et Ioannes in Apocalypſi ciuitatẽ vidiſſe dicit duodecim habẽtem fundamẽta, in quibus nomina duodecim Apoſtolorũ erant. Paulus etiam vnũ eſſe Deum ſcribit. nihilo minus Dauid etiã ait: Ego dixi dij eſtis, Chriſtus etiã ait, nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter. Paulus tamẽ ſcribit Corinthijs, in Eccleſia Deũ poſuiſſe Doctores. Ait etiam Chriſtus; patrem nolite vocare ſuper terram; vnus eſt enim pater veſter, qui in cœlis eſt. alio tamen loco dicit idem: honora patrem tuum. Iacobus etiam dicit vnum eſſe legiſlatorem, & iudicẽ. & Chriſtus apud Ioannem ait, omne iudicium patrem dediſſe filio. nihilo minus tamen Chriſtus Apoſtolis dixit; Sedebitis ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Nam dudum diximus Chriſtum vt opes, & facultates ſuas; ita, & nomina & appellationes ſuas cum amicis ſuis cõmunicaſſe: alia tamẽ ratione. Nam ſicut ipſe per ſe diues eſt; alij autẽ diuites per Chriſtum: ita ipſe per ſe, viq; ſua fundamẽtum, pater, doctor, & iudex eſt: amici verò eius fundamenta, patres, doctores, iudices ſunt per chriſtum. Sed dicũt aduerſarij; Deus longè benignior, clemẽtior, & liberalior eſt, humaniuſq; amplectitur eos, qui ad ſe confugiũt, quàm omnes ſancti: quid attinet igitur ſanctos precari? an non ita valere Deum putamus, & illi adiutores quærimus? Sed nos ſanctorũ auxiliũ nõ imploramus, quòd clementiores eſſe arbitremur, aut quòd omnipotẽtẽ adiuuẽt: ſed quòd eorũ preces Deo multò gratiores, quàm noſtras eſſe putemus: illorũq; auxiliũ petimus, quòd plus apud Deũ, quàm nos valere credamus. At (dicunt) ſancti

Paulus poſtulat pro alijs obſecrationes fieri & pro ſe.

Rom. 15.

Quendã ſcripturæ loquẽdi modũ oportet intelligere.

1. Cor. 3.

Epheſ. 2.

Apoc. 21.

1. Tim. 2.

Pſalm. 81.

Matt. 23.

1. Cor. 12.

Matt. 23.

Matt. 19.

Iacob. 4.

Ioan. 5.

Matt. 19.

Chriſtus cum amicis ſuis nomina & appellationes cõmunicauit, ſed alia ratione.

Cur ſanctorũ auxilium imploremus.

ſancti nos clamãtes non audiũt, neq; ſtudia, & deſideria noſtra cognoſcũt,
Eſai. 63. dicente Eſaia; Tu enim pater noſter, Abraham neſciuit nos, & Iſrael ignorauit nos. Sed hac dicendi ratione id
Eſaiæ locus declaratur. modò Propheta declarat, ſe in vno Deo ſpem ſalutis reipub. ſuæ poſuiſſe; ita vt nemo poſſet eis opem ferre, niſi eos ipſe pro ſua magna miſericordia iuuaret: & vt ſignificaret, nec Abraham, neque Iacob ærumnas eorũ, labores, & miſerias cognoſcere. Alia tamen tum erant ſancti, quã nũc ſunt
Videtes Deũ quæ ad ipſos pertinent ſimul vident. conditione. Nam tum Deum non videbant, nunc vero vident; in quo omnia, quæ ad ipſos pertinent, ſimul vident. Pertinet autem ad illos, vt eos audiant, eorum cogitationes intelligant, qui ab eis auxilium, & præſidiũ petunt. Illud autem quod Deus per
4. Reg. 22. Prophetam ſancto Ioſiæ dixit; colligam te ad patres tuos, & colligeris ad ſepulchrum tuum in pace, vt non videant oculi tui omnia mala, quæ introducturus ſum in locum iſtum: lõgè à propoſito alienum eſt. Nam beneficij loco id Ioſiæ promittitur, ne viuens mala videret ea, quę Deus erat illaturus Iudæis, ne illis etiam afficeretur. Nihil verò attinet ad illius loci
Hebr. 4. ſententiã, vtrùm illa mortui videant, nec ne. At Paulus (illi dicunt) hortatur, vt adeamus cum fiducia ad thronum gratię eius: operam igitur perdimus alijs ſanctis adeundis. Sed cùm ſancti viri in eodem, quo Chriſtus throno ſint; vnumque, & idem ſint, quod ipſe Chriſtus, eo modo, quo docuimus; operam minimè perdit, qui ſanctorum ſtudium ſibi conciliat, vt illi precibus ſuis Deum ipſi benignũ reddant: ſicut neque is, qui regis familiares, & amicos adiret, & impetraret ab eis, vt operam ſibi nauarent. Nam Paulus, qui Hebræos hortatur, vt adeant cum fiducia ad thronum gratiæ eius; per literas à Romanis petit, vt eum precibus aſsiduis adiuuẽt. Rom. 15.
Melanctho. Sed dicit Melãcton, ſapere gentilium mores, quòd certas noſtrarum rerum procurationes ſanctos habere putemus: vt q̃ Rochus peſtilentiã depellat, Georgius faueat equitibus; Anna diuitias largiatur. Sic enim gentiles putabãt Iunonem ditare; febrim arcere ferbim; Caſtorẽ, & Pollucem equites defendere. At gentiles non ratione vlla, ſed temeritate ducti id opinabantur. Nos autem ideo certos ſanctos, certis in rebus inuocamus, quòd
Cur certos ſanctos in certis rebus inuocemus. experti fuerimus, talibus in rebus ipſos nõnullis opẽ ferre ſolitos: aut ſimilibus ærumnis ipſos fuiſſe cõflictatos. Confidentiùs enim ab eo petimus beneficium, quem ſimilia beneficia alijs præſtitiſſe ſcimus; & ob eam rẽ Georgium, & ſanctum Iacobum equitibus, & militibus adeſſe putamus, quòd in multis, periculoſiſque bellis præſtò illis fuiſſe certiſsimis indicijs deprehenſum eſt. Rochum verò cũ peſtilentia graſſatur ideo implora-
Hebr. 4. mus, quòd peſtilentiſsimo ille morbo fuerit iactatus. Nam ſi Paulus adire nos fidẽter iubet ad thronum gratiæ Dei, quòd habeamus pontificem, qui facilè noſtris infirmitatibus compatiatur, quòd fuerit eiſdem ipſe pro ſimilitudine tentatus abſque peccato: eodem argumento ducti, confidẽtiùs in miſerijs noſtris eos ſanctos adibimus, qui ſimilibus ærumnis, dum vitam noſtram traducerent, conflictati ſunt. Sed dicunt iſti, ſanctis pro meritis ſuis cumulatè gratia relata eſt: nihil igitur nobis ampliùs mereri poſſunt. At non ex merito, aut ex debito, ſed ex liberalitate, & magnificẽ-

De peregrinatione.

tia Dei, vt optatis noſtris reſpondeat ipſe, impetraturos cõfidimus. Adhuc tamen aduerſarij importuni vrgent, atque inſtant dicentes; vt ſanctos viros rogemus, & obſecremus; quid attinet diſunctiſsima loca, & varias terras peregrinari, vt in certis eos locis precemur, ac veneremur? quam habet religionem Romam ire, vt corpora Petri, atq; Pauli viſamus? Compoſtellam, vt corpus beati Iacobi? Hieroſolymã, vt loca in quibus Chriſtus errauit videamus? quare inutiles ſaltem has peregrinationes eſſe dicimus. Sed is meliùs meretur de alio, qui maiorem ſignificationem facit ſuæ erga illum voluntatis: at is, qui terras longinquas peregrinatur, vt aliquẽ oret, & obſecret, longè magis ſtudiũ ſuum erga eum declarat, quã ſi ſuo loco ſtans illum oraret. Nõ igitur inutilis, ſed ſtudioſa, & officioſa eſt Chriſtianorum peregrinatio, quæ ſuſcipitur eò, quò Deum, & ſanctos eius precemur, & pietatem noſtram erga eos demonſtremus. Deinde quã magno erga Chriſtum, aut alium ſanctum hominem ſtudio, & amore ardere oſtendit is, qui vt loca videat, in quibus Chriſtus verſatus fuit; aut cuiuſdam ſancti viri oſſa ſeruantur, itineriſe infeſto, & periculoſo committit? quid enim faceret, ſi Chriſtũ ibi, aliumve ſanctum virum adeſſe ſciret? quæ pietas, & religioſa voluntas non à nobis minuenda, ſed vehementer excitanda eſt. Quare improbum eſt tales piorum hominum peregrinationes damnare, & inutiles eſſe pronunciare: præſertim quòd Chriſtus, & Apoſtoli, & alij clariſsimi viri ætates ſuas in peregrinatione conſumpſere: Deuſque veteri inſtrumento certum locum ad precandum, & ſacrificandum ſibi decerni voluit, ad eumque vt venirent Iudæi, certos ſingulis annis, ſtatoſque dies habebant. nõ igitur diſplicet ei peregrinatio. Præcepit etiam ipſe Abrahã vt in monte, quem monſtraſſet ei, filium ſuum ſacrificaret. Voluit etiam, vt oraret, & faceret Dauid ſacrificia in ara Ornam Iebuſęi ad peſtem, quæ in populo graſſabatur deprecandam. Adijt Salomon ad Gabaon vt ſacrificare. Cùm templum conſecraret, ita Deum precatus eſt, vt exaudias orationem, quã orat in loco iſto ad te ſeruus tuus. Eſt igitur nonnulla in loco religio, quo facilius Deus preces noſtras audiat. Sed inſtant aduerſarij; Chriſtus Samaritanæ dixit; venit hora, & nunc eſt, quando veri adoratores adorabunt patrẽ in ſpiritu, & veritate. At nos fatemur, veram adorationem ſpiritu, ac mente ſola conſtare: mentis tamen, & animi adoratio, cultus, & reuerentia aduerſus Deum, & ſanctos ſuos nonnihil perficitur, ſi oportuno loco ſancto, ac religioſo fiat. Maneat igitur, fixumque ſit, pium eſſe viros ſanctos, atque adeo vita defunctos precari, & loca in quibus fuerint, aut eorum oſſa ſeruentur, viſitare.

Religioſum eſſe peregrinari, vt in certis locis deos precemur

Chriſtus, & Apoſtoli ætatẽ ſuã in peregrinatione cõſumpſerunt.

Eſt nonnulla in loco religio quo facilius preces audiãtur noſtræ

Gen. 22.

3. Reg. 8.

Ioan. 4.

Adoratio ex oportuno loco nonnihil perficitur

CAP. 38. Rectè dies feſtos ſanctis eſſe inſtitutos.

AD probatis, conſequens etiam eſt, rectè dies feſtos anniuerſarios ſanctis ab Eccleſia eſſe inſtitutos: hoc enim eorum eximia virtus, vitaque honeſtiſsima poſtulat, vt illorum memoria ex noſtris animis nunquàm deleatur, dicẽte Dauide, In memoria æterna erit iuſtus: & vt præclariſsimum virtutis exemplũ ante omnium

Pſalm. 111.

nium oculos ſtatuatur, quò poſteri velint res eorum geſtas imitari. Quod idem Paulus docere videtur Hebræis
Hebr. 13. ſcribens, Mementote (ait) præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum Dei, quorum intuentes exitum conuerſationis, imitamini fidē. Exitum verò conuerſationis, quem Paulus contēplari præcipit, dies vniuſ cuiuſque mortis declarat. Cùm igitur ob oculos noſtros ſanctiſsimè eorum actam vitā Paulus verſari voluerit, optimum ſuſcepit Eccleſia conſilium, in faſtis ad eum diem, quo mortui ſunt, eorum nomina ſcribendo: vt talis quotannis dies in memoriam nos eorum ſanctiſsimæ vitæ reuocet, vt tantum ſpectantes exemplum, animis in colendavirtute non cadamus. Sic Paulus poſtquàm multam ſanctorum mentionem fecit, ad patientiam, & laborum tolerantiam ipſorū
Hebr. 12. exemplo Hebræos hortatur dicens; Ideoque & nos tantam habentes impoſitam nubem teſtium, deponentes omne pondus, & circumſtās nos peccatum, per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamen, aſpiciētes in auctorem fidei, & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem, confuſione cōtempta, atque in dextera Dei ſedet. In quo loco oportet animaduertere,
Eiuſdē ratio nis eſt exēplū Chriſti & ſanctorūſuorum. exemplum ſanctorum, Paulum cum Chriſti exemplo ad nos hortandos coniungere, vt eiuſdem eſſe rationis intelligatur, & vniuerſam illorum recordationē ad Chriſti tandem gloriā manare; ita vt honos omnis, & cultus, qui ſanctis exhibetur, Chriſto etiam exhibeatur: ſicut dixit Dauid; Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. Perpetuuſque Eccleſiæ mos iam inde à primis Eccleſiæ Chriſtianæ temporibus, per
Perpetuus fuit Eccleſiæ mos dies feſtos ſanctorū celebrandi.

petua, ſanctiſsimaque obſeruatione vſurpatus, magno argumento eſt, dies feſtos ſanctorum à nobis agi deberi. Nam beatus Ignatius Apoſtolorum æqualis, literis Philippenſes hortatur, alios dies feſtos præter dominicos celebrare. Iam verò primo libro ſatis à nobis demonſtratum eſt, quanta ſit Eccleſiæ poteſtas, quantumque omnes ei Chriſtiani obſequium debeamus. Et ipſe Chriſtus id apertè docet cùm diſcipulis ſuis dicit: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo. Et alio loco; Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit. Quare quidquid illa per Epiſcopos, & reliquos eius magiſtratus imperauerit, audiri à nobis, religioſeq; præſtari debet: ac proinde quos dies feſtos inſtituerit, celebrare. Quid? Epiſcopus hominē prophanū initiare, & religioſum efficere poteſt. Ergo etiā dies prophanos, feſtos & ſanctos reddere. Stulti igitur aduerſarij noſtri ſunt, qui dies feſtos ſanctis à nobis celebrari irridēt.

Matt. 18.

Luc. 10.

CAP. 39. *Imagines Dei, atque ſanctorum adorandas eſſe.*

SEquitur vt de imaginibus Dei, atq; ſanctorum diſſeramus: quas minimè colendas, & adorandas eſſe Caroloſtadius dicit. Quo errore Leo tertius Conſtantinopolitanus Imperator inflatus fuit, adeò, vt vniuerſam Græciam in eundem errorem induxerit, ita vt ampliùs cētum annos imaginibus caruerint. In eadē hæreſi Vuicleph magiſter Luteri verſatus fuit, multiq; alij. Sed cùm Deū, & eius ſanctos venerari debeamus, abſurdum eſt omnino, ſi alius nō obrepat

Caroloſtadius Leo tertius imperator.

Ioannes Vuicleph.

repat error, eorum imagines non venerari. Nam imago conſideratur, aut qua ex parte res quędam eſt, vt lignũ, æs: ex hac parte fateor non eſſe colendam: vel qua ex parte memoriam excitat ad cognitionem illius, quem refert: & ex hac parte dico eodem in honore, quo res ipſa, quam exprimit, eſſe habendam. Paulus enim dicit, in nomine Ieſu omne genu flectatur cæleſtium, terreſtriũ, & infernorũ. Qua vero de cauſa Paulus tantum honorẽ Chriſti nomini haberi vult, cũ Deus nomen non ſit? Non alia profectò, niſi quia Chriſti veri Dei, & hominis memoriam repręſentat. Pari ergo de cauſa Chriſti imaginem honorare, & venerari debemus. Et quemadmodũ idololatram Paulus nó iudicaret, qui nomen Chriſti tantopere colat: ita neque eum, qui eius imaginem veneretur. Nam ſi res illas, quas nobis reliquerunt ij, qui è vita, vel loco migrârunt, caras, ſi amamus illos, habere ſolemus, quòd in memoriam eorum cùm à nobis cernantur incurrimus: ob eandem rem Chriſti, & ſanctorũ imagines obſeruare, & venerari oportet eos, qui Chriſtum, & ſanctos eius amore proſequuntur. Et hoc magis, quod multa imagines Chriſti, ſanctæ virginis Mariæ, & aliorum ſanctorũ edidêre miracula, vt literis publica fide ſcriptis memoriæ ſæpe proditum eſt. Eccleſia etiam iam inde ab Apoſtolorum tẽporibus imaginibus vſa eſt. Nam vir clariſsimus Damaſcenus lib. 4. fidei orthodoxæ multis verbis docet, imagines ab Apoſtolis fuiſſe traditas: Atque adeo Chriſtum imaginem ſuam Abagaro regi miſiſſe narrat. Ioſephus etiam lib. 1. antiquitatum narrat Enoch, qui vehementer in Geneſis libro laudatur, imagine Dei primum fuiſſe vſum. Quod Hieronymus approbat lib. quæſtionum Hebraicarum. Cõcilium etiam 8. generale cap. 3. imaginum vſum approbat, argumento petito ex vtilitate, quam viris imperitis afferunt, his verbis. Sacram imaginem domini noſtri Ieſu Chriſti, & omnium ſaluatoris, æquo honore cum libro ſanctorũ Euangeliorum adorari decernimus. Sicut enim per ſyllabarum eloquia, quæ in libro feruntur, ſalutem conſequuntur omnes: ita per colorum imaginariam operationem, & ſapientes, & idiotæ cuncti, ex eo quod in promptu eſt, perfruuntur vtilitate. Quæ enim in ſyllabis ſermo, hæc & ſcriptura, quæ in coloribus prædicat, & commendat. Dignum eſt enim, vt ſecundum congruentiam rationis, & antiquiſsimam traditionem, propter honorem, qui ad principalia ipſa refertur, etiam deriuatiuè imagines honorentur, & adorentur: vt ſanctorum Euangeliorum ſacer liber, atque typus pretioſæ crucis. Ac deniq; 7. Concilium generale Niceę magna Epiſcoporum frequentia ea de cauſa coactũ fuit, vt hæc noſtra ſententia catholica eſſe doceretur, & aduerſariorum noſtrorum error conuinceretur: & ita totum concilium in hac probanda, & ſtatuenda ſententia verſatur; Conciliumque Epheſinum, & Conſtantinopolitanum Leone Imperatore habitum, quibus damnantur imagines, conciliabula appellat, vimque nullam docendi, quæ ad fidem ſpectant, habuiſſe demonſtrat: quòd auctoritate Pontificis Maximi non fuerint conuocata. & actu ſecundo concilij prolata eſt epiſtola Adriani Pontificis maximi ad Conſtantinum, & Irenem, qua reuerẽtiam, & honorem aduer-

Dupliciter imago conſideratur.

Phil. 2.

Nomen Ieſus tãta reuerentia colitur quod memoriã Chriſti repreſentet.

Multa imagines edidere miracula.

Damaſcen⁹. Eccleſia ab Apoſtolorum tẽporibus imaginibus vſa eſt.

Gen. 4.

Noe Dei imagine primum vſus fuit. Concilium 8. generale.

Quam vtilitatem imagines afferant.

Conciliũ 7. generale ſecundumque Nicenum.

aduerſus imagines Chriſti,& ſanctorum probat teſtimonijs Gregorij Niſſeni,Baſilij magni,Chriſoſtomi,Cyrilli,Athanaſij,Ambroſij,Hieronymi, Stephani Epiſcopi Boſtrorum. Poſtremoq; Petrus,& Petrus legati Pontificis maximi rogarunt ſententiam Tharaſium Patriarcham,& alios Epiſcopos,anne literis Pontificis maximi aſſentirentur? Tharaſiuſque Patriarcha his verbis reſpondit: Nos imaginum pincturas ſecũdum priſcam patrum traditionem recipimus, & has deſiderio noſtro adoramus,vt in nomine Chriſti Dei noſtri,& intemeratæ, & Deiparæ Virginis, ſanctorum Angelorum, & omnium ſanctorum factas:ſed apertis verbis teſtamur,nos duntaxat in vnum Deum verum latriam, hoc eſt cultum, & fidem noſtram referre,& reponere.Sanctaque Synodus dixit vniuerſa; ſancta ſynodus ſic credit,& ſic docet. Et actu tertio hoc totius concilij ponitur decretum . Sanctas imagines reueremur, principiò adorãtes Dei verbi propter nos incarnati domini noſtri , & ſeruatoris Ieſu Chriſti,qui formam ſerui aſſumpſit,imaginem: quanquàm ſciamus ipſam imaginem,& typum Deitatis, quæ cũ carne illius immaculata inconuulſim vnita eſt , minimè poſſe figuram præſtare . Inuiſibilis enim eſt diuina natura;nec depingi , nec figurari ſe permittit.Deum enim(vt ipſe inquit)nemo viditvnquàm:ſed humanitatis illius imaginem coloribus ducentes adoramus. Veneramur etiam,& adoramus imaginem Deiparæ, & dominæ noſtræ irreprehenſibilis,immaculatæ,& inexplicitæ caſtitatis matris,quæ illum peperit. Quin etiam ſanctorum Apoſtolorum, Prophetarum , & victorum martyrum, ſanctorumque , & beatorum veluti amicorum Dei,imagines colimus:nõ in materia,aut in coloribus honorem conſtituentes : ſed per hoc officium noſtrum , quod ipſis à Deo, quorum typum imagines geſtant , debemus, impartientes:cùm ſciamus iuxta Baſilij magni ſententiam ; quòd imagini honor exhibitus, ad ipſum prototypum referatur.cui ſententię.350.epiſcopi ſubſcripſerunt . Actu verò huius concilij quarto hęc ſententia multis ſacræ ſcripturæ , & ſanctorum auctorum dictis comprobatur: primoque profertur illud Exodi,Facies propitiatorium:& illud Numerorum;ipſa eſt dedicatio altaris . & illud Ezechielis;introduxit me in tẽplũ &c.vt metiretur. & illud Epiſt. ad Hebr.habebat quidem etiam prius tabernaculum iuſtificationes. Afferũtur etiam Chriſoſtomi, & Gregorij Niſſeni teſtimonia , qui imagines habuiſſe narrantur;atque adeò Gregorium Niſſenum vehementer ſæpe commoueri ſolitum, adeò vt lachrymas effunderet cernens Iſaac immolationem tabula depictam. Lecta etiam eſt in cõcilio Athanaſij de Ieſu Chriſti imagine oratio.Lecta etiam doctiſsima diſputatio Leontij epiſcopi Neapoleôs Cypri in Iudæos pro imaginum vſu, & veneratione . producta etiam ſunt verba Baſilij in epiſtola ad Iulianum apoſtatam,quibus colere,& honorare dicit imaginum hiſtorias. Explicatæ etiam ſunt quatuor epiſtolę Gregorij primi Põtificis Maximi ad Germanum Patriarcham . Ac denique actu ſeptimo ponitur iſtud de hac re decretum.Fatemur autem vnanimiter nos Eccleſiaſticas traditiones , ſiue ſcripto , ſiue conſuetudine valentes,& decretas retinere velle:quarum de

Petrus & Petrus.

Tharaſius.

Teſtimonijs ſcripturæ imagines probantur.

Exod.25.

Ezech.41.

Hebr.9.

Chriſoſtomus. Gregorius. Niſſenus.

Athanaſius.

Leontius.

Baſilius.

Gregorius.

de numero eſt imaginum effigura-tio, vt quæ hiſtoriæ euangelicę promiſsionis concinat ad credulitatem verę, & non phantaſticæ incarnationis Dei, & ad vtilitatem ſimilitudinis, quam nobis exhibet vtiliter inuẽtam. His ſe ſic habentibus, regiam viã incedentes, & ſanctorum noſtrorum, & diuinorum patrum doctrinæ inſiſtentes, & catholicæ Eccleſiæ, in qua Sanctus ſpiritus inhabitat, traditionẽ obſeruantes, definimus, cum omni diligentia, & cura venerandas ſanctas imagines ad morem, & formam venerandæ, & viuificantis crucis è coloribus, & teſellis, aut alia quauis materia commodè paratas, dedicandas, & in templis ſanctis Dei collocandas, habendaſque, tum in ſacris vaſis, & veſtibus; tũ in parietibus, & tabulis, in ædibus priuatis, in vijs publicis; maximè autem imaginem domini, & Dei ſeruatoris noſtri Ieſu Chriſti, deinde intemeratæ Dominæ noſtræ Deiparæ, venerandorum Angelorum, & omnium deinde ſanctorum virorũ: quò ſcilicet per hanc imaginum pictarum inſpectionem omnes, qui contemplãtur, ad prototyporum memoriam, & recordationem, & deſyderium veniant, illiſque ſalutationem, & honorariam adorationem exhibeant. Non tamen ſecundum fidem noſtram, veram latriam, quæ ſolùm diuinæ naturæ competit, ſed quemadmodum typo venerandæ, & viuificantis crucis, & ſanctis euangelijs, & reliquis ſacris oblationibus ſuffita, & luminaria reuerenter accẽdimus; quemadmodũ veteribus piè in conſuetudinem hoc adductum eſt. Imaginis enim honor in prototypum reſultat, & qui adorat imaginem, in ea adorat quoq; deſcriptum argumentum. Sic enim ſanctorum noſtrorum Patrum obtinet diſciplina; vel traditio catholicæ Eccleſiæ, quæ à finibus vſque ad fines euangelium ſuſcepit. Igitur qui auſi fuerint aliud ſentire, aut docere, aut more impiorum hæreticorum Eccleſiaſticas traditiones contaminare; aut nouam vaniloquẽtiam inducere, aut quidquàm de conſecratis in Eccleſia abijcere, euãgelij inquàm depictum codicem, aut figuram crucis, aut imaginis alicuius picturam, aut reliquias martyrum, quas ſciuerit eſſe germanas, & veras: aut contra iſta vafrè, & impiè aliquid cogitare, quod ſit contra conſtitutionem Eccleſiaſticam; aut vti tanquàm communibus, ſacratis Deo repoſitis, pretioſis, aut monaſterijs reuerendis; ſi fuerint Epiſcopi, aut clerici, deponuntur; ſi monachi, aut laici, communione priuẽtur. Cui decreto vniuerſa ſancta ſynodus acclamauit dicens; omnes ſic credimus, omnes idem ſapimus, omnes approbantes ſubſcripſimus; hæc eſt fides Apoſtolorum; hæc eſt fides Patrum; hæc eſt fides orthodoxorum; hæc fides orbem terrarum confirmauit, credentes in vnum Deum in trinitate laudatum, venerandas imagines amplexamur; qui ſecus agunt, anathemate percelluntur; qui ſic non ſentiunt, ab Eccleſia depelluntur. Quicunque ſententias ſacræ ſcripturæ de idolis contra venerandas imagines adducunt, Anathema. Qui venerandas imagines idola appellant, Anathema.

Qui dicunt quod Chriſtiani imagines vt Deos adorant, Anathema.

Qui ſcientes communicant cum illis, qui contra venerandas imagines ſentiunt, aut eas dehoneſtant, Anathema.

Si quis

Si quis ex Iconiſtarum hæreſi aliquem exiſtentem defenderit, Anathema.

Si quis Deum ſecundum humanitatem non circunſcriptibilem confeſſus fuerit, Anathema.

Si quis Euãgelicas narrationes per picturam repręſentatas non acceptauerit, Anathema.

Si quis has non ſalutauerit in nomine Domini, & ſanctorum eius, Anathema.

Exo. 20. Deu. 5. Leui. 26. Sed nobis aduerſarij obijciunt illud; Non facies tibi idolum, neque omnem ſimilitudinem, quæcunque ſunt in cœlo ſuprà, & in terra infrà. Quam ob cauſam in monte in medio ignis vocem verborum vos audiſtis, ſimilitudinem autem non vidiſtis, ſed tantummodò vocem. Quod argumentum explicat Epiphanius nomine totius Synodi: eaque de cauſa hanc legem Deum tuliſſe dicit, quòd Hebræos ducebat in terram hominum plenam, quæ idola, Dæmones, Solem, Lunam, aſtra, & alias creaturas atque adeo volucres, quadrupedes, & ſerpentes colebant; verum autem Deum ignorabant. Quare tam diligenter cauebat, ne vllam figuram exprimerent eorum, quæ in cœlo, aut in terra ſunt. Sed poſtquam eos abduxiſſet ad idololatria, & tabernaculum teſtimonij fabricari iuſſiſſet: Cherubim ſpecie humana fieri præcepit. Itaque ex Epiphanij ſententia, & vt ipſa ſacroſancta ſcriptura declarat, tantùm hac lege cauetur, ne imagines vllas, tanquam Deos colant. Nam proximè dixerat: non habebis Deo alienos coram me. Nos autem neque imagines tanquam Deos veneramur, neq; Deos eſſe iudicamus: ſed colimus illas, quia reuocant nos in memoriam veri Dei. Huiuſmodi verò imaginum vſus minime lege illa prohibetur: quoniam nos in errorem idololatriæ non inducit. Quod facile intelligi licet ex eo, quod nomine totius Concilij dixit Epiphanius. Nam quamuis omnem vetuit imaginem eorum, quæ ſub cœlo, & ſub terra ſunt: poſtea tamen in ſanctiſſimo loco, & qui omnium maximè adorabatur, duo Cherubim fieri præcepit; qui rurſus facti ſunt in templo à Salomone ædificato. Qui etiam fieri iuſsit duodecim boues ſub æneo mari: ſculpſit etiam palmas, & malogranata, atque leones: quæ quidem ſunt imagines eorum, qui degunt in terra. Quare non illa pingi, aut ſculpi lex vetuit; ſed ne pro dijs haberentur. Quando verò vulgus imago vlla in errorem raperet, tunc Epiſcopi, aut præfectorum auctoritate tolli prudens eſſet conſilium. Qua de cauſa putandum eſt ab Ezechia ſerpentem æneũ fuiſſe confractum: & à Sancto Epiphanio Cypro vt Euſebius teſtatur. Et ita illud Pauli intelligitur, quod nobis etiam ab aduerſarijs obijcitur; Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis: de idololatris enim dicitur, vt ea quæ mox ſequuntur declarãt. Volucrum, quadrupedum & ſerpentium. Et paucis interiectis. Et coluerunt, & ſeruierunt creaturæ potiùs quàm creatori. Narrant enim hiſtoriæ, AEgyptios olim boues, veſpas, mures, & alia vilia animalia coluiſſe. Perſæ verò igné, &

Cur lege vetuit Deus imagines ne fierẽt cauebat.

Quo pacto nos imagines colamus.

4. Reg. 18.

Roma. 1. *Locus Pauli declaratur.*

Solem adoraſſe memorantur. Illud verò Pauli quod nobis aduerſarij ob
2.Cor 5. iiciunt: Si enim cognouimus Chriſtum ſecundum carnem, iam non
Pauli locus difficilis accurate declaratur. cognoſcimus. locus eſt difficilis: ſed ab aduerſariorum opinione valde remotus. eius autem germana expoſitio ita conſtabit. Hoc poſitum eſt à Paulo, vt declararet, ſe nullas humanas, & caducas carnis vtilitates ex diſcipulis ſuis quærere, ſed ſpiritus tantùm, & animi bona procurare. Dixerat enim paulo antè: Non iterũ commendamus nos vobis, ſed occaſionem damus vobis gloriandi pro nobis, &c. Charitas enim Chriſti vrget nos: æſtimantes hoc, quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. id eſt, omnes debent huic mortali vitæ eſſe mortui,
Quo pacto quiſquã huic vitæ mortuus ſit, & Deo viuat. nihil eius commoda curantes. Et pro omnibus (ait) Chriſtus mortuus eſt. id eſt, ea de cauſa Chriſtus mortem obiuit, vt & qui viuant (ait) iam non ſibi viuant. id eſt, ne vitam ad ſuam referant vtilitatem: ſed ei, qui pro ipſis (ait) mortuus eſt, & reſurrexit. id eſt, Chriſti gloriam, & honorem ſpectent, eoque ſtudia ſua dirigant, contrà quàm faciebant illi,
Phil.2. quos alio loco reprehendit dicens, omnes, quæ ſua ſunt quærunt, non quæ Ieſu Chriſti. Itaque nos (ait) ex hoc neminem nouimus ſecundum carnem. id eſt, in nullius nos conſuetudinem inſinuamus, carnis commoda quærentes. mutata enim noſtra conditio eſt, quod hac ſimilitudine declarat. Et ſi cognouimus (ait) ſecundum carnem Chriſtum: id eſt,
1.Ioan.1. quemadmodum licet de facie nouimus Chriſtum, & oculis carnis vidimus, ſicut Ioannes ait, quod fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ contrectauerunt, de verbo vitę. Sed iam (ait) non nouimus. id eſt, iam oculis noſtris non cernimus, ſed fide tantùm cognouimus. Sicut hoc ipſo capite ſuperiùs dixerat; Per fidem ambulamus, non per ſpeciem: huiuſmodi itaque Pauli ſimilitudo eſt. Quemadmodum Chriſtum non carne, ſed ſpiritu, ac mente tractamus: ita & alios homines, quare nihil à vobis, & alijs poſtulamus, quod non mentem, & ſpiritum attingat. Quare quæ de nobis ſcribimus aut dicimus, non eò pertinent, quò nos vobis commendemus, aut venditemus. Quam expoſitionem quod ſequitur confirmat. Si qua ergo in Chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt omnia noua. Vt ad propoſitum igitur redeamus: nihil iſte locus imaginem Chriſti reprehendit. Nam licet oculis carnis noſtræ propoſita ſit, ſpiritu tamen Chriſtum, quò ipſa refertur, adoramus: ſicut vel cæteros homines quos corporis noſtri oculis cernimus, ſpiritu tantùm vult Paulus hoc loco, vt diligamus. Nobiſcum etiam aduerſarij pugnant ex loco illo: Veri adoratores adorabunt in ſpiritu, & veritate. Sed nugas etiam agunt. Nam
Ioan.4. *Ioannis locus accurate exponitur.* locum quidem non intelligunt: quia ſi imagines tollendas Chriſtus ſignificaret, non diceret; venit hora, & nũc eſt, quando veri adoratores, &c. quoniam iam diu illa venerat hora: quãdoquidẽ Iudæi nullis Dei, neque ſanctorum hominum vtebãtur imaginibus. Sed quia Samaritana dixerat; Patres noſtri in monte hoc adorauerunt, & vos dicitis, quia Ieroſolymis eſt locus vbi adorare oportet.

tet. Christus sic respondit; Mulier crede mihi, quia venit hora, quando nec in monte hoc, nec Ierosolymis adorabitis patrem. Deinde parum di gressus, ad propositum reuertens exponit, vbi pater posthac adorandus sit: aitque; Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem spiritu, & veritate. Hac igitur dicendi ratione significat ritus illos, & sacrificandi ceremonias lege Moysis constitutas, abrogandas, & antiquandas esse: neque locum vllum adorandi præscribendum. Tangit autem luculenter verbis illis modum, quo sit lex vetus tollenda. id est, rebus contrarijs afferendis. Nam quia lex illa multa erat in rebus extrarijs præcipiendis, & cauendis; ad corpus, carnemque spectare censebatur: & ob eam rem opponit spiriritum dicens; Adorabunt spiritu, id est lege spiritus, & gratiæ; cuiusmodi est lex Euangelica: quia in fide, spe, & charitate præcipienda tota cernitur. Spiritu igitur, tanquam altero cõtrario caro delenda erat. Quæ duo contraria in hãc significationem accepta, eleganter comprehendit Paulus dicens; Sic stulti estis vt cum spiritu cœperitis, carne cõsummemini? Nam cum Galatæ legem spiritus, id est, gratiæ, & charitatis à Paulo accepissent; à Iudæis postea seducti, legem carnis acceperunt; quos Paulus stultitiæ arguit: quòd spiritu incipientes, carne consummare velint: è contrario enim esse oportebat: prius legem carnis accipere, vt fecerunt antiqui Iudæi; vt lege spiritus perficerentur. Cum verò iam perfecti fuerint, ad prima elementa (vt ipse in eadem Epistola dicit) primaque scientiæ Christi rudimenta redire, ineptissimum, & absurdissimum est. Theodorus enim πνῦμα τὴν πνευματικὴν χαρὶν, καὶ σάρκα τὴν κατὰ νόμον πολίτειαν interpretatur. Quia vero lex illa vmbra, & rerum imago erat, veritatem ei opponit dicens; Adorabunt in veritate. Hoc enim rerum natura fert, vt imago veritate, vmbra luce tollatur. Ob idque Paulus de vtraque lege loquens ait; nox præcessit, dies autem appropinquauit. Quare nihil locus hic ad imagines condemnandas pertinet. In Ecclesia igitur maneant, quousque re nulla nobis opus sit, quæ nos ad Christi, & sanctorum suorum memoriam excitet, sed illis coràm adsimus præsentes.

Quo pacto lex vetus sublata sit.

Gala. 3.

Pauli locus declaratur.

Quid spiritus quid caro Paulo sit.

Rom. 13.

CAP. 40. *Pium esse templa construere, & ornare.*

DE SANCTORVM virorum, ac suarum imaginum cultu, & veneratione orationem habuimus: de locis nunc loquamur quæ eorum cultui, & veneration dedicata sunt. Eustachius enim ædes Martyrum, & aliorum sanctorum spernebat: quo errore tur pius imbuti sunt Vualdenses, qui non solùm Martyrum, sed etiam templa Dei irridebant dicentes, mundum verum Dei esse templum, nec decere infinitam Dei maiestatem vllo speciali loco constringi. Fuerunt & alij Pseudoapostoli, qui in tantam inciderunt insaniam, vt dicerent, non maioris esse momenti templum, quàm porcorum stabulum ad Deum precandum. In quem erro-

Eustachius.

Vualdenses.

Pseudoapostoli.

Ziſca. Thaborita. rem Ziſca multos impulit Bohemos, quos Thaboritas appellauit; quòd Chriſtum non in templis, ſed in monte Thabor colerent: quorum facta manu delubra ſanctiſsimis religionibus cõſecrata depeculatus eſt. Quos multi noſtri temporis hæretici ſequuntur, nimis templorum ornamẽta reprehendentes. Sed vel illi probãt hæreſim Vualdenſium, dicentium nullas omnino ædes Deo dedicandas eſſe: vel exiſtimant, opere tam magnifico non eſſe fabricandas. Illud autem abſurdiſsimum eſſe, vel ipſa natura docet, quæ eiſdem, quibus Deũ eſſe perſuaſit, vt ædes ei inſtruerent, inſtituit. Vt enim nulla fuit vnquam tam barbara natio, quæ non Deum, aut deos eſſe putaret: ita nulla vnquam fuit, quæ templa, aut aliqua loca non præſcriberet, quibus eos precaretur, votaque eis, & iuſta ſacrificia perſolueret. Quantis enim templis, aris, & lucis, Latini, Græci atque adeò Schythæ, & barbari omnes abundauerint, cunctæ narrant hiſtoriæ. Nam ſi vrbes, oppida, & reſpub. omnes forum, curiam, & alia ſarta tecta habent, quibus ciues, & oppidani communiter, & ad munia publica vtantur: cur non etiam communem ſacrificandi, colendi, venerandique Deum locum habebunt? Et hoc magis, quòd præter cæteras res, honos, & reuerentia aduerſus Deum, omnibus, & ſingulis reipub. hominibus neceſſaria ſit, à quo maiora beneficia accipiunt, & expectant, & in quo propriæ, & communis ſalutis ſpes poſita eſſe debet. Nam ædes, & ſacra templa non eò referũtur à ſanis hominibus, quòd in eis includi, & coarctari infinitam Dei maieſtatẽ putemus. 3. Reg. 8. Si enim cœlum, & cœli cœlorum te

Barbaræ nationes tẽpla Deorum conſtruunt.

Sacra tẽpla ad quem fiñ fiant.

Quam abſurdum ſit templa reprehendere.

Aggæi. 1.

Natura ipſa poſtulare videtur vt templa Deo fiãt.

caperenon poſſunt (vt Salomon in templo dedicando dixit) quantò magis domus hæc quam ædificaui? Sed referuntur eò, quòd locus aptus precibus, ſacrificijs, & alijs obſequijs noſtris pro dignitate reddendis conſtituatur, ne ſacris miſceantur, & confundantur profana. Quis verò tam vecors, & ſtolidus homo hanc mentem, animum, & voluntatem noſtram culpet, aut reprehẽdat? Vt commodis meis inſeruiam ædem ornare, & inſtuere licet; & vt cultui vacem & reuerentiæ diuinæ fas non erit? quæ tanta iſta dementia, & inſania eſt? quam Deus per Aggæum valde increpat, & acerbis eam pœnis vltum fuiſſe teſtatur dicens: Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus veſtris laqueatis, & domus iſta deſerta? Et nunc hæc dicit Dominus exercituum, ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum: commediſtis, & non eſtis ſatiati, &c. Deinde ſuadet, vt melius ſapiant, eoſque ad templum Dei ædificandum hortatur dicens: Aſcendite in montem, portate ligna, ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor dicit Dominus. Age verò natura ipſa, quæ docet Deum eſſe, & eius auxilio omnes homines egere; ac proinde communiter eſſe colẽdum, & publica ei obſequia præſtanda; poſtulat etiam, vt homines deligantur, quibus id officij munus mandetur. Quæ gens enim deos coluit, quæ ſacerdotes, & ſacrificos non legeret? Quòd autem iſti conuenire debent ad id muneris exequẽdum, ſi locũ nullũ cultui, & venerationi Dei præſcribi licet? Hinc factũ eſt, vt ſimul ac Deus populum, & rempub. delegit, quæ

ſua

sua diceretur, cui leges ipse speciales ferret; ædiculam, & puluinar sibi imprimis dedicari imperauit, in qua modò sacrificarent ei, vota persoluerẽt, & alia exhiberẽt obsequia: quod perpetua religione in Hebræo populo seruatum est; ita vt nulli sine culpa integrum esset, præterquam certo, & præscripto loco vbi esset arca fœderis sacrificia facere. AEdes etiã speciales Ierosolymis, in quibus reponeretur arca, sibi voluit consecrari. Quas postquã propter scelera, & flagitia populi Deus euerti permisit: iterum in libertatem populo vindicato, restituẽdas curauit. Machabæorum temporibus violatas à gentibus profanasque redditas, expiari præcepit, in quibus sacrosancta Virgo filium suum Christum eruatorem nostrum obtulit, & consecrauit Deo: qui vir iam factus, frequenter eas inuisit, vendentes in eis, & numularios sedentes expulit dicens, Auferte ista hinc, & nolite facere domum patris mei domum negotiationis. Domum patris sui eam nominare non dubitauit, & nullam inter nos domum esse Dei, aduersarij volunt? At Deus ipse in Exodo dixisse narratur; Faciẽt mihi sanctuarium, & habitabo in medio eorum: quasi dicat, ea lege inter vos habitabo, si mihi domicilium inter vos collocetis. Quare Deũ ex vrbibus, & repub. nostra eijcere, & propulsare videtur, qui templa eius deijcere, & profana esse monent. Sed aduersarij dicũt, domicilium ac sedem gloriæ suæ Deum tantùm veteri instrumento requirere; quòd populus ille ex rebus ijs, quæ sub sensum cadunt, informandus, & quasi manu ducendus erat ad res eas, quæ ad animum, & mentem spectant cognoscendas. At ego sic existimo, multò magis templum, & ædem sacram in nouum instrumentum conuenire. Nam si ædes, & puluinar Dei in lege veteri exigebatur propter arcam fœderis pro dignitate collocandũ: quò magis id noua lege requiri necessarium est, ad Sacrosanctum Eucharistiæ sacramentum, quo infinita Dei maiestas penitùs continetur, reuerenter, sanctè, & religiosè reponendum? vbi tantum diuinitatis ærariũ, in quo omnes ad vnum eius thesauri reconditi sunt, aduersarij conseruari volunt? quod ei domicilium dare? aut quibus eum sedibus ponendum existimant? Huius autem sacramenti percipiendi causa, constat templa, quibus Christianorum concio congregabatur, lata lege noua fuisse. Nã templi speciem exprimit cœnaculum illud, in quod Apostolos reuersos fuisse post Christi ascensionem Lucas narrat in actis dicens: Et cum introijssent in cœnaculum, ascenderunt vbi manebant Petrus, & Ioannes, & Iacobus, &c. hi omnes erant perseuerantes vnanimiter in oratione, cum mulieribus, & Maria matre Iesu, & fratribus eius. & capite etiam sequenti dicit. Erant autem perseuerantes in doctrina Apostolorum, & communicatione fractionis panis, & orationibus. Fractio autem panis, Eucharistiæ perceptionem sacris interpretibus significat. De Petro etiam, & Ioanne narratur à Luca, in templum precandi causa ascendisse. Qua re lex Christi tẽplũ non improbabat Apostolorũ iudicio. Ex Epistola etiã Pauli ad Corinthios prima intelligitur, hanc ædem sacram fuisse, qua Eucharistia Christianis diuidebatur. Nã Corinthios reprehendit, quòd conuenien-

Templũ magis lege noua quam veteri necessarium est.

Quantæ Deo curæ templũ fuerit.

Ioan. 2.

Exod. 25.

Acto. 1.

Tẽpla fuisse temporibus Apostolorũ.

Acto. 2.

Acto. 3.

1. Cor. 11.

uenientibus eis in vnum(ait)iam non eſt dominicam cœnam manducare, ſed vnuſquiſq; cœnam ſuã præſumit ad manducãdum. Nunquid domos non habetis ad manducandum, & bibendum? aut Eccleſiam Dei contemnitis? Euſebius libr. 2. eccleſ. hiſtoriæ. cap. 17. ſcribit Philonis verba Apoſtolorum æqualis Eccleſiæ mores deſcribentis, ex quibus ædibus ſacris Eccleſiã religioſè fuiſſe vſam facile cognoſcitur. Sic enim Philonis verba habent. Eſt autem in ſingulis locis conſecrata orationi domus, quæ σεμνῖον vel μοναστήριον dicitur. σεμνῖον autem in noſtra lingua ſignificare poteſt honeſtorum virorum conuenticulum, in quo ſecedentes (inquit) honeſtæ, & caſtæ vitæ myſteria celebrant. Conſtat etiam Conſtantinum Magnum Chriſtianis omnibus poteſtatem feciſſe publica templa ædificãdi, in quibus ad faciendam rem diuinam conciones aduocarent. Pium igitur Eccleſia ſemper iudicauit, vel lata lege noua ędes ſacras habere. Sceleratiſsimus ergo noſtrorum aduerſariorum error eſt, ſi exiſtiment, nullas ædes ſacras in Eccleſia eſſe debere; vel putẽt illas non tanto ſumpto, & artificio conſtruendas eſſe. At ea de cauſa res noſtras Deo dicamus, non quòd illis opus ei eſſe putemus, ſed quòd pietatem, & reuerentiam noſtram aduerſus eum declaremus: id autem non fit rebus ſordidis, & abiectis, ſed optimis, & ſelectiſsimis quibuſque offerendis. Atque ob eam rem oues, boues, arietes, & agnos, quos olim ſibi mactare poſtulabat, ſine macula eſſe, ideſt omni labe vacare imperabat. Nam ſi res ei cõtemptas offerremus, à nobis potius contemni, quam honorari putaretur. Idcirco per Malachiam ipſe dicit; Offertis ſuper altare meum panem pollutum, & dicitis, in quo polluimus te? In eo, quod dicitis, menſa domini deſpecta eſt. Si offeratis cęcum ad immolandum, nonne malum eſt? ſi offeratis claudum, & languidum, nonne malum eſt? Quod ſi turpe, & iniquum eſt Deo res abiectas offerre: ergo & vilem ei domum dedicare. Quid? licet Deus vbique ſit, tamen eius opem implorantes, cœlum natura ſuſpicimus; quòd excellentiſsimum locum tantæ maieſtatis ſedem, aç domicilium eſſe putemus: & ob eam rem Dauid ait, Ad te leuaui oculos meos qui habitas in cœlis: ac Deus ipſe per Eſaiam: Cœlũ mihi ſedes eſt. natura eñ ei præſtantiſsimũ orbis terrarum domicilium damus. Iudicio igitur, & deliberatione noſtra præclariſsimas vrbis noſtræ ædes ei conſecrare debemus. Quod pium & conſentaneum eſſe declarat quoque Dei præceptum; vt narratur in Exodo à capite. 25. vſque ad. 33. quo puluinaris ſiue tabernaculi deſcriptio ponitur, in quo erant cortinæ, ſiue aulæa ex filis pretioſis, & variorum colorum artificioſè contexta: erant & tabulæ coopertæ, coniunctæque auro: erant, & columnæ cum capitibus aureis, & baſibus argenteis pretioſiſsimè cælatis. Erat & altare aureum, cãdelabrum etiam aureum opere mirabili fabricatum: arca, & propitiatorium quod vocabatur, & alia tabernaculi inſtrumenta omnia aut ex auro confecta, aut inaurata. Longum etiam eſſet narrare quanta magnificentia, quàm infinito ſumptu templũ illud eximium fuerit à Salomone fabricatũ, vt narratur libr. 3. Regum, & 2. Paralip. quæ facilè probãt nõ ingratos eſſe Deo magnificos ſumptus,

Conſtantinus poteſtatẽ fecit templa ædificandi.

Qua de cauſa Deo res noſtras dedicemus.

Qua de cauſa ſine macula arietes ſibi offerri Deus voluerit.

Mala. 1.

Cur orantes cœlum natura ſuſpicimus.

Quã pretioſæ res in veteri fuerint tabernaculo.

sumptus, qui in rem diuinam fiunt. *Luterus.* Sed dicit Luterus; sanctis hominibus templa construere, & eis sacrificia facere, idololatriæ crimẽ Augustinum iudicasse libro 20. cap. 21. contra Faustum Manichæum. Nam dicit, nulli Martyrum, sed ipsi Deo constituere licet altaria. At nullo alio loco nobis opus est ad istius hominis iniquiorem ex Augustini sententia conuincendum, præter hunc, de quo ab ipso mentio facta est, vt huius aduersarij profligatissimi peruersus & iniquus animus intelligatur; qui id vnũ spectat, vt in errorem homines inducat. Nã corruptissimè locũ Augustini citat, cuius hæc sunt verba. Populus autem Christianus memorias martyrũ religiosa solennitate concelebrat, & ad excitandam imitationem, & vt meritis eorum consocietur, atque orationibus adiuuetur. Ita tamen vt nulli martyrum, sed ipsi Deo martyrum, quamuis in memorias martyrum cõstituamus altaria. Quis enim Antistitum in locis sanctorum corporum assistens altari aliquando dixit; offerimus tibi Petre, aut Paule, aut Cypriane; sed quod offertur, offertur Deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum, quos coronauit; vt ex ipsorum locorum admonitione, maior affectus exurgat, ad acuendam charitatem, & in illos, quos imitari possumus, & in illum, quo adiuuante possumus. Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis, & societatis, quo & in hac vita colũtur sancti homines Dei, quorum cor ad talem, pro euangelica veritate, passionem paratum esse sentimus. Quo loco satis apertè declarat Augustinus, non ea mente fuisse, quam ei aduersarij attribuunt. Explicat etiam qua ratione ædes, & aræ nomine eorum consecrentur, eosque in sacrificijs faciendis appellemus: tum quantam vtilitatem ad inflammãdã charitatem, ex templis, nomine illorum Deo dedicatis, omnes Christiani percipiant. Quare nunquàm Augusti no hic pius Ecclesiæ vsus displicuit, nedum idololatriam esse (vt aduersarij mentiũtur) putauit. Probat etiam Augustinus has diuorum ædes lib. de dogmatibus Eccles. capi. 73. Basilicas (ait) sanctorum nominibus appellatas, velut loca sancta diuino cultui mancipata, affectu pio, & deuotione adeundas credimus. Sed qua re (aduersarij dicunt) excusare possumus tot effusos sumptus in templis, & aris fabricandis; cùm tot pauperes fame conficiantur? Quid tot candelabra, tot cruces, tot calices tot, statuę aureę & argenteæ. volunt? Sed ista mentio pauperum, illam perfidi latronis Iudæ referre videtur, qui dixit, vt quid perditio hæc vnguenti facta est, poterat enim vnguentum istud venundari multò, & dari pauperibus. Eò tamẽ melius sumptus, quos in rem diuinã impendimus, ponuntur, quàm quos in pauperes, quò Deo, quàm hominibus melius est obsequia, & officia præstari, & quò excellentior virtus religio, quàm misericordia est. Præsertim quod Ecclesia, fame rempub. opprimente, pauperes pro suis opibus iuuat, sicut beatus dicit Ambrosius lib. fuorum officiorum. Et refertur 12. q. 2. c. aurum. Aurũ habet Ecclesia non vt seruet, sed vt eroget & subueniat in necessitatibus. Quod verò quærũt, quò tot magnifica opera pertineant? vt Deum ipsum imitemur, cui tam excellens pulumar tam admirabile tẽplum sibi fieri olim postulauit: cuius rei dudum aliam rationem reddidimus.

Augustini locus corruptè citatus.

Augustinus.

Matt. 26.

Melius est sumptus in rẽ diuinam quã in pauperes impendere.

Ambrosius.

Chriſoſtomus mus. Chryſoſtomuſque eloquenter exponit, quantùm noſtra religio decoretur, & illuſtretur ex eo, quod martyrum, & aliorum diuorũ ſepulchra, aræque magnis ornamentis augeantur, pieque ab omnibus honorẽ tur: cuius ad verbum de hac re inducere ſermonem decreui, vt copioſè aduerſarios noſtros ſtultitię, & impietatis cõuincat. Tu mihi oſtendas (ait) ſepulchrum Alexandri; Et profert diem, qua finiuit. Sed nihil horum in ſigne, omnia deſtructa ſunt, & exterminata: Chriſti verò ſeruorum ſepulchra, clara ſunt, regiam aſſecuta ciuitatem, & dies notiſsimi mundo feſtã afferentes lætitiam. Et illius quidem loculum & proprij neſciunt: horum autem ſciunt & Barbari, & ſeruorum crucifixi ſepulchra regis aulis ſunt clariora: non magnitudine, & officio rũ pulchritudine (nam & in hoc quidem ſuperant,) ſed quòd multò maius eſt, conuenientium ſtudio. Nam & ipſe qui purpuram indutus eſt, accedit illa complexurus ſepulchra, & faſtu depoſito ſanctis ſupplicaturus, vt pro ſe apud Deum intercedant. Et ſcænarum fabrum, & piſcatorem etiam mortuos, vt protectores orat qui diademate redimitus incedit. Nec hoc tantùm quis Romæ fieri viderit, verùm Conſtantinopoli. Nam & hic Cõſtantinum magnum ipſius filius honori magno cenſuit haberi, ſi pro foribus piſcatoris paternum corpus collocaret: & quod in regijs ſunt ianitores regibus, hoc ſunt in monumento piſcatoribus reges. Et illi quidem vt domini loca tenent interiora: hi verò tanquàm inquilini, & vicini, aulæ ianuam ſibi gratum habuerunt deputari. Ipſa rerũ natura igitur, Dei oracula, ſanctorum auctorum teſtimonia hanc ſententiam noſtram confirmant, quibus Concilij Gangrenſis accedit decretum dicentis capit. 5. Si quis dicit domum Dei contemptibilem eſſe debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, Anathema ſit. Quare impij, qui contradixerint, habeantur.

Tom. 4. hom. 66. ad populum Antio.

Quãta dignitas ſit in templis ſanctorũ.

Gangrenſe Concilium.

CAP. 41. Nonnulla, quæ officij munera aduerſarij appellant, peccata potius eſſe.

Onnulla officij munera, quæ ſanctiſsimè colit Eccleſia, ab aduerſariorum calumnijs defendimus. Sequitur vt de nonnullis, quę ipſi probant, & Chriſtiana ducunt, diſſeramus. In quæ illud Eſaiæ mirificè mihi conuenire videtur; Confidunt in nihili, & loquuntur vanitates, & telas araneæ texuerũt. Telæ eorũ nõ erunt in veſtimentum, neq; operiẽtur operibus ſuis: opera eorum opera inutilia, & opus iniquitatis in manibus eorum. Ac primùm conſiderandum eſt, quomodo rempub. vellent conſtitui, vel potius conuelli. Nam dicunt Thomas Munzerus, & Munzeriani, principibus non eſſe parendum; ſed oportere populum regnare. Sed eos primùm rogabo, per quos, ſi populus regnet, gubernari, & adminiſtrari debet. Nonne per principes, & magiſtratus? oportet igitur principibus, & magiſtratibus obedire. Quod ſi nullos omnino principes, nullos magiſtratus eſſe velint: neminem igitur ſedere volunt ad reipub. gubernacula; ſed omnem rempub. labefactant, & omnem conuictum, & humanam ſocietatem tollunt, & homines per ſe ſolos more pecudum vagare, & errare

Eſai. 59.

Principibus eſſe parendũ. Munzerus & Munzeriani.

Quæ ſequantur incommoda ſi non obediamus principibus.

re oportere cenſent. Iam verò ſi non eſt principibus obtemperandum, omnes ſunt leges perrumpendæ: Nam magiſtratuum, & eorum, qui poteſtatem habent, iuſſa, & imperia ſunt. Quibus igitur vinculis reſpub. colliganda? quibus rebus continenda eſt? Bona familiæ inſtitutio poſtulat, vt domeſtici patrifamilias obtemperarent: & reſpub. quæ tot, & tam varia hominum genera comprehendit, aliquos ſumma eſſe poteſtate, quibus cæteros obedire oporteat non patietur? At voluit Deus Optim. Maxim. Moyſem populi ſui eſſe principem, ac ſeueriſsimè Core, Dathan, & Abiron, & alios puniuit, quòd eius imperium recuſarent: & in repub. Iſraelitica, legibus, & præceptis eius ſtabilita, Iudices, conſules, imperatores, & reges eſſe conſtituit, qui reliquos in poteſtate ſua continerent. Paulus etiam, qui rempub. Chriſtianam longè latèque propagauit, Romanis ſcribit: Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi à Deo: quę autem ſunt, à Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? bonum fac, & habebis laudem ex Deo: Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſa gladium portat. Dei enim miniſter eſt, vindex in iram ei, qui malum agit. Ideoque neceſsitati ſubditi eſtote non ſolum propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. Ex quibus verbis facilè intelligitur Apoſtolum iudicaſſe principibus, & magiſtratibus obedientes nos eſſe oportere, ſceleſque, & graue crimen contrà facere duxiſſe. Idem etiam Epheſijs, & Coloſſenſibus ſcribit: ſerui obedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum ſeruientes, quaſi hominibus placentes; ſed in ſimplicitate cordis timentes Deum. Quodcunque facitis, ex animo operamini. Sicut domino, & non hominibus; ſcientes quòd à domino accipietis retributionem. Quæ verba declarant, gratiſſimum eſſe Deo dominis, & heris ſimpliciter obedire. & alio loco ait; Obedite præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis. Petrus etiam ait; quicunque ſunt ſub iugo ſerui, dominos omni honore dignos arbitrentur. At verò (aduerſarij dicunt) ſoli Deo ſeruire ſacroſanctæ ſcripturæ præcipiunt; Deoque dicere docent, tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus, tu ſolus altiſsimus. Sed cùm principibus obedimus, Deo, qui id fieri præcepit, etiam ſeruimus, vt ex Paulo ſatis planum factum eſt. Soli verò Deo per ſe, viqué ſua obſequium debemus, quia ipſi eſt ſine vlla exceptione ſeruiendum: reliquis verò ea conditione, dum Deus ſecùs non præcipiat. Sed Deus (inquiunt illi) grauiter tulit, quòd Iſraelitę Regem petierint. Atqui non quòd regem poſtulauerint; ſed quod Samuelem ipſis à Deo iudicem, conſulemque datum neglexerint. Nam Deus Samueli dixit, Audi vocem populi in omnibus, quæ loquuntur tibi: non enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos. id eſt, quòd conſulibus, & Iudicibus à me delectis contenti non fuerint. Et ipſe quomodo ſe Rex gerere debeat in Deut. exponit. Quare non improbauit hanc reipub. gubernandæ rationem.

Rom.13.

Col.3. Ephe.6.

Hebr.13.

Quo pacto ſolus Deo ſit honor & gloria.

1.Reg.8.

Deut.18.

Anabaptiſtæ verò rempub. Platonis

Non esse omnia in commune conferēda. Anabaptistæ.

nis instituunt, vt olim Nicolaitæ, & Apostolici, & Adamitę, atq; omnia in commune conferri volunt, nullamq; rem cuiusquàm esse propriam. Neque alia ratione cuiquam posse putant aditum ad regnum Dei patere. At omnia præcepta, quæ seruari oportet, vt vitam adipiscamur æternam, exposita nobis sunt diuinis oraculis: nullum verò huius simile in sacris libris præceptum esse ostenditur. Non igitur est vllum de hac re præceptum. Nam illud, quod aduersarij citant; omnis ex vobis, qui non renunciauerit omnibus quę possidet, non potest meus esse discipulus: nihil nostram sententiam refellit. Nam non dixit, non potest ad vitam æternam peruenire: sed non potest meus esse discipulus: quoniam eos ille discipulos requirebat, non solùm, qui hæreditatis æternę essent participes; sed etiam qui Christianam pietatem perfectè colerent, perfecteque imitarentur eum: vtpote qui aliorum erant futuri magistri, & exempla honestissimæ vitæ. Differt autem inter hæc, non posse Christi discipulum esse, & non posse vitam æternam adipisci. Quam differentiam apud Marcum Christus planè declarauit; qui ab adolescente quodam requisitus, quid sibi faciendum esset, vt vitam assequeretur æternam, respondit, serua mandata. Quæ cùm enumerasset, minimè numerauit in eis hoc præceptū, quod nobis aduersarij conantur obtrudere. Rursusque adijciens ait; si vis esse perfectus, valde, & vende omnia, quæ habes, & veni, & sequere me. Quare hanc vitæ perfectionem in discipulis suis tantùm ipse postulabat; non autem in eis, quos erat æterna vita donaturus. Et ob eam rem dixit, omnis ex

Luc. 14.

Locus Lucæ exponitur.

Quos discipulos Christus requirebat.

Differre inter non posse Christi esse discipulum, & non posse vitam æternā assequi.

Marc. 10.

vobis, qui non renunciauerit omnibus, quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Iam verò in præceptis numeratur, non furari: quod quidem præceptum rerum ponit dominationem. Nam furari est rem alienam eripere domino inuito. Et Petrus Ananiæ dixit; nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat potestate? Quare non erat Christianis necessarium omnes suas abdicare fortunas; Nam Symon Coriarius in Ioppe habitans Christianus erat; domum tamen propriam habebat, qua Petrum accepit hospitio. Lydia purpuraria domum suam possidebat, Christiana licet esset: dixit enim; Si iudicatis me fidelem domino esse, introite in domum meam, & manete. Licet igitur Christianis res suas habere.

Act. 5.

Act. 10.

Act. 16.

Sequitur vt differamus de operibus Adamitarum, qui sanctum putant, & officiosum esse, fusos, & dispersos per agros more bestiarum nudos vagari: in quo primum parentem, qui nudus in paradiso fuit imitari se dicunt. Quod illi ea potius de causa faciunt, quòd nefanda ardeant libidine, quàm quod aliqua religione tangantur. Ac primùm, quàm ferum, & immane sit, humanæque naturæ repugnet, per syluas homines vagari, nullaque inter se societate coniungi, vel hinc facilè perspici potest, quòd vni hominum generi alma natura dederit, vt eloquatur, sensaque voce exprimat: quod esset prorsus superuacaneum, si homines inter se loqui, & communicare non deberent. Illud etiam magno argumento est; quòd ea sit hominum natura, vt homines officijs mutuis indigeant. Neque enim vl-

Sanctū non esse nudos homines vagari. Adamitæ.

Cur natura homines mutuis officijs indigeant.

lus

lus eſt, qui ſolus per ſe ſibi de omnibus, quidere poſsit, quæ ſunt ad vitã propagandam neceſſaria. Nam vt homo de vno pane cogitet, tot res ad illum parãdum requiruntur, aratrum, faber, mola, & aliæ, vt ab vno homine præſtari, & miniſtrari non poſsint. Quas neceſsitates hominibus natura videtur attuliſſe, vt multos vel inuitos in vnum locum compelleret. Cùm populum ſuum Deus AEgypto liberauit, non eos in ſyluis errare, ſed viuere in repub. iuſsit; & populum illum ſuum vocauit, & Ieruſalem vrbem ſibi chariſsimam amplificauit, magniſque beneficijs decorauit, & ſemel diruta, auctoritate, & imperio ſuo ædificata eſt. Chriſtus denique verum ſanctitatis, & perfectiſsimæ virtutis exemplum, non in ſyluis, ſed in vrbibus, & oppidis vitam egit. Incultum igitur, agreſte, inhumanum, & ferinum eſt per montes homines ſolos vagari. Nudos verò eſſe quàm turpe ſit, ex ipſo Adamo, quẽ illi imitari ſimulãt, cognoſcitur. Qui poſt peccatum quàm primùm nudum ſe eſſe cognouit, pudore coactus delituit: quem pudorem honeſta de cauſa ſuſceptum fuiſſe Deus ſignificans, tunicis eos pelliceis induit, vt ſacra ſcriptura narrat. Salomon etiam in adminiſtranda re familiari huiuſmodi dat conſilium. Agni ſunt ad veſtimentum tuum, & hœdi ad agri pretium. Pauluſque in rebus neceſſarijs veſtes numerat; habentes alimenta (ait) & quibus tegamur, his contenti ſimus. Chriſtus denique, & omnes eius ſancti veſtibus fuerunt vſi. Neque de vllo ſancto homine legitur in literis ſacris talem viuendi rationem ſecutũ fuiſſe. Immanis igitur, & impia habeatur.

Gen. 3.

Prou. 27.

Anabaptiſtæ, quos eiulantes vocant, nihil eſſe Deo gratiùs arbitrantur, quàm ſemper flere. At illud eſt excellentius, & maioris virtutis munus, quod eſt à præſtantiori virtute profectum. Pœnitentia verò, quæ triſtitiam mouet, lachrymas, & fletus excitat; non eſt omnium præſtantiſsima virtus. nec flere igitur præclariſsima erit virtutis actio: ſiquidem Paulus pœnitentiam in earum virtutum numero ponit, quæ ad inchoantes Chriſtianam veritatem ſpectant: ait enim, Quapropter intermittentes in chationis Chriſti ſermonem, ad perfectionem feramur, non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ. Charitatem verò perfectiſsimorum virorum eſſe dicit, & charitatem ſectari præcepit. Ea igitur virtutis munera, quæ charitas elicit, præſtantiora ſunt, quàm fletus, quos pœnitentia excitauit. Iam verò horum hominum doctrina eam tollit animi magnitudinem, qua ſanctiſsimi viri præditi eſſe ſolent; qua nihil timent, nihil formidant; ſed alacri ſemper, & erecto animo ſunt, ſecundum illam Sapientis ſententiam dicentis; Iuſtum non contriſtabit quicquid ei acciderit: ad quã nos virtutem Chriſtus pro virili parte informare conatur, & ideo ait; Hęc locutus ſum vobis, vt gaudium meũ in vobis ſit, & gaudium veſtrum impleatur. Paulus etiam ait; regnum Dei eſt iuſtitia, pax, & gaudium in Spiritu ſancto. Philippenſes etiam & Theſſalonicenſes ſemper vt gaudeant, monet. Quare non præſtat ſemper flere.

Anabaptiſtæ eiulantes. *Non ſemper flere præſtat.*

Quod ſit præſtantius officiũ

Hebr. 6.

Pœnitẽtia ad inchoãtes ſpectat Chriſtianam veritatẽ.

1. Cor. 13.

1. Cor. 14.

Qua magnitudine animi ſint viri ſancti.

Prou. 12.

Ioan 16.

Rom. 14.

Phi. 4. 1 Theſſal. 5.

Sabbatharij hæretici ſunt, qui ſabbathum, Iudęos imitantes, celebrant: diem verò Dominicum contemnũt. At diei Dominici mentio in Apocalypſi

Non eſſe ſabbathum celebrandum. *Sabbatharũ*

Apoc. 1.

lypſi fit: non igitur contemni debet. Eccleſiæ præterea perpetuam conſuetudinem ad noſtra vſq; tempora manentem, pro certiſsimo noſtræ religionis argumento habendam eſſe docuimus. Scribit etiam de die Dominico Auguſtinus in Adamantum Manichæum: Dominicum diem Apoſtoli, & Apoſtolici viri ideo religioſa ſolennitate habendum ſanxerunt, quia in eodem redemptor noſter à mortuis reſurrexit. In quibus verbis ponderandum eſt illud, quod dicit, ſanxerunt, ex quo intelligitur, ita fuiſſe ab Apoſtolis inſtitutum, ab illiſque factum de die Dominico decretum. Iam verò lex vetus vniuerſa antiquata eſt; vmbra enim fuit, quæ quidem orta iam luce euanuit, & diſsipata eſt. Impium igitur eſt illius obſeruationem reuocare. Nam tali facto Solem, & lucem mundi Chriſtum, nondum illuxiſſe ſignificaremus. Operæ pretium etiam fuit, eam requiem, quã Deus poſt mundum reſtauratum cœpit, ſanctam à nobis, & religioſam haberi: ſicut priſtinis temporibus talis habita fuit requies Dei mundum conditum conſecuta. Sed quando Chriſtus viuus è ſepulchro ſurrexit, requiem ex magnis illis noſtræ redemptionis operibus ſuſcepiſſe videtur. Is igitur dies feſtus à nobis celeberrimus, & ſanctiſsimus haberi debet; qui quidem Dominicus dies eſt, id eſt, poſtridie ſabbathi. Iam verò alia requies, vt Paulus Hebræis probat, nunc propoſita eſt populo Dei, atque olim propoſita fuit: alio igitur die celebrari debet. Quare eſt à Chriſti alienum religione Sabbathum celebrare.

Auguſtini.

Apoſtoli die dominicũ inſtituerunt.

Die dominico celebramus Dei requiem poſt mundum reſtauratum.

Hebr. 4.

LIBRI SECVNDI FINIS.

DIDACI STVNICAE

AVGVSTINIANI DE VERA RELIGIONE IN OMNES SVI TEMPORIS HAERETICOS.

Ad Philippum II. Catholicum Hiſpaniarum Regem.

LIBER TERTIVS.

CAP. I. *Sacramenta eſſe neceſſaria.*

SVPERIORI libro planum fecimus, fidem noſtræ ſaluti non ſufficere; ſed etiam opera, honeſtas actiones, ac virtutis ſtudia eſſe neceſſaria. Vna iam nobis reſtat cum aduerſarijs controuerſia, quæ in ſacramentis tota poſita eſt; quæ a nobis hoc libro tractanda, & explicanda eſt. Ac primùm vt de toto Sacramentorum genere diſputemus: Hulricus Zuinglius & alij aduerſarij noſtri ſacramenta deſpiciunt, inutiliaque eſſe dicunt. Nos verò pro certo credimus, non ſolùm fidem, vt aduerſarij putant, non ſolùm officij munera; ſed etiam Sacramenta ſaluti eſſe noſtræ neceſſaria. Itaque vera inter nos, & Deum amicitia, fide, operibus, & ſacramentis dirigitur. De fide in primo libro diſſeruimus: de operibus in ſecundo: in hoc tertio libro de Sacramentis verba faciemus. Quæ quidem eſſe neceſſaria, eiſdem argumentis demonſtrari poteſt, quibus fidem libro primo neceſſariam eſſe probauimus. Eius enim oportet ſignificationem facere, & aliqua externa re in nobis eſſe declarare, dicente Paulo; Corde creditur ad iuſtitiam; ore autem confeſsio fit ad ſalutem. omnis enim quicunque inuocauerit nomẽ Domini, ſaluus erit. Vt igitur fidem habere oportet: ita & illius aliquod ſignum dare; quod Sacramentis fit; Quæ ſunt quędam externa ſigna, quibus fidem, & religionẽ noſtrã profitemur: non quòd nobis opus ſit eis ad animum, & mẽtem noſtrã Deo ſignificandum: ſed cùm ex corpore conſtemus, & animo; non ſolùm animo obedire, ſed etiam corpore obſequiũ noſtrum declarare debemus. Vtraque enim pars obſequium ei, & obtempe-

Hulricus Zuinglius.

Vera inter nos & Deũ amicitia, fide, operibus, & ſacramentis dirigitur.

Rom. 10. *Fidei oportet ſignificationem facere.*

Quid ſint ſacramenta.

Cur oporteat ſacramẽtis fidem declarare.

temperationem debet. Sicut etiam ita nati sumus, vt per eas res, quæ sub sensum cadunt, illas, quæ ad mentem, & cognitionem spectant comprehendamus: ita nobis Deus mentis, & animi dona, per res, quæ sensibus subijciuntur, cuiusmodi sacramenta sunt, distribuit. Iam verò ipsa nos natura docet, religionem tribui oportere numini. Nulla enim tam barbara gens, & immanis est, quæ non religione Deos colendos esse duxerit. Religio verò virtus est, quæ diuinæ naturæ curam, & ceremoniam affert: quas principes ceremonias, & in quibus religionis tota vis posita est, Sacramenta nomino. Cùm igitur religionem ipsa nobis natura commendet, præcipere nobis etiam sacramenta videtur. Ex quo intelligitur, non modò temporibus his, sed etiam iam inde à mundi principio sacramenta necessaria fuisse. Nonnulla tamen sacramenta Deus per Moysem Israelitas; nos verò per Christum seruatorem docuit. Qui cùm septem tantùm sacramenta ab eo instituta fuerint, ex ipsis tria singulis hominibus ita necessaria esse voluit, vt nullus beatam vitam consequi possit, nisi qui voluntate saltem, & desiderio illa suscipienda curauerit. Baptisma necessarium esse ostendit dicens; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Eucharistiam dicens; Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Alia tamen ratione baptisma necessarium est, & alia Eucharistia. Baptisma, quia Christianum inchoat, & informat. Eucharistia, quia perficit, ac propagat Christiani vitam. Quare baptismatis voluntas nullo sacramento alio significari potest: quippe quod ipsum sit omnium sacramentorum primum. Eucharistiæ verò voluntas baptismate satis ostenditur ab eis, qui voluntatis compotes non sunt, quales habentur pueri. Re enim principium, & inceptio, in finem, perfectionemque natura contendunt: at qui non incipit, nusquam tendere videtur. Quocirca baptisma aut re opus est suscipere, aut eius studio teneri. Pœnitentiæ verò sacramentum est necessarium ei, qui post baptisma graue aliquod scelus admisit. Nam sicut nemini patet primus ad vitam aditus nisi per baptisma: ita semel effusa vita, nisi per pœnitentiæ sacramentum recuperari non potest. Christus enim Petro dixit; Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis; & quodcunque ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis. & alio loco; Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt. Quòd peccatis igitur vel soluamur, vel teneamur, ex auctoritate pendet Ecclesiæ. Ecclesia verò hanc suam potestatem exercet per hoc sacramentum. Oportet igitur vel illud exequi, vel eius voluntate, & studio distinctè, & explicatè esse. Ordinis verò sacramentum licet singulis hominibus minimè necessarium sit: vniuersæ tamen status Ecclesiæ sine illo corruat necesse est. Nam si sacerdos nullus esset, quis Eucharistiam conficeret; quis pœnitentiæ sacramentum suppediaret? Non igitur inutilia sunt, sed necessaria sacramenta. Id quod Concilium Tridentinum his verbis

Cur Deus dona sua per sacramenta distribuat.

Quid sit religio.

Natura præcipere sacramenta videtur.

Tria sacramẽta saltem sunt singulis hominibus necessaria.

Baptisma est necessarium. Ioan. 3.

Ioan. 6. Eucharistia est necessaria.

Aliter baptisma quam Eucharistia est necessarium.

Cur baptismate ostendatur Eucharistiæ voluntas.

Pœnitentia quibus necessaria sit.

Mat. 16.

Ioan. 20.

Ordinis sacramẽtũ Ecclesiæ est omnino necessarium.

Concilium Tridentinum.

verbis decernit. Si quis dixerit sacramenta nouę legis non esse ad salutem necessaria, sed superflua: & sine ijs, aut eorum voto per solam fidem homines à Deo gratiam iustificationis adipisci, licet omnia singulis necessaria non sint, anathema sit. Sed dicunt aduersarij, ea quæ Christus passus est, satis abundè nostræ saluti sufficiunt: non igitur sacramẽta necessaria sunt. At rectè concluſum esset, si merita Christi, qua ex parte Dei nobis gratiã conciliant, ad nos alia via deriuari, quàm per sacramenta possent. Sed cùm hac tantùm via ad nos tanta merita manent: sicut merita necessaria nobis sunt, ita & via. De baptismate enim Paulus scribit; An ignoratis fratres, quia quicũque baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Cõsepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem; vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriã patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. At dicunt Zuinglius, & Buzerus, non decet infinitam Dei maiestatem, atq; potentiã ita signis quibusdam astrictam, & alligatam esse, vt non nisi per illa nobiscum bona sua cõmunicet; sed quos ante mundi creationem amauit, & sibi delegit, hos vocat, seruat, & ornamentis auget: sicut Iob sine circuncisione sibi conciliauit, ac beata vita donauit. At indignum quidem infinita Dei potentia esset, nõ posse nobis, nisi per sacramenta beneficia præstare: dignum tamen immensa sua sapientia est, quòd tam accommodatam ad naturam nostram rationẽ, vt nobis prodesset, excogitauerit: qua nulla præstantior inuenietur prædictis de causis. Quod verò dicunt Iob sine circũcisione seruasse: non intelligunt, multùm inter circũcisionem, & nostra sacramenta interesse. Nam circuncisionis lege tãtùm Iudęi, quibus lata erat, tenebantur. Ita enim Deus dixisse narratur cùm legem hanc sciscereț: Et tu ergo custodies pactum meum, & semen tuum post te in generationibus suis. Hoc est, pactum meum quod obseruabitis inter me, & vos, & semen tuum post te: circuncidetur ex vobis omne masculinum, & circuncidetis carnem præputij vestri, vt sit signum fœderis inter me, & vos. Quare tantùm Abrahę filijs circũcisio imperata est: & ita Lot licet viueret tẽporibus illis, sanctus habetur, tametsi circuncisus non fuerit. Quod idem in Iob conuenit, cùm non fuerit ex Abrahã oriundus. At sacramẽta nostra ijs omnibus imperantur, qui sint Christi futuri filij; quem patrem futuri seculi Esaias appellauit. Cùm verò fuerit ipse ita filijs suis salutis auctor, vt nemo salutem adipisci possit, qui filius eius non fuerit; fit, vt omnes, qui suæ salutis studio tenẽtur, filij eius fieri debeant, ac proinde sacramẽtis vti, quæ filijs eius omnibus proposita, & imperata sunt: & ita ipse dicit; Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei. quod mox exponens ait; Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei.

Per sacramẽta tãtùm Christi merita ad nos deriuantur.

Roma. 6.

Zuinglius. Buzerus.

Differt multum inter baptisma, & circũcisionẽ.

Gen. 17.

Circũcisionis lege tantum Iudæi tenebãtur.

Nouæ legis sacramenta omnibus hominibus necessaria sunt.

Ioan. 3.

CAP. 2. De definitione forma, numero, ministro sacramentorum.

Acramẽta necessaria esse probauimus: nunc sacramẽti naturam inuestigemus. Ac primùm eius definitionem quæramus: in qua tradẽda parùm aduersarij nostri inter se

conueniunt. Vt enim varij ſunt apud illos erroris magiſtri: ita varijs modis in hac re exponenda errant. Quidam ſacramenta nihil aliud eſſe docent, quàm ſigna, & notas quaſdam, quibus Chriſtiani ab alijs, qui non ſunt Chriſtiani, diſtinguuntur: ſicut teſſera, & alia militaria ſigna, quibus ſocij ab hoſtibus differunt. Sicut etiã toga Romanos diſtinguebat à Græcis. Sed hæc ridicula prorſus ſacramẽti definitio eſt: nonnunquam enim minimè in ſacramenta cõuenit. Nam eum qui à fide, & religione Chriſtiana, quam fuerat amplexus, defecit, baptiſma, quod ſuſceperat minimè ab hoſtibus diſcernit. Iam verò nulla ſacramenta præter Euchariſtiam, quibus fideles homines iam inde à principio vſi ſunt, conſiſtunt, ac permanent: ſed ſimul ac fieri deſinunt, effluunt, & eſſe deſiſtunt. Nam ſimul ac verba concepta protulerit miniſter, baptiſma eſſe deſinit: id quod in alijs ſacramentis vſu venit. quare minimè idonea ſigna ſunt, quibus Chriſtiani diſcrepent ab alijs. Non eſt igitur id in eorum inſtitutione quæſitum. Iam verò principem ſacramentorũ vſum ea de cauſa eſſe putamus, quòd nos gratos Deo, aut gratiores reddant; quòd bonos, aut meliores efficiant, vimque nobis cõtra noſtræ virtutis hoſtes exhibeant. Is igitur vſus, quòd tota ſacramentorum natura potiſsimùm refertur, non debuit in ſacramento definiendo prætermitti. Quod argumentum valet etiam contra Anabaptiſtas, qui ſacramenta eſſe definiunt allegorias quaſdam bonorum operũ. id eſt, quibus nobis quid factu opus ſit, declaretur: vt circunciſio ſignum libidinis comprimendæ fuit. Quod baptiſmatis aquis immergamur, ſignificare ex ſua natura docent, æquo animo ſubeunda eſſe Chriſtianis diſcrimina, atque pericula. Euchariſtiã mutuæ inter Chriſtianos conſuetudinis ſignificationem eſſe. At Chriſti lex non ſolùm in officijs tradendis verſatur, ſed etiam in viribus ad ea reddenda ſuppeditandis. Doceant igitur vnde auxilia iſta petenda, & vbi repoſita ſint; ſi nihil aliud ſacramenta quàm officij allegorias continent? Quid? ſi verà iſta definitio eſſet, infinita propè ſacramenta eſſent. Nam primùm quoties per allegoriam ad pietatem in ſacra ſcriptura informamur, ibi verum ſacramentum eſſet: vt ſacramentum fuit virga tributa Moyſi. Oleum, quo Eſau, & Dauid vncti ſunt: pruna, qua labia Eſaiæ fuerunt inuſta. virga, & olla ſucẽſa oſtenſa Ieremiæ. liber deuorandus Ezechieli tributus, & aliæ multæ prophetarum allegoriæ. Sacramentum etiam fuiſſet ſputum, quo fuerunt cæci oculi obliti; & quod fuerit ei iuſſum præterea, vt lauaretur in natatoria Siloe. Item poſſent ſacramenta homines pro arbitratu ſuo inſtituere, quæ vim eandem haberent, quam ſacramẽta Chriſti. Nam vt poſſunt verbis, ſic & rebus ſignificantibus ad virtutem alios homines informare: quẽ admodũ AEgyptios feciſſe legimus. Quod argumentum valet in eos etiã, qui ſacramenta ſigna ad diſtinguendum comparata eſſe definiunt. Nam poſſunt homines huiuſmodi etiam ſigna inuenire. Philippus Melancton aliter ſacramentum definit, ſignum eſſe dicens diuinæ erga nos voluntatis. ideſt, quod nos admoneat (vt ille declarat) incurrens in oculos diuinæ erga nos voluntatis in Euangelio propoſitæ. Itaque cùm baptizamur,

Ridicula haereticorum ſacramenti definitio.

Omnia ſacramẽta præter Euchariſtiã ſimulac fieri deſinunt, effluunt.

Quis ſit vſus quo tota ſacramenti natura potiſsimum refertur.

Anabaptiſtæ quomodo ſacramẽta definiant.

Chriſti lex res ſuppeditat ad officia præſtanda.

Sacramenta non eſſe naturas ſua allegorias.

Melancton quomodo ſacramentum definiat.

mur, cùm veſcimur corpore Chriſti, cùm abſoluimur, pro certo debemus ſtatuere, quòd Deus nobis ignoſcat propter fidem Chriſti. Sed tota iſta definitio imbuta eſt illo errore nefario, quo inflati dicunt, fide illa nugatoria tantùm, de qua multis in libri ſecundi capit. primo egimus; homines iuſtos reddi, ac Dei gratiam inire. Quare eiſdem argumentis refutatur, quibus talis fides à nobis refutata eſt. Tum quòd nullam ſanandi, & iuſtificandi vim ſacramentis attribuat; ſed totam fidei: quod poſtea falſum, & contra religionem eſſe probabimus. Non enim ſacramenta ſe habent vt voces, & verba tantùm, quibus noſtram alijs voluntatem ſignificamus; ſed ex eorum etiam vſu volũtas, & beneuolentia diuina colligitur. Quare iſta definitione non contentus Melancton, varias, & ancipites ſacramenti definitiones in Apologia confeſsionis affert. Dicit enim, ſi ſacramentum definiamus eſſe ritus habentes mandatum Dei, & promiſsionem gratiæ; tum tria tantùm ſunt ſacramenta, baptiſmus, cœna Domini, & abſolutio, quod eſt ſacramentum pœnitentiæ. Sed iſtam definitionem ipſe refellit, cùm hæc tria ſacramenta tantùm ipſa contineantur: nam poſtea demonſtrabimus eſſe alia quatuor præter iſta ſacramenta Eccleſiæ, licet non habeant mandatum Dei; & integrum ſit Chriſtianis ea ſine culpa prætermittere. Circunciſio etiam ſacramentum erat: licet iſta definitione non includatur: quoniam mandatũ, quod pertineret ad omnes homines, nõ habebat. Quare tam arctã definitionem deinde plus æquo laxat Melancton dicens; Sacramẽtum eſſe quod habet mandatum Dei, & promiſsionem gratiæ in genere. Ex quo fit vt eleemoſyna, oratio, afflictiones, ſacramenta ſint: quoniam habent mandatũ cum promiſsione coniunctum. Euangelium etiam ſacramẽtum erit, quoniam qui crediderit ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Sed cùm verè iſta ſacramenta non ſint: verè illa non eſt ſacramenti definitio. Caluinus autem ita ſacramentum definit: eſt (ait) ſignum externum, quo bonam erga nos volũtatem dominus nobis repręſentat, ac teſtificatur, ad ſuſtinendam fidei noſtræ imbecillitatem. Sed in eadem hęret ſalebra, qua Melanctõ in prima definitione de certa, & explorata cognitione diuinæ erga nos amicitiæ: quare eiſdem argumentis ſcelerata eſſe conuincitur. Quam ob rem illa vera eſt, & perfecta ſacramenti definitio, quam noſtri tradunt Theologi. Sacramẽtum eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis nos: hoc eſt, ex vſu ſigni ſanctitatem cõſequamur, & gratiam Dei ineamus; licet ſigna non ea ſint prædita vi, vt per ſe bonitatem præſtent: vt non ſolùm nouæ legis ſacramenta, ſed etiam veteris, & naturalis legis, totũ deniq; ſacramẽti genus definiendo comprehẽdamus. Nam circunciſio licet ſua vi nõ pręſtaret Deo gratos homines; ex eius tamen vſu gratiam conciliabant; vel ij, qui nullam fidei actionem præſtabant: vt infantes, qui circuncidebantur. Qua definitione ſeptem nouæ legis ſacramenta includuntur: nam ſigna ſunt omnia eius gratiæ, qua homines ſacramento ſuſcipiendo augentur: in nullaque re, quæ non ſit ſacramentum, tota iſta definitio reperietur. Nam oratio, eleemoſyna, non ex vſu ſuo, ſed ex bona voluntate, qua fiunt,

Ex vſu ſacramẽtorum beneuolentia diuina colligitur.

Melanctonis ſacramenti definitio.

Melanctonis ſacramẽti definitio.

Caluini ſacramenti definitio.

Vera ſacramenti definitio.

Circunciſio ſua vi nõ præſtabat homines Deo gratos.

Dei beneuolentiam adiungũt. Aqua verò quam vocant benedictam, licet eius vi, leuibus noſtris delictis Deus ignoſcat; nullam tamen gratiam, & ſanctitatem præbet. Hactenus de ſacramenti definitione: nunc de forma, qua totum ſacramentorum genus cõficitur, diſſeramus: quam nos in quibuſdam conceptis verbis, quæ à Chriſto tradita ſunt, poſitam eſſe dicimus; vt Pater noſter. Auguſtinus dicit; accedit verbum ad elemẽtum, & fit ſacramentum. In qua re nobis Brentius reſiſtit, magiam ſapere dicens, quòd virtutem Dei certis verbis alligatam eſſe putemus. Quare dicit ille; ſi quiſpiam ita baptizaret, audiui confeſsionem tuam; quòd credas in Deum patrem omnipotẽtem, creatorem cœli, & terræ; & in vnigenitum filium eius Dominum noſtrũ Ieſum Chriſtum; & Spiritum ſanctum: in hanc igitur confeſsionem, & fidem intingo te in aquam, ſeu perfundo te aqua: vt hoc ſignaculo certus fias, te inſertum eſſe in Ieſum Chriſtum, & communionem bonorum; hac verborum forma rectè baptizatum eſſe diceret. Primùm magia non eſt, quòd verbis conceptis ſacraméta celebrari dicamus: ſed quòd ſapientiſsimum Dei conſilium vehementer demonſtret, vt rerum omnium confectio, & adminiſtratio ex omni parte ſibi conſonet, atque reſpondeat. Vt enim res omnes naturales certas ſibi formas ita vendicant, vt grauem earum mutationem rei natura non patiatur: Nam rerum formæ nullo pacto diuidi poſſunt; vt metaphyſici dicunt: quàm excellentiſsimam rerum rationem decuit etiam ſacramenta Deo auctore conſtituta imitari. Quare cùm ex verbis eorum formæ conſtent, non debent verba à Chriſto præſcripta multum mutari, vt ſacramenta conſiſtant. Multum inquam; nam in leui mutatione facilè conniuemus. Ita enim res ſunt naturæ conſtitutæ. dummodò eadem maneat ſententiæ vis, quam Chriſtus in quocunque ſacramento adminiſtrãdo ſignificari voluit. Ita Græci baptizari putantur; quamuis nonnihil verba quibus vtuntur, à noſtris differre videantur: dicunt enim; baptizetur ſeruus Chriſti in nomine, &c. Ita c. retulerũt. de conſecratione. Diſt. 4. Zacharias Pontifex Maximus, decernit eos baptizatos eſſe, quos quidã ſacerdos imperitus in nomine Patria, & Filia, & Spiritua ſancta baptizauit. Nã talis error potiùs linguæ, aut imperitiæ, quàm ſanæ mentis fuiſſe intelligitur. Si tamen error aliquis in verbis proferendis à religione alienus inducatur; quis non inſanus homo ſacramentũ fieri credat? cur enim alijs quibuſcunque temerè dictis non fieret? Quid enim magis alienũ à diuina mẽte, quàm error, aut hęreſis eſſe poteſt? Quare licet hæreticorũ baptiſma Eccleſia probauit, Arrianorũ tamen improbauit omnino, ac nefariũ eſſe duxit: quòd errore intolerabili totum erat infectum. Enunciabant enim; baptizo te in nomine patris maioris, & filij minoris. Vt verò ad verborum formam quam Brentius affert, accedamus; quantis illa erroribus plena eſt! aut ſi illa eſſet apta, quæ inepta dici, aut excogitari poſſet? ait enim, perfundo te aqua, vt hoc ſignaculo certus fias, te inſertum eſſe in Ieſum Chriſtum, & communionẽ omnium bonorũ: qui quidẽ quantus, & quàm pernicioſus error ſit, ſatis apertè in ſecundo libro à nobis demonſtratum

De forma.

Sacramentorum formæ verba ſunt.

Brentio non placet ſacramentorũ forma quã nos ponimus.

Brentij peruerſa ſacramẽti forma.

Formæ ſacramentorũ imitantur rerũ naturalium formas.

Leui cõmutatione verborum non corrumpitur ſacramenti forma.

Forma baptiſmi Græcorum nõnihil à noſtra verbis differt.

C. retulerunt de conſecratione. d. 4.

Cur Arriano rum baptiſma Eccleſia improbauerit.

Brẽtij ſacramenti forma refellitur.

ſtratum eſt. Illud etiam quàm ridiculum, & temerarium eſt dicere, in hanc confeſsionem intingo te aqua: non enim virtute confeſsionis, cuius virtus ignoratur; cùm timida, & imbecilla, vel fortis, & firma eſſe poſsit; ſed virtute infinita Dei homo abluendus, & baptizandus venit. An vnquàm ſanctum vllum, & Chriſtianiſsimum virum tantum fidei, & religioni ſuæ tribuiſſe legimus, vt nomine, ac virtute illius miracula vlla, aut portenta ederet? Quò minùs id concedendum eſt ei, qui recenter fidem profitetur, vt in confeſsionem ſuam abluatur, & peccatis omnibus liberetur: quod nullo modo, niſi Dei immenſa virtute geri poteſt. Quare adeo neceſſarium eſſe puto verbum illud, in nomine, vt eo, & omni alio eiuſdem ſententiæ detracto, vera baptiſmatis ratio conſtare non poſsit. Iam verò res certas loco materiæ vnumquodque ſacramentum ſua natura requirit: multò ergo magis certa verba, quæ vice formæ ſunt, neceſſaria erũt. Res enim omnes natura ſua, forma potiùs definiũtur, & ab alijs diſtinguuntur, quàm materia. Certa enim materiæ cõſtitutio, ac diſpoſitio, propter certam formã potiùs, quàm propter ſe ipſam exigitur. Abſurdũ igitur eſt definitã, & conſtitutã materiã in ſacramẽtis neceſſariã eſſe putare, & certa, & definita verba repudiare. Quid? verba nõ vi ſua, ſed ea, quæ à Chriſto eis attributa eſt, ſacramentum efficiunt: cur igitur ſibi quiſquàm perſuadet, hanc vim eſſe in verbis alijs, quàm in eis, quibus Chriſtus vſus eſt? Temerarium igitur eſt verbis à Chriſto compoſitis relictis, alia verba de ſuo componere. Accedit ad hoc, quod Concilium Florentinum de ſingulis ſacramẽtis diſſerẽs, certa, & cõſtituta verba vnicuiq; adſcribit ſacramẽto. Maneat igitur cõceptis verbis ſacramẽta, celebrãda eſſe. Sacramenta verò noſtra nõ eſſe plura, neque pauciora quàm ſeptem, docet ſancta ſynodus Tridẽtina his verbis ſeſsione ſeptima. Si quis dixerit ſacramenta nouæ legis non fuiſſe omnia à Ieſu Chriſto domino noſtro inſtituta; aut eſſe plura, vel pauciora, quàm ſeptem, videlicet, baptiſmum, Confirmationem, Euchariſtiam, pœnitentiam, Extremam vnctionem, ordinem, & matrimonium: aut etiam aliquod horum ſeptem non eſſe verè, & propriè ſacramentum, Anathema ſit. Quam diſtributionem pluribus demonſtrabimus, cùm de ſingulis ſacramentis agemus. Sed Luterus vnum modò ſacramentum cognoſcit. Caluinus duo. Melancton primũ tria, poſtea quatuor, ac poſtea rurſus infinita propè, vt ex quadam ſua ſacraméti definitione à nobis poſita intelligitur. Caluinus ſtultiſsimo quodam argumento, quod diximus, ſibi perſuadet: quia non niſi duorum ſacramentorum Auguſtinus mentionem facit ad Ianuarium ſcribens, baptiſmi, & euchariſtiæ. Et eius, quem in rebus alijs contemnit, audiendum que eſſe negat, non teſtimonio, ſed ſilentio ad iudicandum de re grauiſsima mouetur: vt facilè iſtius hominis appareat inſania, cum magna quadam improbitate coniuncta. Verba tamẽ Auguſtini, quæ citat, docebunt, non diſcendi, ſed calumniandi ſtudio Auguſtinum legiſſe: ait enim: Vnde ſacramentis numero pauciſsimis, obſeruatione facillimis, ſignificatione præſtantiſsimis, ſocietatem noui populi colligauit: ſicuti eſt baptiſmus trinitatis nomine conſecratus; & communi

Non virtute confeſsionis ſuæ ſed virtute Dei homo baptizãdus eſt.

Sacramenta res certas loco materiæ requirunt.

Concilium Florentinum.

De numero. Concilium Tridentinum.

Luterus vnũ modo ſacramentum ponit.

Caluinus duo Melancton tria.

Auguſtinus.

tio corporis,& ſanguinis Domini: & ſi quid aliud in ſcripturis canonicis commendatur . Licet Auguſtinus duobus ſacramentis numeratis hæc vltima verba non adieciſſet ; tamen nihil in hanc Caluini ſententiam ex verbis eius concludi poſſet. Nam huiuſmodi argumentationem : non dixit: ergo non putauit: leuiſsimam eſſe , & dialectici , & iuriſperiti exiſtimant. Nam eiſdem veſtigijs concludere poſſet Caluinus, homicidas, parricidas , ſicarios, ſacrilegos , non eſſe regno Dei excludendos . Nam cùm alij , qui regnum Dei non poſſidebunt , à Paulo numerentur , tales in eorum numero non reponuntur. Cum verò Auguſtinus addat , & ſi quid aliud in ſcripturis canonicis cõmendatur: minimè reijcit alia ſacramenta, ſed ea breuiter tangit. Iam verò Auguſtinus libro decimonono contra Fauſtum , capitulo vigeſimo. confirmationis ſacramenti mentionem facit: ait enim ; Si pueros , Danielemque prædicamus , &c. Si Machabæos præferimus ; quantò magis pro baptiſmo Chriſti , pro Euchariſtia Chriſti , pro ſigno Chriſti ad omnia perferenda paratior eſſe debet Chriſtianus . Signum enim Chriſti confirmationem appellat : & pœnitentiæ meminit lib. 5 . contra Donatum capit. 20. ait enim; Si ergo ad hoc valet quod dictum eſt in euangelio, Deus peccatorẽ non audit ; vt per peccatorem ſacramenta non celebrẽtur: quomodo exaudit homicidam deprecantem , vel ſuper aquam baptiſmi, vel ſuper oleum, vel ſuper Euchariſtiam, vel ſuper capita eorum, quibus manus imponũtur? Manuum autem impoſitio, ſacramentum pœnitentiæ eſt Auguſtino, & alijs ſanctis, & antiquis auctoribus: oleum autem ſacramentum confirmationis. Ordinis verò mentionem facit lib. 2. contra epiſtolam Parmeniani capit. 3 . dicens; Sed ſi nos malè facimus , ipſi explicent, quomodo ſacramentum baptizati non poſsit amitti ; & ſacramentum ordinati poſsit amitti? Sacramentum verò matrimonij tangit libro. 1. de fide, & operibus dicens ; Abſit ergo vt ſenſu non humano , ſed planè vano ſic doleamus, cùm flagitia corriguntur , tanquàm connubia dirimantur, maximè in ciuitate Domini , in monte ſancto eius, hoc eſt in Eccleſia, vbi nuptiarum non ſolum vinculum, verum etiam ſacramentum ita commendatur , vt non liceat viro vxorem ſuam alteri tradere. Si valet igitur Auguſtinus auctoritate aliqua apud Caluinum , non duobus tantùm ſacramentis contentus eſſe debet ; ſed minimum ſex eſſe putare. Septem tamen eſſe ſanctiſsimo Concilij Tridentini decreto , de quo fas non eſt dubitare , probauimus.

Caluini ſtulta argumentatio.

1. Cor. 6.

Auguſtinus.

Manuum impoſitio ſacramentum pœnitentiæ eſt Auguſtino.

Sequitur vt de ſacramentorum miniſtris differamus . De qua re nobis controuerſia eſt cum quibuſdam recentibus malæ doctrinæ inuentoribus , qui alijs hæreticis magiſtris ſuis deteriores, eos in ea re corrigendos eſſe dicunt , quòd iniquos miniſtros vera præbere ſacramenta putarint. Quare errore Donatiſtarum, Ioannis Vuicleph, & Ioannis Hus imbuũtur. Donatiſtæ enim irritum eſſe putarunt hæreticorum baptiſmũ ; in quos multos libros ſcripſit Diuus Pater Auguſtinus. Ioannes Hus , & Ioannes Vuicleph omnem poteſtatẽ cuilibet peccanti ereptam eſſe putarunt. At præbẽdorũ ſacramẽtorũ poteſtas,

De miniſtro.

Recentes hæretici.

Donatiſtæ. Ioannes Vuicleph. Ioannes Hus.

Auguſtinus.

Vis prębendi sacramẽtum imitatur vires natura datas.

testas, quam habet minister, imitatur eas vires, & potestates homini natura datas, vt vim sentiendi, intelligendi, recordandi, & id genus alias. quemadmodum igitur has nulla flagitia tollunt: ita neq; illã. Atq; etiã magis permanere illa debet, quàm hæc, q̃ hæc singulis hominibus commodo sunt. Nam nullam respub. iacturam faceret, quòd huiusmodi viribus peccantes spoliarentur. At illæ ad communem totius Ecclesiæ statũ, & vtilitatẽ spectãt: quæ quidem vehementer perturbaretur, confunderetur, & incerta omnia redderentur, si eiusmodi vires iniquis ministris auferrẽtur. Quis enim meritò non dubitaret, ac solicitus esset, vtrùm verum baptisma suscepisset? vtrùm criminibus esset absolutus? vtrùm sacris esset ordinibus initiatus? Quis cum sua scelera confiteri, ac veniam per sacramentum pœnitentiæ impetrare voluisset, iure optimo non dubitaret, ad quem accederet, cui se totum aperiret? quis non vehementer timeret, ne frustra tantum pudorem in sceleribus suis narrandis susciperet? Iam verò ministri flagitiosi minimè magistratibus, quos obtinuerunt, priuantur; sed verè ius populis subditis dicunt; religioseque eis obedire, & obtemperare debemus, sicut Matth 23. Christus discipulis suis præcepit dicens; Super cathedram Moysis sederunt scribæ, & pharisæi: omnia quæcunque dixerint vobis, facite; secundum autem opera eorum nolite facere. Multò potiùs ergo existimandum est, relictam fuisse potestatem eis sacramentorum exhibẽdorum. Postremò, sacramenta per se, viq̃ sua sanctos homines faciunt, & in Dei amicitiam reducunt (vt capite sequẽti probabimus) sicut ignis sua virtute vrit, & aqua refrigerat. nihil igitur eis opus est meritis, & pietate ministri, à quo nullam virtutem accipiunt; sed à Deo tantùm, qui agit imprimis, & est eius boni princeps auctor, quod nobis sacramenta suppeditant. Sicut igitur eum, qui ignem adhibet, nõ oportet, vt calorem excitet, esse calidum, neque qui aquam, vt refrigeret, esse frigidum: ita neque eum, qui præbet gratiæ, & sanctitatis fontes, gratum, & sanctum esse; quemadmodum etiam is, qui medicinam facit, vt sanet, necesse non est esse sanum. Ac denique pulchra, & elegans est Augustini similitudo ad hanc doctrinam explicandam: vt enim fistulæ, quibus aqua suppeditatur hortis, nihil plantarum, vt alantur, interest, quòd fictiles, vel ligneæ, vel argenteæ sint; ita vt in gratiam, & amicitiam Dei per sacramenta recipiamur, nihil attinet, quòd eorum ministri vel probi, vel improbi sint. & ob eam rem Paulus Corinthijs 1. Cor. 3. scribit: Ego plantaui, Apollo rigauit, Deus autem incrementum dedit. Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat; sed qui incrementum dat Deus. Ex quo facilè explicabuntur ea, quæ nobis aduersarij obijciunt. Illud enim Eccli. 34. Ecclesiastici; Ab immundo quis mundabitur? & quod apud physicos in prouerbij consuetudinem venit. Nemo dat, quod non habet; nihil est nostrę sententię contrarium. Non enim per se, viq̃; sua ministri, sed sacramentorum virtute mundant, quibus Deus mundandi virtutem præbuit: sicut eum qui adhibendo ignem calefacit, non oportet calere. At dicunt aduersarij, cum Christus Apostolis potestatem nomine suo ignoscendi peccatis dederit, eos pariter Spiritu sancto imbuit dicẽs, Accipite Spiritũ sanctum Ioan. 22. quo-

Vehementer perturbaretur Ecclesia si vires prębẽdi sacramentũ iniquis ministris auferrentur.

Augustini elegans similitudo.

Hæreticorum argumenta.

Sacramenta per se in Dei amicitiam reducunt.

quorum remiſeritis perfecta &c. Quare voluit, vt excellenti quadam virtute præditi eſſent, qui hoc munus adminiſtrarent. At ſanè quidem vult is, qui vult omnes homines ſaluos fieri; & qui res omnes perfectas, & abſolutas facit; ſecundum illud Geneſis; vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona: at vt differre voluit inter vires, & poteſtates rerum, & perfectã earum virtutem: ita vt deprauata, & corrupta virtute vis, & facultas agendi in creatura ſupereſſet: ita etiam voluit, vt vis remittendi peccati, à perfecta virtute miniſtri diſtingueretur; & hac ſublata, illa reſtare poſſet. At dicunt aduerſarij; nũquid peccati Deus auctor eſt? nunquid non execratur illud? quî fieri poteſt igitur, vt peruerſo, & profligatiſsimo miniſtro in re tã ſancta adminiſtranda vtatur? Perinde quaſi cùm cætera peccata ab hominibus ſuſcipiantur, non oporteat diſtinguere inter actionem, in qua peccatum eſt, & inter ipſam peccati rationem, vt tota culpa in creaturam conferatur, ac Deus ſemper adiutor operis eſſe putetur. Nõ enim fures, & ſicarij poſſunt homines occidere, & in eorum fortunas inuadere, niſi adiutore Deo, à quo noſtra vis vniuerſa pendet: nefarium tamen eſſet criminis vlla labe, cùm iſta fiant, Deum aſpergere. Ita cùm miniſter iniquus ſcelus in tractando ſacramento admittit, ipſe tantùm ſceleris auctor eſt; Deus autem ſanctitatis, quam per hominem tam iniquum ſui ſacramenti infinita virtute præſtat. Multa enim beneficia per ſceleratos, & iniquos homines Deũ mundo contuliſſe ſcimus. Quod enim maius beneficium, quàm cædes indigna, & nefaria Chriſti, per quam tanta bona hominum genus conſecutum eſt? fuit tamen per homines profligatiſsimos expromptа. Quare non indignum infinita Dei bonitate eſt, quòd miniſtris improbis in præbendis ſacramentis vtatur: ſed maxima gratia ei in hac eius indulgentia habenda eſt, ex qua tantum fructum vniuerſa Eccleſia fert. Sed aduerſarij argumentantur: hanc Deus in Leuitico legem ſciuit; Loquere ad Aaron, homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offeret panes Deo ſuo, nec accedet ad miniſterium eius: ſi cæcus fuerit, ſi claudus, ſi vel paruo, vel grandi, vel torto naſo &c. omnis, qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, nõ accedet offerre hoſtias Domino, nec panes Deo ſuo. Quò magis (dicunt) non debet is, qui vllo ſcelere contaminatus fuerit, ſacramenta Chriſti ſuppeditare. At non debet quidem: nam ita ab ipſo Deo cautum eſt; ac ſcelus facit grauiſsimum iniquus homo, qui audet ſacramenta tractare: multa tamen in adminiſtrando ſacramento decent, neque ſine culpa prætermitti poſſunt, quæ neceſſaria non ſunt, ne ſacramentum irritum fiat.

Differt inter vim & perfectam vim miniſtri.

Oportet diſtinguere inter peccati rationem, & actionem in qua eſt peccatum.

Multa beneficia Deus mundo contulit per ſceleratos, & iniquos homines.

Leuit. 21.

Multa in ſacramentis ſine graui culpa nõ prætermittuntur, quæ neceſſaria non ſunt vt ſacramentum conſtet.

CAP. 3. Sacramenta nouæ legis, gratiam præbere: & in eo differre à veteris legis ſacramentis.

SAcramentorum naturã explicuimus, & formas numerauimus. Sequitur vt eorum vim, & poteſtatem, ac quid poſſint efficere exponamus. De qua re nobiſcum aduerſarij vehementer pugnant: nos enim aſſeueramus, ac pro certo nobis perſuademus; in ea re ſacramenta noſtra multum veteribus ſacramentis antecede-

re,

re, quòd gratiam non significent solùm, vt vetera sacramenta; sed etiam contineant, ac reconditam habeant, quam per se, vique sua conciliant eis, qui rectè, & ex ordine illa susciпiunt. Nam cùm Christus omnes suas opes, omniaque sua infinita merita in illa congesserit; ita vt nullus particeps illorum, nisi per sacramenta sit; sicut ipse per se, vique sua nobis causa gratiæ, & salutis est: ita & sacramenta per quæ virtutem suam vniuersam in nobis exprомit. Sicut enim Deus licet omnia efficiat, regat, & administret; vires tamen rebus alijs tribuit, quibus verè ac propriè aliquid agant, gignant, atque procreet: siquidem non Deus solùm, sed ignis etiam ignem excitat: ita licet ipse sit gratiæ totius, & honestatis fons, cùm eam religionem instituit, quæ sola mortales reconciliaret ei, & qua sola amicitia eius dirigeretur, & beatam vitam homines obtinerent, voluit vt ceremonias, & ritus afferret eos, qui verè ac propriè homines ad eius amicitiam adiungerent. Licet autem ex veterum sacramentorum vsu homines propter Christū in Dei gratiam redirent: magna tamen inter hęc nostra, & illa differentia est. Nam tum Christi merita nondum extabant, nō dum Christus natus, in crucem actus, & acerbè interfectus erat. Quare merita Christi nondum se habebant vt efficientes gratiæ, & sanctitatis causæ; sed vt finis rei causa esse dicitur. Ea enim natura, & ratio efficientis causæ est, vt prius esse, atque re consistere oporteat, quàm agat. Non enim potest ignis calefacere, aut aqua refrigerare antequàm extent. Finis autē ea natura est, vt moueat, & alliciat mente perceptus, antequàm sit: ades enim, antequàm sint mente conceptæ, excitant desiderium sui, & homines ad ædificandum mouent. Quare Christi merita cùm nondum extarent, non nisi tāquàm finis agebant, hoc est, mente reputata: ac proinde sacramenta vetera signa erant eius fidei, quę merita Christi intuebatur, & in eis spem salutis ponebat. Quo circa gratiam non vi sua conciliabant, sed vi fidei secum merita reputantis illius seruatoris, quem venturū Ecclesia expectabat. At postquàm merita Christi iam extant, vim habent causæ efficientis, ac proinde sacramenta quę huiusmodi merita cōtinent, per se, ac vi sua efficiunt sanctitatem, Deoque gratos homines reddunt. Quare multum inter vetera & noua sacramenta interest, & valde illis hæc præstant. Extremæ igitur dementiæ est non alia re differre putare, quàm quòd alij ritus, aliæque ceremoniæ sint: & ita longè aliter de vtrisque sacra scriptura loquitur. Horum enim summa vis explicatur à Christo dicente, Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest introire in regnum Dei. Iterum nos igitur aqua gignit, atque conformat. ea igitur virtus, atque potestas ei data est: vt id possit efficere. Idem Paulus Ephesijs scribit, Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ, in verbo vitę, hoc lauacrum baptismus sine vlla dubitatione est. verè mūdat igitur, verè sordes abluit, atque peccata. De veteribus autem sacramentis ita Paulus Galatis scribit, Quomodo conuertimini iterum ad infirma, & egena elementa, quibus denuo seruire vultis? infirma sunt: vim ergo efficiendi habent exiguam. Egena sunt: non ergo. Thesauros illos immensos meritorum Christi continebant.

Vires sacramentorū ex viribus rerū naturalium declarantur

Differre inter vetera & noua sacramenta.

Merita Christi cū lex vetus vigeret non erāt efficientes causæ gratiæ sed finales.

Efficientis causæ quæ sit natura.

Quæ sit finis natura.

Sacramenta vetera erant signa fidei.

Noua sacramenta sunt efficientes causæ gratiæ.

Ioan.3.

Longe aliter de nostris quàm de veteribus sacramentis scriptura loquitur.

Ephe.5.

Galat.4.

Gal.2.

bant. & alio loco eiusdem epistolę, Rom.3. Scientes quod non iustificatur homo ex operibus legis, nisi per fidem Iesu Rom.8. Christi. & in epistola ad Romanos ait; Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnẽ, Deus filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne, vt iustificatio legis impleretur in nobis. & alio loco. Rom.4. Si Abraham ex operibus legis iustificatus est, habet gloriam; sed non apud Deum. Quid enim dicit scriptura? credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad iustitiam. Magno etiam incommodo vrgens tollit ex veteris legis vi Gal.2. iustitiam dicens; Non abijcio gratiam Dei: si enim per legem iustitia; ergo Gal.3. gratis Christus mortuus est. At in eadem epistola ita de baptismo loquitur. Quicunque enim in Christo baptizati estis, Christum induistis. Ea igitur vis est in baptismo, vt nos cũ Chri 1.Petr.3. sto magna amicitia coniungat. Petrus etiam ait; saluos nos facit baptismus, non carnis depositio sordium, sed bonæ cõscientię interrogatio. Locus qui *Locus Petri difficilis explicatur.* dem difficilis est, quem scholia Græca ita exponunt ἐπιρώτημα ἐν τούτοις ἀντὶ τοῦ ἰσχυρὸν ἀπόδειξις. & illud in Deũ, ideſt, κατὰ θεόν. sed nusquàm vidi, neq; id aliquod lexicõ testatur ἐπιρώτημα Græcis arrhabonẽ, pignus, aut demõstrationẽ significare: συγγράφη verò, id est stipulationẽ significare vidi, quæ significatio in locũ hunc aptissimè cõuenit. *L. Stipulatio num. 5 Stipulatio. ff. de verb. oblig.* Est autem stipulatio (vt inquit Põponius) verborum conceptio, quibus is qui interrogatur, daturum facturũve se quod interrogatus est, respondet. Rogamur autem in baptismo an Act.8. perfectè credamus. sicut in actis narratur Eunuchum Philippo dixisse, Ecce aqua, quis me prohibet baptizari? Dixit Philippus; si credis ex toto corde, licet. Cum igitur nos credere respondeamus, hanc stipulationem in baptismo fieri Petrus intelligit, dicens, saluos nos fecit baptismus, non carnis depositio sordium; sed bonæ conscientiæ interrogatio. Itaque verè nos baptismus seruat. Verè igitur & propriè habet seruandi vim. De Eucharistia apertissimum testimonium est apud Ioannem: Caro mea verè est cibus, & Ioan.6. sanguis meus verè est potus: qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, ipse viuit propter me. Et ego sum panis viuus. Ex quo loco Concilium Ephesinum concludit, eum panem in sacramento percipi, qui verè vitam, & sanctimoniam præstet. De pœnitentiæ sacramento idipsum ex illo loco facilè intelligitur, quo Christus Apostolis suis dixit; Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Ergo sacerdos verè remittit. Id quod Martinus 5. in Concilio Constantiensi sessione 45. quæri iubet ex eis, qui materiam suspitioni dederant Ioanni Hus, & Ioanni Vuicleph, & Hieronymo de Praga consensisse: vtrùm credat (ait) quod malus sacerdos cum debita materia & forma, & cum intentione faciendi quod facit Ecclesia, verè conficiat, verè absoluat, verè baptizet, & verè conferat alia sacramenta. Aduersarios enim nostros rogabo, nũ legitimo ministro illa forma dicente, ego te baptizo, ego te absoluo, vera dicat, vel mentiatur? Si vera dicit; sordes igitur abluit, peccata remittit. Sin mẽtiatur; absurdum & nefarium omnino est sacramentum sine mendacio constare non posse putare. Quo argumento

Stipulatio in baptismo fit.

Cõcil. Ephes.

Ioan.20.

Concilium Constantiense.

Ex verbis ex quibus sacramenta cõficiuntur cõstat verè gratiam effi cere.

Concilij Mileuitanum. mento Concilium Mileuitanum vehementer probari putat, nullum originis peccatum, nullam animi labem in pueris post baptismum reliquam esse. Secùs, falsa esset baptismi forma; quòd magnum, & intolerabile incommodum est. Ex ijs igitur sacramentis intelligitur, eandem cætera habere vim; quippe quæ fuerint à Christo instituta, suisque meritis infinitis, & infinita virtute nitantur.

Concilij Florentinum. Id quod Concilio Florentino Eugenio Quarto Pontifice ita definitum est. Nouæ legis septem sunt sacramenta, quæ & continent gratiam, & eam dignè suscipientibus conferunt. Cui sententiæ pluribus sancta

Concilij Tridentinum. Synodus Tridentina subscripsit Sessione septima, Paulo Tertio Pontifice; cuius duo de hac re decreta ad verbum subijciam. Si quis dixerit, ea ipsa nouæ legis sacramenta, à sacramentis antiquæ legis non differre, nisi quia ceremoniæ sunt aliæ, & alij ritus externi; Anathema sit. Si quis dixerit, sacramenta nouę legis non cõtinere gratiam, quã significant; aut gratiam ipsam non ponẽtibus obicẽ nõ conferre, quasi signa tantùm externa sint acceptæ per fidẽ gratiæ, vel iustitiæ, & notæ quædam Christianæ professionis, quibus apud homines discernũtur fideles ab infidelibus; Anathema sit. Sed ait Luterus, hæretica est sententia, sacramenta nouæ legis conferre gratiam illis, qui non ponunt obicem, hoc est ex opere operato. Nam iustus (vt Abacuc, & Paulus dicit) ex fide sua viuit: non dicit ex sacramentis viuit. At multis libro superiori hunc locum exposuimus: quare nihil est, quod eadem nunc repetamus. Sed tantùm ex hoc loco concludam; Si iustus ex fide sua viuit; eam igitur debet colere eius significationes faciendo, quas Christus ad eam declarandam, & profitendam instituit; quæ si fidem seruant, si fouent, si nutriunt, si abluũt, & peccatis liberant; vitam igitur etiam tradunt. Quare si non dicitur iustus ex sacramentis viuit: sequitur tamen ex eis viuere, ex eo, quòd ex fide viuat, quam sacramenta sua natura colunt. At corde creditur ad iustitiam, vt Paulus ait; non corpore (inquit ille). Sed ne apertè calumniari, minimeque argumentari videaris, adde quæ Paulus subijcit statim; Ore autem confessio fit ad salutem. os autem ad corpus spectat. Perfecta igitur fides, quæ saluti sufficiat, non corde solùm, sed etiam corpore habenda est. Corde quidem ac mente credendo: corpore verò ea signa dando, quæ vt fidem testentur, Christus darivult. At credidit Abraham Deo (aduersarius inquit) & reputatum est illi ad iustitiam. Sed quid in eodem capite Paulus etiam dicit? Signum accepit circuncisionis, signaculum iustitiæ fidei. Quare non fidem solùm interiorem Deus requirit; sed etiam signum eius extrarium postulat. Sicut autem superioribus temporibus, circũcisionem fidei signaculum esse voluit: ita nostris temporibus sublata circuncisione voluit esse baptisma, sicut & tunc circuncisio erat signaculum iustitiæ fidei. Græcè σφραγὶς sigillum: quod est signũ, quo res certo tempore demonstrandas occultamus. Circuncisio itaq; sigillum erat, quod fidei iustitiam occultabat, quæ Christi temporibus palàm facienda erat. Ita baptisma sigillum est, quod vitam beatam celat, quæ post mortem ma-

Quo pacto quis ex fide viuat.

Rom. 10.

Rom. 4.

Perfecta fides quid requirat.

Baptisma circũcisioni succesit.

Quo pacto circuncisio signaculũ fuerit.

Quo pacto baptisma signaculũ sit.

nifesta fiet. Sicut ipse Paulus ad Cō-
Col. 3. lossenses scribit, vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cùm autem Christus apparuerit, vita vestra, tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. In hoc tamen baptismus multùm (vt probauimus) Circuncisioni antecellit; quòd baptisma per se, viique sua gratiam conciliat: circuncisio verò non; sed significat per Christum esse conciliandam. Tum in longè maiorem gratiam baptisma, quàm circuncisio reducit. Sed ad
Luterus. Marc. 16. hunc nobis Luterus obijcit illud Marci, Qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit; qui verò non crediderit, condemnabitur. etiam si baptizetur, addit ille. Quod ego ingenuè fateor. Nam tum illud baptisma non erit hominis religiosi, sed sacrilegi, non fidelis, sed perfidi, & sceleratissimi. Quid igitur deinde confectum esse vis? Baptisma (inquit) necessarium non esse, si fides adsit. Id negamus, atque nefarium esse defendimus: neque id ex hoc loco probatur, sed planè refellitur. Nam Christus pronunciat; qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit: vt ergo saluisimus, & credere, & baptizari oportet. non igitur credere satis est. Ex eo verò quod deinde subiecerit, qui verò non crediderit, condemnabitur: non addens, qui baptizatus fuerit; manifestè demonstratur, ita cum baptismate fidem esse coniunctam, & implicatam, vt altero sublato, nullus sit alteri locus relictus: ita vt qui non credit, ex animo baptizari non vult: qui baptizari non vult, non credit. Est enim baptisma quædam fidei professio: cætera verò sacramenta seruantis fidem signa. Quare qui baptisma, & cætera sacramenta abijcit, eodem facto fidem suam, & erga Deum religionē euertit. Quocirca locus hic, tantùm abuit vt Luterum defendat, vt apertissimè, si bene intelligatur, condemnet. Sed rationibus iam nobiscum vult contendere; cuius insanam argumentationem vt fideliter omnes me narrasse intelligant, eius verba subijciam. In omni (ait) sacramento est verbum promissionis diuinæ, quod affirmatiuè promittit, & exhibet gratiam Dei, ei, qui suscipit sacramentum. At si his verbis significas in omni sacramento conficiendo adhiberi ea verba, per quæ Deus in suam gratiam receptum iri promittit eum, qui sacramentum illud susceperit; vera non dicis. Nam his verbis baptisma conficitur; ego te baptizo in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti: his tamen verbis Deus minimè sibi reconciliatum iri recipit eum, qui baptizatus fuerit; sed illis; qui crediderit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Eucharistiæ sacramentum his verbis exequimur; Hoc est corpus meum: in quibus verbis nulla est promissio beneuolentiæ, & reconciliationis diuinæ: sed in illis; qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Forma item sacramenti Extremæ vnctionis nullam diuinæ gratiæ promissionem continet: nam deprecando enunciatur. Quāobrem tantùm abest, vt illa tua generalis propositio in hanc sententiam accepta vera sit, vt ea generalis, quæ ei contrario nomine opponitur, vera sit habenda. Sin autem significes, nullum esse sacramentum, per quod Deus in suam gratiam

In quo baptisma circūcisioni antecellat.

Fides est cū baptismate implicata.

Luteri insana argumentatio.

Non eisdem verbis, quibus cōficitur sacramētum gratia suscipientibus illud promittitur.

nos

Nullum eſt ſacramẽtum per quod nos Deus in gra tiam ſuã adiunctur͂ non promiſerit.

nos adiuncturum non promiſerit, ve riſsima prædicas, & quibus habere fidem noſtra religio iubet. Credimus enim eum, qui baptizatur, Deum recepiſſe ſeruandum; & eum qui abſoluitur, peccatis liberandum; & eum, qui ſumit Euchariſtiam, in Chriſto manſurum. Credere igitur debet (ait ille) non ſolùm id Deum recepiſſe, ſed etiam promiſſum, & conuentum nobis effecturum. Iſtud etiam veriſsimum eſſe fatemnr. Sed quid tam veris poſitis effatis contra nos concludere poſſe putas? Vt ſic (inquit ille) verum ſit quod dicitur; non ſacramentum, ſed fides ſacramẽ ti iuſtificat. Vide abſurdiſsimam, & ſtultiſsimam conſecutionem! Nam eiſdem ego veſtigijs concludã: opor tet credere ſacramentum ſuſcepturum, verum eſſe Euangelium Ioannis: Ergo non fides ſacramenti, ſed fides Euãgelij Ioannis iuſtificat. Oportet etiam ſacramẽtum ſuſcepturum peccati pœnitere: Ergo non fides Euã gelij Ioannis, ſed peccati pœnitentia iuſtificat. Denique nihil mihi hac ratiocinatione conficies, cuius ego con trarium non conficiam. Qualis igitur illa eſt ratiocinatio, quæ viam mu nit ad repugnantem ſuæ concluſionis concludendam? Iam verò Deum promiſſa ſoluturum credere eſt offi cij munus, quod ſæpe præſtare poſ ſum: ſunt tamen aliqua ſacramenta, quæ fas non eſt, niſi ſemel ſuſcipere. quare lõgè diuerſum hoc officij mu nus, à ſacramento eſt: ac proinde val de abſurdum eſt, ex eo gratiam, quam per ſacramentum tenemus, ponderare. Aliter etiam argumenta tur Luterus; multi ſacramenta ſuſci piunt, tamen non iuſtificantur; ſed magis damnantur: quia ſine fide ſu-

Stulta Luteri cõſecutio.

Ridicula Luteri ratiocinatio.

ſcipiunt. Sola igitur fides iuſtificat. At pari ego ratione concludam; mul ti ſacramentum ſuſcipiunt, qui non iuſtificantur, ſed magis damnantur: quia iniquo animo in proximos ſunt. ſolus igitur amor proximorum iuſtificat. Non iuſtificantur; quia ardebant libidine. ſola caſtitas ergo iuſtificat. Quare qui ita ratiocinatur, potiùs rationis expertem, quàm participem ego dicerem. Deinde cùm hæreticus omniũ ſceleratiſsimus ſit, non veretur viros catholicos hæreticos appellare, eas illis aſcribens ſententias, quas ipſi nunquam cogitârunt. Dicit Sco tum, pium virum, & alios aucto res Scholaſticos docere, fidem non eſſe neceſſariam; neque increduli tatem impedimentum gratiæ ſacramenti putare. Sed cum nulla loca notet, quibus id ab eis tradatur, de ſuo additum credendum eſt. Nam libro quarto. diſtinctione. 4. quæſtione. 5. Scotus dicit cõtingere nonnunquam, vt quiſpiam fictè ad Sacramentum accedat; quia non eſt ad illud ſuſcipiendum comparatus: quod accidit vel propter incredulitatem, vel propter aliud, quo tenetur, peccatum. Putat igitur Scotus incredulitatem impedimento eſſe ſacramenti fructui: & Scholaſtici noſtri vbique docent, vnicuique Chriſtiano opus eſſe fide, ſpe, & charitate. Sed dicit Melancton, Iudaicam eſſe opinionem putare, ex ceremoniarum vi, ſine fide diuinam beneuolentiam colligere poſſe putare. Sed primùm minimè nos fidem excludimus: imo neceſſariam eſſe credimus in eo, qui prudens, & volens ſacramẽtũ ſuſcipit. Nam ſacramenta ſigna quædã, & indicia fidei eſſe puta

Luterus quas falſo Catholicis aſcribat ſententias.

Scotus.

Melanctõ argumentatur.

mus. Deinde Iudaica eſſet opinio exiſtimare, ex vi vllius priſtinę ceremoniæ gratiam inire poſſe cum Deo. Nã erant illæ infirma, & egena elementa vt Paulus dixit. Iudaica tamen non eſt; ſed planè Chriſtiana ſententia, vi noſtrorum ſacramentorũ in Dei amicitiam homines venire poſſe: ſiquidẽ robur eis, & vires præſtiterunt merita Chriſti, à quo illa inſtituta ſunt.

Zuinglius argumentatur. Quo explicatur aliud Zuinglij argumentũ, dicentis; ſolus Deus hominis mẽtem nouit, ad eamq; penetrare poteſt. Solus igitur ipſe criminibus noſtris ignoſcit: id quod Phariſæi dixerunt, vt Lucas narrat; quis poteſt remittere peccata niſi ſolus Deus. At ſicut Deus id poteſt facere: ita & virtutem præbere potuit ſacramẽtis, vt vera ſint remittendorum ſcelerũ inſtrumenta. Nam talem poteſtatem nulli creaturæ naturam dediſſe cognoſcimus. Quare meritò Auguſtinus miratur dicens; vnde tanta virtus aquæ, vt corpus tãgat, & cor abluat? Sed dicit Caluinus, vulgare eſſe apud Sophiſtas dogma; Sacramenta legis Moſaicæ figuraſſe gratiã: noſtra verò exhibere. id quod ipſe cõfutat: nam ſacramentorum vtriuſq; teſtamenti idem eſt auctor, eædem promiſsiones eadẽ veritas. quocirca (ait ille) externis tantùm ſignis differunt; re tamẽ ipſa conueniunt. Sed leuiſsimo argumento rẽ ſibi nefariam perſuadet; perinde quaſi non poſſet idem auctor diuerſas vires rebus, quarũ auctor eſt, præbere ratioq; conſtans, & benè conſiderata fuit, lõgè maiore virtute noſtra ſacramẽta augere. Licet enim eędẽ promiſſiones, & eadem veritas eſſet: non tamen ita benè expreſſa, atq; declarata; ſed quibuſdã figuris, & imaginibus adũbrata. Et ita vt concordarent omnia: ſacramenta imagines, & figuras quaſdã eſſe oportebat: cùm verò ſublata vmbra, & imagine, lux, & veritas fuerit adducta; ea ſacramenta inſtituenda erant, quæ veritatem hanc, & lucem, ideſt, gratiam, & amicitiam Dei continerent, vt Tridentinũ Concilium decreuit.

Auguſtinus.

Caluinus argumentatur.

Cur maiore virtute quã vetera, noſtra ſacramẽta auctaſint.

Tridentinum Concilium.

CAP. 4. *Nonnulla ſacramenta characterem imprimere.*

DE principe ſacramẽtorũ effectu diſſeruimus. Sequitur vt de alio, ideſt de charactere, quẽ nõnulla ſacraměta religio noſtra docet imprimere, diſſeramus. Qui eſt quædã animi nota, qua apparatur homo ad res quaſdã diuinas ſuſcipiẽdas, vel adminiſtrandas. Id Luterus, & alij aduerſarij noſtri irridẽt, & recentiũ Theologorum inuentũ, vel cõmentũ eſſe dicũt. Sed characterem non recenter inuentũ fuiſſe Auguſtinus demõſtrat, qui multis in locis characteris mẽtionem facit. Ex hoc enim vehemẽti argumẽto probari cẽſet, non eſſe baptizãdos iterũ, qui ab hæreticis baptizati ſunt; quòd hac nota chriſtiana fuerint inuſti. Quod elegãter diſputat libr. 2. cõtra Parmenianum. c. 13. & citatur prima. q. 1. Canone. quod quidã. Quod ſi defertor (ait) militię nẽpe priuatum aliquem nota militari ſignet; dum poſtea ille ſignatus ad clemẽtiam Imperatoris cõfugerit, ac prece fuſa, impetrata iam venia militare cœperit; nunquid homine illo liberato, atq; correcto character ille repetitur, aç non potiùs agnitus approbatur? Eodẽ argumento vrget Creſconium Grammaticum lib. 1. c. 30. dicens; nec propterea immutandus, vel improbandus eſt regius

Luterus.

Auguſtinus. Characterem non recenter inuentum fuiſſe.

gius character in homine, ſi erroris ſui veniam, & militãdi ordinẽ à rege impetrauerit; quia eundem characterem, quo ſibi ſatellites congregaret, deſertor infixit: aut propterea ſigna mutanda ſunt ouibus cùm dominico gregi ſociantur, quia eius dominicum ſignũ fugitiuus ſeruus impreſsit. Quare fallitur quidẽ Luterus cùm à theologis recenter fictum eſſe dicit characterẽ. De eodem etiã charactere nos
2. Cor. 1. Paulus erudit; Qui vnxit nos, Deus, & ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris ait Corinthijs
Ephe. 4. ſcribens: & Epheſijs; Nolite contriſtare (ait) Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in diem redemptionis. Si
Cur baptiſma characterem imprimat. gnare verò, ad characteris impreſsionem ſpectat. Nam cùm Dei oues baptiſmate fiamus, eius nos oportet inuri nota: cumq; per confirmationis ſacramentum nomen ei demus, eiuſq; nos militiæ ſacramento addicamus; aliquo ſigno à cæteris diſtingui debemus. Quod inter milites vſitatiſsimũ
Cur confirmatio characterem imprimat. eſt. Nam licet eius etiam ſit, qui modò baptizatus eſt, nullis tormentis de fide, ac religione detrudi; ſed eã pro virili parte defendere: hoc tamen perinde fit, ac ſi quilibet ciuis rempublicam aſtrictus neceſsitate defendat: miles tamen non eſt auctoratus; nec ita cæteris rebus paribus aptus ad ma
Cur ordo characterem imprimat. num conſerendam. Ordinis verò ſacramento ij deliguntur militiæ principes, qui ordines ducant, milites conſcribant. Quare oportet à cæteris aliquo ſigno diſtingui. Tria igitur ſacra
Tria ſacramenta characterẽ imprimunt. menta characterem imprimunt; Baptiſma, Confirmatio, & Ordo. Cumque character deleri nulla ratione poſsit; ſacrilegum eſt huiuſmodi ſacramenta repetere. id quod Concilio
Conciliũ Florentinum. Florentino definitum eſt. Inter hæc (inquit) Sacramenta, Baptiſma, Confirmatio, & Ordo, quæ characterem, ideſt ſpirituale quoddam ſignum à cæteris diſtinctiuum imprimunt in anima indelebile. Idem etiam eſt Cõ- *Conciliũ Tridentinum.*
cilij Tridẽtini Decretum Paulo Tertio Pontifice, Seſsione. 7. Canone nono. Si quis dixerit (inquit) in tribus ſacramentis, baptiſmate ſcilicet, confirmatione, & ordine, non imprimi characterem in anima, hoc eſt, ſignum quoddam ſpirituale, & indelebile, vnde ea iterari non poſsint, Anathema ſit. Sed quærunt ex nobis aduerſarij, cur alia ſacramenta potiùs, quàm alia imprimere characterẽ putemus? Nam character nihil aliud eſſe videtur, quàm quædã ſacerdotij Chriſti communio. quocunq; autem ſacramento ſacerdotium Chriſti nobiſcũ communicatur. ergo quocunque ſa- *Character non communio ſed poteſtas eſt.*
cramento character imprimitur. Atqui non communio, ſed poteſtas potiùs character eſt: ex quo fit, vt in improbis, & ſceleratis maneat hominibus. Quare ſacramenta, quæ nullam *Cur alia ſacramẽta imprimãt, alia nõ imprimãt characterẽ.*
vel adminiſtrandi, vel ſuſcipiendi res diuinas dant poteſtatem, characterem non imprimunt: cuiuſmodi reliqua ſacramenta ſunt, præter illa tria, quæ diximus: in quibus illæ poteſtates conceduntur, quos declarauimus. Quamobrem licet in quocunque ſacramento aliquis fructus percipiatur ſacerdotij Chriſti: nam gratiam quodlibet ſacramentum cõciliat: hunc tamẽ poteſtatis fructum non omnia, ſed illa tantùm, quæ numerauimus ſacramenta, ferunt. Ex quo facilè aliud aduerſariorum argumentũ explicabitur, qui ex eo, quod omnia ſacramenta gratiã concilient, concludunt, omnia characterem imprimere: ſiquidem multùm inter

Multum inter gratiam & characterē differre.

gratiam & characterem differt: alioqui ſemper vnà cum gratia pelleretur. quod falſum, & contra religionē eſt. Nam violata gratia, manet in hominibus iniquis character baptiſmatis, confirmationis, & ordinis.

CAP. 5. *Baptiſma eſſe neceſſarium; & de materia, & forma eius.*

DE toto ſacramentorū genere diſſeruimus: nunc ſigillatim de ſingulis ſacramētis diſſeramus. Ac primùm de baptiſmo, ꝙ omniū primus à Chriſto fuerit inſtitutus, & reliquorū principiū, & quaſi fundamētū ſit. Cuius ſacramenti religionem omnes noſtri temporis hæretici cognoſcūt, præter Suēcfeldianos, & eos quidem non omnes, ſed nonnullos; qui adeo ſcelerati, & ſacrilegi ſunt, vt ſacrū baptiſma vituperare, & contemnere audeant, ac ſuillum balneum appellent. Quorū impietas nefanda, notiſsima eſt: ſtultitia tamen & amentia omnino ridicula. Siquidem cū Euangelio ſe fidem habere profiteantur, id contemnere non vereantur, quod tanti Euangelij doctrina faciat: quoniā primùm ipſe Chriſtus à Ioanne baptizari voluit. Quo pacto igitur audent in ceſto ore iſti iactare eam lotionē eſſe ſuillam, qua Deus ipſe lauari dignatus eſt? Ioannes etiā ſanctiſsimus prædicabat, Chriſtum in Spiritu ſancto homines baptizare. Quod ipſe Chriſtus confirmat dicens: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Ex aqua, & Spiritu ſancto inquit: quaſi Spiritus ſancti vis cum aqua coniuncta ſit. Et eam lotionem, in qua Spiritus ſancti virtus exprimitur, ſuillam iſti dicere audēt? Et eam, quæ regnum cœlorum aperit, ſine qua nulli patet ad vitam beatam aditus, deſpicere, abijcere, & verborum contumelijs inſectari non verentur? O perfidos, & nefarios homines! Et Chriſtiani appellantur ij, qui introitum ad Chriſti religionem penitus ignorant? Nam baptiſmate muniri viam ad religionem, & regnum Chriſti, apertè ſignificauit ipſe diſcipulis ſuis in cœlum aſcenſurus dicens, Euntes in mundum vniuerſum prædicate Euangelium omni creaturæ: qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Et alio loco, Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Maneat igitur non vilem, ſed ſanctiſsimam eſſe baptiſmi religionē, à Chriſtoque inſtitutam fuiſſe.

Suencfeldianorum hæreſis nefanda.

Quātis ſacra doctrina baptiſmum faciat.

Matt. 3.

Ioan. 1.

Ioan. 3.

Mat. 16.

Mat. 28.

Eiſdem locis error Caluini conuincitur, qui dat religionem habere baptiſma: neceſſarium tamen eſſe negat. Quibus accedit: quòd cùm per vnum Chriſtum pateat ad vitam aditus; ita vt cum illo coniungi neceſſe ſit, eiuſq; membrum fieri: quod Paulus luculenter perſequitur dicēs; Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem; ſic & per vnius iuſtitiam in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Baptiſmus verò ea de cauſa inſtitutus fuit, vt nobis Chriſti vim, & virtutem attribuat, vt nos cum Chriſto coniungat, & eius membra faciat, dicente Paulo, Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Semper etiam neceſſariū fuit externo aliquo adhibito ſigno fidem, & veram religionem profiteri. Ac ſicut olim fidei ſignum circunciſio fuit: ita & nunc

Caluini hæreſis.

Rom. 5.

Quæ de cauſa baptiſma inſtitutum fuit.

Gal. 3.

Baptiſma circumciſioni ſucceſſit.

nunc baptiſma, per quod ſumma nobiſcum merita Chriſti communicantur. Ex quo fit, vt ſicut nemo poteſt niſi meritis Chriſti ſceleribus ſolui, & felicitatem adipiſci: Ita niſi ſacro baptiſmatis fonte abluatur. id quod tangit eleganter Paulus dicens; ſecũdum

Tit. 3.

ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti. Dicit tamen impius Vuicleph illa Chriſti verba, ni

Vuicleph hæreſis.
Ioan. 3.

ſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto non poteſt introire in regnum Dei, eſſe intelligenda de aqua non naturali, ſed ſpirituali, cuius fide participes ſumus, qua & Chriſti latus in cruce manauit: ac ſi dixiſſet Chriſtus; Niſi quis cruciatibus, & tormentis meis fidat, & illorum ſibi virtutẽ, & ſummam vim perſuadeat, non poteſt in regnum Dei introire, Atqui ſi non baptiſma, ſed fidem tantùm Chriſtus poſtularet; non diceret (vt Marcus auctor eſt) qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Ac denique illud ex aqua renaſci, quod Chriſtus dixit, & Vuicleph eleuare conatur; plaRom. 6. nè Paulus retulit ad baptiſmum dicens; Quicunque baptizati ſumus, in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus. Cõſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte. Sed aliter illa verba eludit Caluinus, quò ba

Caluini hæreſis.

ptiſma minimè neceſſarium eſſe defendat. Non (inquit ille) Chriſtus dixit; niſi quis renatus fuerit ex aqua ſolùm: ſed ex aqua, & Spiritu ſancto. Quare aquam, & ſpiritũ ſimpliciter accipio pro ſpiritu, qui eſt aqua: nam nulla hic baptiſmatis mentio fit. Sed

Abſurda Caluini ſcripturæ explicatio

ne fatuus, & ridiculus videretur Caluinus eſſe, exponeret, quare aquę mẽtionem fecit, ſi baptiſma tangere nolebat: aut quare ſpiritum cum aqua copulauit. Quid verò abſurdiùs, quã aquam ſpiritum interpretari; nulla talis interpretationis reddita ratione? Facilè ita vniuerſa Dei oracula inuerteremus, ſi abſurdas, & ab omni prorſus ratione alienas non dubitemus explicationes afferre. Sed ea re interpretationem ſuam nobis probare poſſe putat; aut riſum ſaltem noſtrum comprimere, à nobis petendo, vt exponamus ei verba illa, quæ Ioannes Baptiſta turbis prædicabat; Ipſe vos baptizabit in Spiritu ſancto, & igni. Sed in genuè fatemur nos, ignem idẽ, quod Spiritum ſanctum ſignificare. At (dicit) Caluinus; cur igitur ridiculus ego ſum; quòd aquam, idem quod ſpiritum ſignificare dicam? Sed ridiculus es, quòd nullam expoſitionis tuæ cõuenientem rationem nec affers, nec afferre potes. ridiculus es; quòd Paulus verbum aqua apertè, & palàm ad baptiſma (vt expoſuimus) retulit. Nos autem perſpicuam noſtræ explicationis rationẽ proferemus: quòd ſpecie ignis Spiritus ſanctus die Pentecoſtes diſcipulis apparuerit, vt magnum illum mentis ardorem ſignificaret, quo diſcipulorum animos inflammaturus erat, ad magno, & conſtanti animo pro Chriſto pugnandũ, & huius ſeculi opes, fortunas, honores, amicos, & propinquos cõtemnendos. Dubiũ igitur nõ eſt, quin ridicula ſit illa ſuperior Caluini expoſitio. Quare ex aqua, & Spiritu ſancto renaſci oportere Chriſtus dixit, vt illã Nicodemi quæſtionem explicaret; Quomodo poteſt homo naſci, cum ſit ſenex? Nunquid poteſt in vterum matris ſuæ iteratò introire, & renaſci? declaratque Chriſtus hanc natiuitatem non carnalem, ſed ſpiritualem futuram, quæ quidem per aquam fit. Ita-

Matt. 3. Luc. 3. Matthæi locus explicatur.

Cur ignis ſpecie Spiritus ſanctus apparuerit.

Ioannis locus declaratur.

que non oportet fieri id, quod meritò Nicodemo difficile videbatur, iterum in matris vterum introire: sed aqua mergi non quacunque; sed Spiritus sancti affecta virtute, sanctissimaque, & religiosa reddita: id quod fit verba illa pronunciando, quæ postea Christus pronunciandain baptismatis administratione docuit dicens; Eũ
Matt. 28. tes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti. Ex aqua etiam, & Spiritu sancto renascimur: quoniam per aquam, ad nouam, & spiritalem vitã reuocamur. Planè igitur ex hoc loco, & ex alijs conuincitur, sacrum baptisma esse vt salutem adipiscamur necessarium.

De materia. *Materia baptismatis.* Huius sacramenti materiam esse aquam, nemo nostri temporis hæreticus (quod ego sciam) in controuersiam deduxit: quamuis sacrosanctæ scripturæ testimonia, quibus id apertè probatur, sic, vt modò exposuimus, Caluinus eleuare conetur. Sed eum planè desipere demonstratum est.

De forma. De forma verò, quæ est; ego te baptizo in nomine patris, & filij, & Spiritus sancti; non benè inter nos, & aduersarios conuenit. Qualis enim fue-
Brentius. rit Brentij de hac re sententia, cùm de toto sacramentorum genere disputaremus, exposuimus. Non placebat enim illi, sacramenta verbis conceptis fieri, & exempli causa baptisma posuit, quod peruersa, quam ille fingebat, forma confici posse putabat. Phi-
Melancton peruerse baptismi formã explicat. lippus vero Melancton longè aliter veram baptismatis formam intelligit quàm fides, & religio patitur. Nam huiusmodi habere dicit sententiam. Ego minister mandato diuino hac ceremonia testor, quod iam ille Deus recipiat te in gratiam, qui est pater, filius, & Spiritus sanctus: quodque sic vult agnosci, & inuocari: quòd propter filium te recipiat, & Spiritus sanctus te sanctificet; & sit tibi opitulaturus, & inchoaturus nouam, & æternã vitam. Sed ista Melanctonis illorum verborum explicatio duos simul magnos comprehendit errores. Primùm cùm enunciat; ego minister mandato diuino hac ceremonia testor, quòd iam ille Deus recipiat te in gratiam. qua sententia ille tangitur error, quo imbuti aduersarij iudicant sacramenta nostra non conferre, non continere; sed potius significare gratiam, in quam à Deo propter baptisma recipimur. Quod quantus error sit, demonstrauimus cùm de sacramentorum vi ageremus. Omnia enim sacramenta non solùm signa, sed etiam gratię causæ sunt. Alium tangit errorem ita explicans; testor quòd iam ille Deus recipiat te in gratiam: quòd propter filium te recipiat, & Spiritus sanctus te sanctificet. quibus verbis promissionem contineri dicit. In errore enim illo perstitit, quem multis superiori libro confutauimus; fide nos illa nugatoria sua, qua credimus Dei gratiam propter Christum tenere, in diuinam amicitiam reduci: quod ex proprijs baptismatis hoc loco probat Melancton. Nam Petrus dicit esse baptismũ 1. Petr. 3.
bonæ conscientiæ interrogationem. id est pactum, & stipulationem, vt vult Melancton; & nos libenter concedimus. Sed addit ille, hoc pactum esse bonæ conscientiæ erga Deũ. hoc est, sic sentientis de Deo, quòd verè nos receperit propter filiũ, verè iã nos curet, & exaudiat. Sed cõcedimus in baptismo pactũ, & stipulationem fieri. Nec enim assentimur viro cuidã catholico

Refellitur Melanthonis explicatio formæ baptismatis.

Sacramenta non signatãtùm sed etiã gratiæ causa sunt.

tholico & docto, qui de hac re cũ Melanctone diſputãs, negat illi [illegible] apud Petrum loco citato ſtipulationem ſignificare: nam verè id ſignificat, & aptiſsimè in Petri locum cõuenit, vt cap. 3. libri huius probauimus: & de interrogatione, quam ſtipulatione fieri Pomponius dicit, interpres noſter intellexit, interrogationé vertens: & hac ſtipulatione ſacrum baptiſma hodiè in Eccleſia celebrari videmus. Quærit enim ſacerdos, abrenuncias Sathanæ? reſpondet que baptizandus, abrenuncio. itẽ alia multa. Quod etiam fit in pueris baptizãdis, de quo maior difficultas eſſe videbatur. Nã pueros tenentes, fideiuſſores illorum ſunt, pollicenturque facturos illos, quod rogantur, vt Dionyſius auctor eſt lib. 7. Eccleſ. Hierar. capit. 7. par. 3. Iſtud (ait) cùm piiſsimis ducibus noſtris in mentem veniſſet, viſum eſt admittere infantes hoc modo, vt naturales oblati paruuli parentes, puerum vni ex fidelibus tradant præclaro diuinarum rerum magiſtro, ſub quo iam puer ſit quaſi ſub patre diuino ſanctæ ſalutis alumno. Hunc itaque Præſul ſpondentem, puerum iuxta ſanctam educaturum vitam, requirit, vt abrenũciationem profiteatur, fidemque confiteatur: noh vt illi irridentes aiunt, alium pro alio imbuit ſacris. Neque enim hoc ille ait; ego pro puero abrenuntiationes facio, aut fidei ſacramenta profiteor: ſed ita puer renunciat, & profitetur, id eſt, ſpondet puerum inducturum cum ad ſacram intelligentiam venerit ſedulis exhortationibus meis, vt abrenuntiet contrarijs omnino, profiteaturque, & peragat diuina, quæ pollicetur. Cum quibus conſentiunt verba, quæ dicit Auguſtinus ſermone poſt paſcha, qui incipit, Hodiernus dies. Vos (ait) ante omnia tam mulieres, quàm viros, qui in baptiſmate filios ſuſcepiſtis moneo, vt vos cognoſcatis fideiuſſores apud Deum extitiſſe pro illis, quós vi ſi eſtis de ſacro fonte ſuſcipere. Quare nihil eſt quòd Petrum de ſtipulatione hac locutũ fuiſſe abnegemus: imò vehementer (vt declarauimus) dictũ eius, quod alioqui ſatis eſt difficilè, illuſtratur, ſi ad fœdus, & ſtipulationem hanc alluſiſſe dicamus. Illud tamen falſum, & abſurdiſsimum eſſe contendimus, quod addit præterea Melancton: ſtipulatione, ac fœdere hoc à nobis requiri, vt ſentiamus de Deo, quòd verè nos receperit propter Chriſtum. Quo enim totius ſacroſanctæ ſcripturæ loco id vel leuiter à nobis exigitur? aut apud quem ſanæ mẽtis auctorem, atque adeo minimum huius pactionis veſtigium reperietur? Sed illa tãtùm ſtipulatio in baptiſmate tribuendo fit, quam Lucas narrat in actis inter Eunuchum, & Philippũ eſſe factam. Ecce aqua (Eunuchus dixit) quis me prohibet baptizari? Reſpondit Philipus, Si credis ex toto corde, licet. & alio loco Petrum multis hominibus Lucas dixiſſe narrat, cùm rogarent illi, quid faciemus viri fratres? Pœnitentiam (inquit Petrus) agite, & baptizetur vnuſquiſq; veſtrũ. Ad hanc igitur pactionem in ſuſcipiendo baptiſmate venimus, ſi nos pœniteat, ſi ex toto corde credamus: de quibus rebus cum certi eſſe non poſsimus, non debemus, vt vult Melanctõ ſentire, verè nos per Chriſtum in gratiam eſſe receptos. Illa igitur ſententia, in quam ac̃epit Melanctõ, forma baptiſmatis falſa, & temeraria eſt, ac veræ religioni repugnat. Significat ergo verè qui præbet baptiſma, ablue-

Stipulatione baptiſma celebratur.

Pueros ad baptiſma tenentes fideiuſſores illorum ſunt

Dionyſius.

Auguſtinus.

Peruerſè Melancton explicat ſtipulatiõnẽ quæ fit in baptiſmate.

Act. 8.

abluere verè ſceleribus, atque flagitijs hominem, quem baptizat, liberare: dum eo ſit animo, vt pœniteat, & ex toto corde credat, nihil impedimẽti adhibeat, quò minùs id fiat, quod forma ſignificat.

CAP. 6. *Baptiſma ſua vi omne quod eſt verè peccatum auferre.*

SEquitur vt de baptiſmatis vi, & fructu, quem ſuſcipientibus afferat, diſſeramus. In qua re vniuerſa nobis hæreticorum noſtri temporis colluuies reſiſtit. Quare neruoſomnes contendere oportet, vt tantam hoſtium in nos conſpirationem ſuperemus. Nos autem pro certo, & religioſè credimus, omne prorſus peccatum ſua vi ſacrum delere baptiſma: contrà verò dicũt Luterus, Buzerus, Caluinus, Brenzius, Melanctonius, & alij; aſſeuerantes ſemper poſt baptiſmum libidinem reliquam eſſe, quam propriè crimen, & ſcelus eſſe docent. Quod quàm falſum, & abſurdum ſit, ex eo perſpici licet; quòd hæc nobis libido eſt à natura tributa. Quamuis enim non peccaſſet Adam; ſi nullis eum donis Deus cumulaſſet, præterquàm eis, quę hominis natura requirit, ea in eo eſſet libido. Eſt enim nobis cũ belluis cõmunis, & eiuſdẽ omnino naturæ; licet noſtra perfectior eſſe videatur. Hoc em̃ munus eius eſt ſibi natura datũ, vt quæ corpori ſunt iucũda prouideat; & quę ei dolorem afferũt, auertat. Quare vi ſuà ipſa nullis officij legibus poteſt aſtringi. Nõ enim officium, decorumque cognoſcit: quippe quod mente duntaxat, & ratione intelligatur. Ex quo fit, vt nũquàm beſtias ſceleribus contaminari dicamus; tametſi libidine prædita ſint. Siquidem eius, qui ſciat officij leges, delinquere eſt, atque peccare. Nã qui legem ignorat, omnino contra legem non facit. Cùm ergo libido nullo modo officij leges poſsit tenere, eas nullo modo violare poteſt: ac proinde neq; peccare: vt quando libido comedere cupit, cùm ei per officij leges non licet, contra officium nõ eſt: explet enim munus ſuum ſibi à natura tributum, vt curet ea, quæ corpori iucunda ſunt. Quod autem id lege cautum ſit, vel non ſit, partes eius non ſunt, ſed rationis prouidere. Cùmq; ratio per ſe, viq́ue ſua eam cohibere poſsit, & officij leges quas ſcit, eam vt cohibeat, iubeant; in culpa ratio eſt, ſi libido non coerceatur. Quare ſi libido rationi prę̃currens cupiat quod inhoneſtum ſit, nullum crimen eſt. Nihil enim ſe cõmouit hactenus, quod crimen admiſerit. Nam ratio nihil hactenus (vt pono) fecit: libido verò cõtra muneris ſui leges nihil fecit: quippe quæ in iucundis rebus cunctæ cernantur: honeſtum verò neque cognoſcit, neque prouidere debet. Sin autẽ ratione repugnante ipſa adhuc feratur inſolentiùs; adhuc nihil criminis admiſſum eſt. Non enim in ratione reſidet, quia nihil paſſa eſt, quod contra legem, & officium ſit: imo pro parte ſua ne peccetur, repugnat. In libidine, vt oſtendi, culpa reſidere non poteſt. Nullus igitur locus culpæ reliquus eſt. Quare abſurdum omnino eſt, libidinem peccatum eſſe putare. Nam ſi ita ſe res haberet, belluę in peccatis eſſent. Stultiſsima igitur opinio eſt, ex eo quòd poſt baptiſma libido iſta permaneat, concludere, non omne ſcelus baptiſmate eſſe deletũ. Sed dicit Caluinus, quo pacto nõ erit peccatum

Luterus. Buzerus. Caluinus. Melanctõ & alij omnes hæretici.

Libido natura inſita prorſus non eſt peccatum.

Quodnam ſit munus libidinis naturæ datum.

Libido ſua natura nõ eſt officij legibus aſtricta.

Quãdo ratio libidinem nõ cohibens in culpa ſit.

Libido rationi præcurrens non peccat.

Libido rationi reſiſtentiq̃ peccat.

Caluinus argumentatur.

Rom. 7. catum, cùm repugnet (vt Paulus ait) legi mentis, & captiuum hominem trahat in lege peccati? Sed vide hominis stultitiam: nam eodem argumento concluderetur, sensus hominis esse peccata: siquidem sæpenumerò ad peccatum alliciunt, & libidinem incitant. Dauid enim fuit adulterio contaminatus, quia vidit Bersabee. Quis quid denique peccandi occasionem affert, scelus esset. Quod quidem est absurdissimum: quoniam multùm inter peccatum, & peccandi occasionem differt. quia pecunię, & honores sunt peccatorum occasiones; peccata tamen non sunt. Sed via nescio quæ à nonnullis aduersarijs nostris excogitata est, qua ex istis angustijs elapsuros se creduut. Dicunt enim, non corporis, sed mentis libidinem, qua præstat homo cæteris animalibus, peccatum ab ipsis appellari. Sed quæ ista mentis libido est? Quid enim sit non comprehendo, vt quæ ad hanc diem inaudita sit. Nam vel eam vocant mentis libidinem, quæ constat quando mens, & ratio cupiditati paret, cui deberet imperare: quam ego fateor esse peccatum: nego tamen in hominibus post baptismum semper remanere. Aut mentis vocant libidinem, quòd mens pulchri cupiditate ducatur: nihil tamen pulcrum habetur, quod pariter honestum non sit. Aut quòd mens illarum rerum cupiditate ducatur, quę mente duntaxat comprehenduntur, quales honores, & præstantiæ sunt. Quas res ego fateor mentem nonnunquàm mouere; sed tum, si earum sit rerum amore, quas amare per officij leges nó licet. Aut animaduertit se cóntra legem facere, aut secus. Si animaduertat, neque talem amorem pellat, dubium non est, quin peccet. Huiusmodi tamen, quam illi vocant mentis libidinem, post baptismum non manet. Aut nó putat se contra legem facere, sed animus suspensus est, id quoniam minimè semper cauere possumus, natura nobis insitum est: & ideo post baptisma reliquum esse concedo: peccatum tamen esse nego. Nam cum animo suspenso sum, prudens & sciens contra legem non facio. Iam verò ea de causa nobis tam infestos se esse iactant, quòd Paulo apertè repugnemus. At huius libidinis nunquàm Paulus mentionem fecit, sed prioris, quam in corpore residere diximus, esseq; nobis cum brutis communem. Vocat enim illam legem membrorũ, & legem carnis; corpore liberari cupiebat ne ab illa torqueretur. Cõdelector (inquit) legi Dei secundum interiorem hominem: video autem aliam legem in membris meis repugnãtem legi mentis meæ. & alio loco, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Igitur ego ipse mente seruio legi Dei: carne autem legi peccati. Cùm igitur Paulus de hac, quę in corpore est libidine ita loquatur, quã planum fecimus non esse peccatum; non Paulo cõtrarij sumus, quòd post baptismum peccatum nõ esse vllum putemus. Quid? si libido verè peccatum est, quod infantibus remedium reliquum est, quo vitam beatam adipiscantur? nihil enim in eam scelere infectum vllo introibit. post baptisma verò ex aduersariorum sententia in eis verum peccatum reliquum est. ad felicitatem igitur: si vita fuerint defuncti, non peruenient. Quo argumento fortè Luterus, & Maioristæ conuicti, infantes omnes regno Dei excludũt: de quorum impio errore postea disseremus. Caluinus verò licet infanti-

bus

Sensus hominis sæpe ad peccatũ alliciunt.

Differt inter peccatum, & peccãdi occasionem.

Mẽtis libido inaudita quã afferunt aduersarij explicatur.

Qui animo suspensus est nunquam peccat.

De qua libidine Paulus disserat.

Luterũ & Maioristæ infantes omnes regno Dei excludunt.

bus baptiſma dari nolit: quoniam eis inutile eſſe dicit: ait tamẽ eos eſſe ęternæ vitæ participes, quòd patribus chriſtianis nati fuerint. Perinde quaſi parentes eos vt chriſtianos, non vt homines genuerint: aut vlla præter iuſtitiã Chriſti cuiquã prodeſſe poſſit, quę non niſi per baptiſma cum hominibus communicatur. Alij verò dicunt, licet peccatum maneat; conniuet tamẽ Deus in illo, neq; pœnas eius propter baptiſma repetit. Sed ſi puer in peccatis eſt, à Deo alienatus eſt. nam Deo odio eſt impius, & impietas eius. quod ſi gratiam Dei non tenet, eius regnum conſequi non poterit. Eſt enim gratia quaſi quoddam glorię pignus, neque Deus vllos, niſi ſuos amicos gloria ſua frui patietur. Nullas verò pœnas alias infantes ſi non baptizarentur darent, niſi quòd regno Dei excluderentur. At neceſſe eſt, vt excludantur, ſi vera de libidine iſtorum ſententia eſt. non igitur propter baptiſma Deus cõniuet in puerorum peccato. Agè verò valde rationi contrarium eſt, quod pœna quiſpiam, & non peccato liberetur: eſt enim homo pœnæ propter peccatum obnoxius. Conſequens etiam eſſet, Chriſtum non pro noſtris peccatis, & pro peccatorum pœnis mortem tuliſſe. Quomodo tamen illud aduerſarij interpretabuntur? Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Scitis quia ille apparuit, vt peccata tolleret. Et illud Ezechielis; Effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritum nouum ponam in medio veſtri. Et illud Pauli; abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti. Nunquid ſanctus eſſe poteſt is, in quo crimen, & culpa reſideat? aut ablutus, qui ſcelere infectus eſt? aut iuſtificatus, qui peccatis, flagitijsque tenetur? pugnant quidem iſta inter ſe: & Chriſtus vt narrat Ioannes precabatur; Pater ſanctifica eos in veritate, nam ſermo tuus veritas eſt. Diſcipulos verè ſanctos Chriſtus poſtulat: verè tamen ſanctus non habetur is, qui nullo addicitur ſupplicio; ſed is, qui verè culpa vacat. De baptiſmo etiam grauiſsimo verborum pondere loquitur Paulus dicens; An ignoratis fratres, quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem, vt quomodo Chriſtus reſurrexit à mortuis per gloriam patris: ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Noua verò vita peccatori conſtat, cùm omnia eius peccata extinguntur, Deo pro ſua miſericordia ignoſcente, gratiaque cum Deo, & amicitia reuiuiſcit. Et ob eam rem Chriſtus Nicodemo dixit. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum cælorum. Vtrùm renaſci dicimur, quòd pœnis peccatorum liberemur? an quia noxa nobis, & peccatum remittitur? ita vt iam non ſimus iniqui, ſed boni viri: non ſcelerati, ſed honeſti, ac virtute præditi. Cui verò pœnæ dũtaxat remiſſæ ſunt, in culpa tamen eſt, iniquus eſt nihilominus vt antea, ſceleratus, vt antea; idem deniq; eſt rerum ſuarum ſtatus, qui antea. Quare cauſa nulla eſt, cur renatus fuiſſe putetur. Omnes igitur maculas baptiſmus eluit; omnia delet peccata. Quocirca libido, quæ reliqua eſt, nullum flagitium, nullum peccatum eſt. Sed antequam aduerſariorum argumen-

Caluini ſtulta de infantibus opinio.

Nõ poteſt pœna quiſquam & non peccato liberari.

Ioan.1.

Ioan.3.

Ezech.36.

Chriſtus paſſus eſt vt in primis peccata noſtra tolleret.

1.Cor.6.

Ioan.17.

Quis verè ſanctus habetur.

Rom.6.

Noua vitæ quãdo peccatori conſtet.

Ioan.3.

Quãdo renaſci dicimur.

ta

ta explicemus, quoniam ferè omnia diui Pauli dictis nituntur; oportet primùm probare, libidinem à Paulo peccatum appellari, non quòd veram peccati rationem habere putet: ſed quòd tropo vtatur, quem Rhetores metonymiā appellāt, cùm effecti nomē trāsfertur ad cauſam, vt; triſtiſq; ſenectus, Vergilius dixit; quòd triſtes efficiat: ita libido peccatū eſt; q̄ ad peccatū alliciēs, rectæque, & honeſtę rationi reſiſtēs, peccati nonnūquā cauſa ſit. Id quod ipſe explicat capite illo ad Romanos ſeptimo, quo nos aduerſarij cōuictos eſſe putant. ait enim; Quod operor, non intelligo: nō enim quod volo bonū, hoc ago; ſed quod odi malum, illud facio. Si autē quod nolo, illud facio, cōſentio legi; quoniā bona eſt. Nunc autē iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum. Concludit itaq; ſe malum non agere, ſed quod habitat in ſe peccatum. At vera peccata, actiones veræ noſtræ ſunt: à libera enim volūtate oportet proficiſci. Illud igitur malū, quod operamur, illud peccatum, quod in nobis reliquum eſſe Paulus exiſtimat, ipſiuſmet Pauli ſententia verè non eſt, & propriè peccatum. Dicit præterea; Quod operor, non intelligo; quod nolo, illud facio. at cū verè peccamus, quod facimus intelligimus; & quod volumus, facimus. Alia igitur eſt veri peccati ratio, alia eius peccati, de quo Paulus loco iſto verba facit, de quo etiā peccato præcipit eiuſdem Epiſtolę ſexto capite: Non ne ſit in nobis: id enim fieri non poteſt; ſed ne regnet. tunc verò regnat, cùm res à nobis arbitratu ſuo geruntur. Non regnet (ait) peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Quòd alio loco eiuſdem capitis, ſeruire peccato dicit eſſe. At de vero peccato longè aliter loquitur: non modò enim ne regnet, ſed etiam ne maneat omnino vult; ſed vt extinguatur, & deleatur omnino. Ait enim; manebimus in peccato, vt gratia abundet? abſit. Qui enim mortui ſumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? Quem locum quidem vellem, vt mihi aduerſarij explicarēt, cur, inquā, Paulus nullum in nobis peccatum manere velit. Sed per baptiſmum penitus mortuum eſſe putat hoc loco, ſi libido ex illius ſententia (vt opinantur aduerſarij) verum peccatum eſt, quam in nobis ineſſe cōcedit. Verùm enim verò ne Paulum quidem attigiſſe vidētur, qui teſtimonio eius tam ſtultam doctrinam comprobari poſſe putāt. Nā diuerſis ſuarum Epiſtolarū locis apertè declarat, omnes homines naturali bidinis motus, & conatus experiri: longè tamē aliter de ijs loquitur, qui comprimunt; ac de ijs, qui inſeruiūt illis: in ea præſertim Epiſtola, ad Romanos, quam toties iſti in ſuam ſentētiam citāt. De his enim dicit, ſe ſeruos exhibuiſſe peccati, eis dominatū fuiſſe peccatū, ſeruos factos eſſe peccati admortē, regnare peccatū in ſuo mortali corpore, obedire cōcupiſcentijs eius, paſsiones peccatorū in membris ſuis operari: vt fructificarēt morti, ſecūdū carnē ambulare. De illis autē dicit, veteré hominem crucifixiſſe, corpus deſtruxiſſe peccati, vt vltrà non ſeruiant peccato, mortuos eſſe cum Chriſto, cōſepultos eſſe cum illo per baptiſmū in mortē, complantatos, factos eſſe ſimilitudini mortis eius, mortuos eſſe peccato, viuētes autem Deo in Chriſto Ieſu: exhibere ſe Deo tanquā ex mortuis viuētes: & mēbra ſua

Cur Paulus libidinem peccatum vocet.

Paulus declarat ſe nō proprie libidinē appellare peccatum.

Aliter Paulus de libidine quàm de vero peccato loquitur.

Rom. 6.

Paulus longè aliter loquitur de ijs quæ experiuntur libidinis conatus, quā de ijs qui illis inſeruiunt.

arma iuſtitiæ Deo ſeruos eſſe obeditionis ad iuſtitiã, liberatos eſſe à peccato, ſeruos factos eſſe iuſtitiæ, liberos eſſe iuſtitiæ, membra ſua exhibere ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationẽ: ſeruire in nouitate ſpiritus veterem hominem exuẽtes, nouum induiſſe. Hac igitur tam varia, diuerſaque ratione dicendi, lucẽ clarius Paulus docet, libidinem non eſſe peccatum, ſed ei potiùs obedire, in eoq; vniuerſam pietatis, vel impietatis rationem poſitam eſſe, vt eam vel ratione cohibeamus, vel molliter regnare patiamur. Facilè verò aduerſariorum argumenta diſſoluemus, ſi tantùm memoria teneamus rectæ rationis, libidiniſque naturam, quam proximè argumentãdo declarauimus: Rectam rationem circa honeſtũ natura ſua verſari; honeſtique præcepta, leges, & ſtatuta tenere: ad eam imperium noſtrum, & rerum adminiſtrationem ſpectare: in bono verò iucundo libidinem natura cerni; honeſti verò leges, & ſtatuta ignorare: ac proinde contra ſuũ officium minimè facere, ſi iucunda, atq; adeo rectæ rationi contraria cupiat: ſed tum, cùm imperet rectæ rationi; quòd partes eius ſint ei parere, dictoque audientem eſſe. Iam Luterum argumentantem audiamus. Paulus (ait ille) ita Romanis ſcribit; peccatum non cognoui, niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, non concupiſces. Quibus verbis (inquit ille). Paulus apertè ſignificat concupiſcẽtiam eſſe peccatum. Sed ſi Luterus omnino, & in tõtum concludat, omnem concupiſcentiam eſſe peccatum; falſa & valde abſurda concluſio eſt. Nam cõcupiſcẽtia cibi, & potus, cùm nobis illis opus ſit, ſcelus non eſt: neq; ſi cupiat vllus cum vxore ſua habere cõſuetudinem. Eam verò cupiditatem, peccatum eſſe fatemur, quã lex vetat. oſtendat tamen Luterus legem eſſe vllam, quæ cupiditatem nobis natura inſitam prohibeat. Lex ne vlla damnaret, quod noſtrã ſequitur naturã? quod facit vt res noſtræ ſaluti neceſſarias quæramus? quod nos conſeruat, atq; tueatur? Significat igitur Paulus, ſe per legem cognouiſſe peccatũ. id eſt, vim magnam libidinis, quam (vt dixi) peccatum appellat. Nam cum vis alicuius vehemẽter cognoſcitur, quando eſt quî cum pugnet, ac vires ſuas expromat. Si autẽ nulla eſſet officij lex, quæ aliquam cupiditatem vetaret, nihil eſſet quod recta ratio, cui lex huiuſmodi curæ eſt, cupiditati reſiſteret, & eam legi parere cogeret. Lata verò lege cùm libido nihilominus, quod prohibetur cupiat, eiq; ratio reſiſtat, ipſa verò contrà pugnet, ita vt vincat nonnunquam rationem, hinc vis eius maxima, & robur cognoſcitur. & ob eam rem Paulus dicit, peccatum non cognoui niſi per legem. Nam concupiſcentiam neſciebã, niſi lex diceret, non concupiſces, hoc eſt, vim concupiſcentiæ atque libidinis à recta ratione nonnunquam alienam eſſe ignorarem, niſi nonnullas lex cupiditates prohiberet. Quo factũ eſt, vt bello inter rectam rationem, & libidinem orto, libidinis vis appareat. Ad idque refertur, quod Paulus poſt pauca ſubiecit; ſed peccatum, vt appareat peccatum per bonum operatum eſt mihi mortem: quod Photius elegãter ſic explicat: ἀλλὰ ἡ ἁμαρτία ἵνα φανῇ ἁμαρτία διὰ τοῦ ἀγαθοῦ μοι ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς hoc eſt, ſed peccatũ vt appareat peccatũ, id eſt, vt vis & robur vniuerſum huius iniquitatis mani-

Ius quo impietas & pietas poſita ſit.

Quæ ſit ratio nis, libidiniſque natura.

Quando libido cõtra ſuũ faciat officium.

Rom. 7.

Lutere argumentum.

Quæ cupiditas ſit, & quæ non ſit peccatum.

Nulla lex cupiditatẽ prohibet naturæ inſitam.

Pauli locus declaratur.

Ex qua re libidinis vires cognoſcatur.

Photius elegãter Pauli locum explicat.

manifeſtetur. quod dicit per bonũ, id eſt, occaſionẽ ex lege ſumens, quę bona eſt. Quod amplius declarat addẽs vt fiat ſupra modum peccans peccatum. Græcè clarius ponitur ἵνα γένηται καθ' ὑπερβολὴν ἁμαρτωλὸς ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς ideſt vt fiat ſupra modum ſceleſtum ſcelus. Quod ſic Photius explicat ἵνα δειχθῇ αὐτῆς ὁ πᾶς ἰὸς καὶ ἡ πᾶσα κακία id eſt, vt vniuerſum ipſius venenum, vniuerſaque manifeſtetur malitia. id enim ſignificat auctore Photio vt fiat, id eſt, vt manifeſtetur. Quod verò in eodem ait ſeptimo capite; cõdelector legi Dei ſecundum interiorem hominem; video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, captiuantem me in lege peccati: tantùm ex hoc intelligitur ſemper in nobis cupiditatem eſſe, cuius ea lex eſt, vt iucunda ſequatur; qua ſæpenumerò deliniti peccamus leuiter ſaltm. Nam hæc cupiditatis lex, mentis legi nonnunquam contraria eſt: mentis enim lex honeſta præcipit, licet triſtia & acerba ſint. Hanc tamen membrorum legem negamus eſſe peccatum; quod Luterus probare conatur: at eò non dirigit argumenta; ſed in eo tantùm verſatur: quod nobis cum illo conuenit: Cupiditatem in nobis poſt baptiſma reſidere, & ad peccatum inclinantem eſſe multorum cauſam peccatorum. Ipſa tamen per ſe non eſt peccatum: ſicut pecuniæ, pulchritudo, oculi, & aures ad peccatum inclinãtes, multorum ſunt cauſæ peccatorum: verũtamen minimè ſunt peccata. Et eò tãtùm pertinent omnia Pauli loca, quæ in nos Luterus affert: vt illud ad Galatas. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem. Hæc enim ſibi inuicem aduerſantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. & illud ad Romanos. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. & illud; Deponentes omne pondus, & circunſtans nos peccatum. Denique alia multa Pauli loca, & ſanctorum ſententiæ, atque exempla, quæ in nos aduerſarij afferunt, nihil præter id, quod diximus, concludunt. Quod verò Luterus, & Caluinus dicunt, non ſimul, ſed ſenſim nobis peccata remitti: abſurdiſsimum, & contra fidem, & religionem eſt. Nam paralytico, & Magdalenæ Chriſtus in peccatis omnibus ignouit. Declarat tamen tam ſtultam ſententiam Luterus ex parabola Samaritani à Chriſto propoſita, qui vulnera viri cuiuſdam à latrõnibus accepta, non ſtatim ſanauit; ſed paulatim curauit. Sed id fieri non poſſe ego hoc neceſſario argumẽto facilè probo. Nam cùm per Dei gratiam ſcelera remittantur; neceſſe eſt aut omnia ſimul, aut nullum remitti. Nam vno manente (quod graue ſit intelligo) Dei gratia iniri nõ poteſt. quare reliqua remitti nõ poſſunt. Condonata verò culpa, non nego, quin multa ferè ſemper maneant peccatorum vulnera. Etenim debilitata ratio, & inueterata peccandi conſuetudine multùm labefactata, nõ ita facilè, & expeditè libidinem, cupiditatemq; cohibet, & officia, pietatẽq; colit. Sed inſtat Luterus, & vt probet connititur, ſenſim peccata cõdonari. In hanc enim ſentẽtiã illã ferméti parabolã quadrare dicit, quod abſcondit mulier in farinæ ſatis tribus, donec fermentatũ eſt totum. Sed hæc ſimilitudo potiùs ad Eccleſiæ amplificationem referenda eſt, quæ à paucis orta diſcipulis, vniuerſum fere oc

Photius.

Rom. 7.

Cupiditatis lex mentis legi contraria eſt.

Quæ inclinãt ad peccatũ, non proinde ſunt peccata.

Gal. 5.

Rom. 6.

Heb. 12.

Caluini hæreſis.

Simul, & nõ ſenſim peccata remitti.

Luterus.

Condonata culpa manere ſolet peccatorum vulnera.

Luterus.

Mat. 13.

Matthæi locus declaratur.

cupauit orbem terrarum. Quod ſi ad homines ſingulos referatur, oſtẽdit vel exigua Dei gratia, ſi diligenter colatur, poſſe languores, & vniuerſa peccati vulnera, id eſt vitia, & improbos mores perfectè ſanari. Exigua verò atque adeò minima gratia ſine integra peccatorum remiſsione nullo modo teneri poteſt. Quare ſi ſancti meliores indies fiunt, non ob eam rem eſt, quòd aliorum, & aliorum ſcelerum veniam impetrent, ſed quòd eorum indies augeatur virtus, maioreſque vires comparet recta ratio ad libidinis impetus comprimendos, hominemque veterem crucifigendum: qua re mundiores in dies palmites fiunt, id eſt, Chriſti amici amplius repurgantur, quò ferant vberiorem fructum. Non vt Luterus opinatur, ſi paulatim veniam peccatorum impetrent. Quòd ſi ſancti viri à Chriſto docti, ſua ſibi delicta quotidiè condonari poſtulẽt, ob eam rem fit, quòd frequenter vel ſanctiſsimus homo leuia crimina ſuſcipiat, quorum veniam oportet precari: non quòd libidinem ſibi natura inſitam peccatum eſſe putent. At conqueritur Luterus, ſeque palàm circunueniri, noſque apertè calumniari clamat: ſiquidem quod nulli (inquit) Angelorum licet verba Dei pro ſenſu ſuo interpretari, id nobis audeamus arrogare. Paulus (ait) manifeſtè libidinem peccatum appellat, ſeque duci teſtatur captiuum in legem peccati: concupiſcentiamque peccatum eſſe probat legis auctoritate, eam prohibẽtis. ſimpliciter igitur hæc intelligenda erant, neque vanis interpretationibus in aliam trahenda ſententiam. At niſi liceret ſacras literas explicare, quo pacto intelligi poſſent? Deinde ſacræ literæ vulgari hominum ſermone traditæ ſunt, qui tropis, atque figuris ornatur: cur igitur huiuſmodi ornatũ in ſacris oraculis non notabimus? Nã ſi omnia ſacroſanctæ ſcripturæ verba in propriam ſententiam accipienda ſunt, eodem argumento, quo nobis Luterus probat concupiſcentiam eſſe peccatum, probabimus nos etiã ei, verum Dei filium hominem fuiſſe improbum: nam Paulus peccatum factum fuiſſe dicit. Quod ſi nullam Luterus explicationẽ admittat, ſed omnia propriè, & ſimpliciter intelligi velit; quo pacto Paulum, aut Chriſtum magno ſcelere liberabit? Nos autem ex vniuſcuiuſque ſenſu ſacroſanctæ ſcripturæ explicationẽ depromi non patimur: ſed in grauioribus, difficilioribuſque rebus, quando non benè cõuenit inter catholicos interpretes, vti mur Eccleſia magiſtra, apud quam propriam, veram, & catholicam ſacrarum literarum interpretationem eſſe, priori libro demonſtraui. Eſt enim (vt Paulus teſtatur) columna, & firmamentum veritatis, cuius perſonam gerunt omnia legitimè coacta Concilia. Extat autem de hac re Concilij Tridẽtini decretũ quarta Seſſione, quo hæc doctrina, & Pauli vera ſententia copioſè his verbis explicatur. Si quis per Ieſu Chriſti Domini noſtri gratiam, quæ in baptiſmate cõfertur, reatũ originalis peccati remitti negat, aut etiam aſſerit non tollitum id, quod veram, & propriam rationem peccati habet, ſed illud dicit tantum radi, aut non imputari, Anathema ſit. In renatis autem nihil odit Deus, quia nihil eſt damnationis ijs, qui verè conſepulti ſunt cum Chriſto per baptiſma in mortem, qui nõ ſecundum carnem ambulant, ſed veterem

Exigua gratia ſi diligenter colatur poſſunt omnia peccatorum vulnera perfectè ſanari.

Cur ſancti quotidie peccatorum veniam petãt.

Luterus conqueritur.

Licet ſacras literas explicare.

Quando Eccleſiam magiſtrã in explicãda ſcriptura audire debeamus.

Concilij Tridentinum.

terem hominem exuẽtes, & nouum induentes, qui ſecũdum Deum creatus eſt, innocentes, immaculati, puri, innoxij, ac Deo dilecti, effecti ſunt hęredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti: ita vt nihil prorſus eos ab ingreſſu cœli remoueret. Manere autem in baptizatis concupiſcentiam, vel fomitem, hæc ſancta Synodus fatetur, & ſentit: quæ cùm ad agonem relicta ſit, nocere non conſentientibus, & viriliter per Ieſu Chriſti gratiam repugnantibus non valet. quinimo qui legitimè certauerit, coronabitur. Hanc concupiſcentiã, quam aliquando Apoſtolus peccatum appellat, ſancta Synodus declarat Eccleſiam catholicam nunquam intellexiſſe peccatum appellari, quòd verè, & propriè in renatis peccatum ſit; ſed quia ex peccato eſt, & ad peccatum inclinat: ſi quis autem contrarium ſenſerit, Anathema ſit. Quare cùm Luterus, & Melancton illud nobis Pauli opponunt; Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati, quæ eſt in membris meis; non de noſtra, ſed de Eccleſiæ totius auctoritate dicimus, illã membrorum legem non propriè peccatum eſſe; ſed per tropum, atque figurã ita nominari, quòd à peccato profecta ſit, & ad peccatum incitet, rectæque rationi reſiſtens, nonnunquã peccati cauſa ſit. Ita enim natura cõparatum eſt, & quaſi quadã lege ſtatutum, vt libido, cuius ſedes corpus eſt, iucundum quodcunque illud ſit perſequatur; ei tamẽ debet ratio moderari, & honeſti legibus temperare. Caluinus tamen totum Concilij Tridentini de hac re decretũ irridet; argumentis tamẽ leuiſſimis refellit. Nã vt concedam (ait) Patribus Concilij, quod nihil in renatis odit Deus; non ſequitur tamẽ, nihil odio eſſe dignũ; ſed potiùs nihil odit, quia quod iure odiſſe poſſet, ignoſcit. At iam demõſtraui quã neceſſariò ſequatur, quod Caluinus non ſequi dicit; quàmq; abſurdum ſit ſecùs opinari, vt homo ſe in graui culpa eſſe iudicet, & Dei gratiam tenere. Nam vt Deus odium habet impietatis: ſic & eius, in quo eſt. Similiter enim (vt ait Sapientia) odio ſunt Deo impius, & impietas eius. ac de Chriſto non celaſſe, ſed ſuſtuliſſe peccata Ioãnes dicit. Inſanit præterea Caluinus dicens; teſtimoniũ Apoſtoli, quo ſancta Synodus decretũ ſuum confirmauit, nihil eſſe damnationis ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu, ſibi ſuffragari: quia fideles ait his verbis nõ eximit à culpa, ſed tantùm reatu liberat. At nemo reatu, nemo damnatione liberari poteſt, niſi ab eo culpa dimoueatur ex ipſius Apoſtoli ſententia, dicẽtis; An neſcitis quia iniqui regnũ Dei non poſſidebunt? nolite errare; neq; fornicarij, neq; idolis ſeruiẽtes, &c. neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ Dei poſſidebunt. Et propterea mox ſubijcit: Et hæc aliquãdo quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, & in ſpiritu Dei noſtri. Explicationem Pauli, quã reddit concilium, peccatũ abeo concupiſcentiam appellari; quia ad peccatum inclinet, peccatiq́ue cauſa ſit: ex ipſo Pauli contextu apertè refelli dicit Caluinus. Nam poſtquam peccati meminit, mox ſubijcit; inuenio per legem volenti mihi facere bonum, adiacere malũ. Sed his verbis nihil ſignificatur aliud, niſi cupiditatem rationi

Libido cur peccatum vocetur.

Caluinus decretum Concilij Tridẽtini irridet.

Non poteſt homo in culpa eſſe grauẽ & Dei gratiã tenere.

Sap. 14.

Ioan. 1.

Nemo damnatione liberari poteſt, niſi ab eo culpa dimoueatur.

1. Cor. 6.

Pauli locus declaratur.

nonnunquam resistere, insolentiusque ad bonum sibi propositum ferri. Affert etiam Caluinus ea, quæ lege in diligendo Deo postulantur, vt eum ex toto corde, ex tota mente, & ex totis viribus diligamus, à quo studio, & animi contentione cupiditatem auertere animum dicit. Sed secundo libro huius præcepti explicationem plurimus egimus: non enim tam facilè, quã aduersarij putãt, violatur. Luterus tamen nos vrget lege, ne concupiscamus, cauente. Sed concupiscentiam lege prohibitam fatemur esse peccatum: minimè verò damus hãc naturalem concupiscẽtiam lege vlla esse cautam. Sed quærit Luterus, cur adulterium, homicidium, idololatriam, peccata esse concedamus, concupiscentiam verò peccatum esse negemus? Facile tamen hoc respõsum est: quòd illa verè, & propriè lege illa vetita sunt, nempe, nõ occides, non mœchaberis, non facies tibi sculptile: nulla tamen est lex quæ iubeat, ne cupiditas vlla, aut appetitus vllus in nobis sit. Vellet aduersarij, vt eis saltem daremus primos illos inhonestæ libidinis motus, qui rationi præcurrunt, esse peccata. Sed ista disputatio valde aliena à re proposita est. Nã probare contendũt in pueris esse peccatũ post baptismã: quia libido in illis reliqua est: quã libidinem interpretari non possunt, esse primos inhonestæ libidinis conatus: quippe qui in pueris esse huiusmodi conatus non possint. Iã verò conatus hi nõ minùs nobis naturales sunt, quã ipsa cupiditas, quam non esse contra legem probauimus. Tãtum debet cupiditas, atq; libido rationi parere. quare antequã rationis audiat imperium, nullum scelus cõmittit. Natura enim impellente in rem sibi ad appetẽdum propositã mouetur. Quod si Paulus huiusmodi primos libidinis, & cupiditatis conatus, peccatorum appellat nominibus, ad eum alludit dicendi tropum, quo libidinem ipsam corpus appellat peccati. Similiter igitur translatione vtẽs, hos impetus, eius membra, & quasi spetialia peccata vocat, & sic intelligitur illud, quod Colossensibus scribit, Mortificate mẽbra vestra, quę sunt super terram, fornicationem, immunditiã, libidinẽ, concupiscentiam malam, & auaritiã. Hæc peccati membra, id est, libidinis conatus in Colossensibus esse Paulus cõcedit: propriè tamẽ non esse peccata Paulus ante declarauerat dicens. Mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cũ Christo in Deo: quibus verbis, peccatis per baptismã mortuos esse intelligebat: animi verò ad peccatũ incitationes mortificare iubet. quare adhuc intelligit manere. Quocirca à veris peccatis valde differre significat. Sed non vĕretur Luterus falsam, absurdã, & nefariam Augustino sententiã ascribere. Iactat enim, Augustinũ in Pelagianos disserentem, docere, scelus post baptismã manere actu: sed nõ reatu. Locũ verò Augustini vbi huiusmodi sentẽtia sit, nõ indicat: sed ego asserõ nõ solũ in libris in Pelagianos; sed etiã in omnibus Augustini libris nullũ huius testimonij, ne minimũ quidẽ vestigiũ reperiri. Cæterùm libro primo cõtra duas Epistolas Pelagianorum luculenter concupiscentiæ naturam, & Pauli de hac re verba explicat dicens: Hęc etiamsi vocatur peccatum, non vtique peccatum est: sed quia peccato facta est, sic vocatur. Sicut scriptura manus cuiusque dicitur, quòd manus eam fecerit. Peccata autem sunt, quæ secundũ carnis concupiscentiam, vel ignorantiam

Luteri argumentum.

Cur naturalis concupiscẽtia non sit peccatum.

Exod. 22.

Primi libidinis motus nõ sunt peccata.

Cur primos libidinis motus Paulus vocet peccata.

Rom. 6.

Col. c. 3.

Pauli locus declaratur accurate.

Luterus falso Augustinum citat.

Augustini de libidine sententia.

tiam illicitè fiunt, dicuntur, cogitantur: quæ trãſacta etiam reos tenent, ſi non dimittantur. Et iſta ipſa carnis cõcupiſcentia in baptiſmo ſic dimittitur, vt quanquam tracta ſit à naſcentibus, nihil noceat renaſcẽtibus. quoniam reatus eius generatione tractus, regeneratione dimiſſus eſt. Et contra Iulianum Pelagianum libro. 6. q. 5. ſic ait: In baptiſmo quidem remittũtur omnia peccata: ſed remanent carnalium concupiſcẽtiarum mala, & paulò pòſt in eodem capite, Et hoc quidẽ fuiſtis, ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis: mutatos eos dicit in melius; nõ vt ea ſcilicet concupiſcentia careret: id quod in hac vita fieri non poteſt: ſed vt ei non obedirent; quod in bona vita fieri poteſt; atque ab eo, quo erant vinculo eius obnoxij, liberatos ſe eſſe cognoſcerent. quod niſi regeneratione fieri non poteſt. Tu autem quî putas ſi malum eſſet concupiſcẽtia, careret ea, qui baptizatur? multũ erras. Omni enim peccato caret, non omni malo. Quod planiùs ita dicitur: omni reatu omnium malorũ caret: nõ omnibus malis. Ex quibus Auguſtini dictis planè ſenſiſſe conſtat, non eſſe peccatum libidinem poſt baptiſma relictam. Et ex eo quod vltimo loco dixiſſe narraui, omni ſcilicet reatu omnium malorum caret, nõ omnibus malis: planum fit, quàm leuis, & ridicula ſit Caluini calũnia, qua Concilium redarguit; quòd hãc concupiſcentiam relictam ad agonẽ fuiſſe docuerit. Si verum id eſſet (inquit) falſò conqueritur Paulus, hoc ſolo nomine ſe eſſe miſerũ. Perinde quaſi putaremus, nos omnibus malis, & miſerijs per baptiſma leuari. Ex omni quidem culpa eximimur; multis tamen malis, & ærumnis quandiu vita ſuppetit, Chriſtum caput noſtrũ imitantes, iactamur: quòuſque victores in patria, & regno cœlorũ in omnibus modis liberati, de noſtris inimicis triumphemus. Caremus denique per baptiſma (vt Auguſtinus ait) reatu omnium malorum, nõ omnibus malis. Afferunt Lutherus, & Caluinus nõnulla Auguſtini teſtimonia libri. 2. contra Iulianum, quibus in ſuam ſententiam ire prædicant. Vt illud, Peccati legem in baptiſmo remitti, non finiri. Item, Solutum eſſe reatũ, ipſam manere. Item, mortuum eſſe peccatũ in reatu, quo nos tenebat, ſed mortuum quoque rebellare, donec ſepulturæ perfectione ſanetur. Sed quoniã apertiſsimis Auguſtini verbis ſententiam noſtram ſecutum fuiſſe demonſtrauimus, hæc eius teſtimonia in eã partem accipienda ſunt, in quam à Paulo accipi docuimus. Siquidẽ Pauli verbis vtitur, vt concupiſcentiam vituperet, quam Iulianus vehementer laudabat. Et ita intelligendum eſt illud Homiliæ. 14. in Ioannem; Quandiu viuis (ait) peccatum eſſe neceſſe eſt in membris tuis; ſaltem regnum illi auferatur, ne fiat, quod iubet. Sed Buzerus ex illo teſtimonio Ioannis; Omnis iniquitas peccatum eſt; ſatis imperitè, & ſtultè concludit, peccatum eſſe, quidquid ad normã ſuam, atq; regulam exactum nõ eſt. Nam ſi verum id eſſet, neceſſaria ratiocinatione concluderetur, nõ modò actiones humanas, ſed res etiam eſſe peccata. Quare naturæ monſtra, manus abſciſio, oculorum amiſsio, peccata eſſent. Quo quid abſurdiùs, quidamentiùs dici poſſet! Significat Ioannes igitur, quod & iniquũ, & contra officiũ eſt, eſſe peccatum. Certum igitur ſit libidinem non eſſe peccatum.

Licet omnibus peccatis non tamẽ omnibus malis per baptiſma leuamur.

Lutherus & Caluinus Auguſtini multa loca citãt.

Auguſtini multa loca explicantur.

1. Ioan. 5.

Buzeri argumentum.

Caluini argumentum.

Ioanni locus declaratur.

Luteri hæresis. Consequens etiam est, improbissimum, & nefarium esse alium Luteri errorem, dicentis; libidinem impedimento esse, quò minùs cœlum ingrediamur. Nam cùm maneat illa in infantibus post baptisma; quid illis baptisma prodest? quem ex illo fructũ, quam vtilitatem ferunt? Nam si animam agant in pueritia, cœlum nunquam ingredientur. Deinde cùm nullus tam sanctus sit, & perfectus vir, præter Virginem sacrosanctã; in quo sit omnino extincta libido, & qui nõ eius aculeos, & iniquos conatus experiatur; quos, vt ostendimus, vel Paulus præstantissimus vir multis verbis in membris suis sensisse fatetur: ex quibus oriuntur illa leuia delicta, quibus ne eximia quidem virtute prædi ti viri vacant, & quorum veniam assiduè postulare nos Christus docuit: cùm igitur nemo libidine, & cupiditate careat omnino, nemo cœlum intrabit, nemo vnquam veram adipiscetur felicitatem, nemo cruciatuũ, cædisque Christi fructum, & vtilitatem percipiet. Quem ergo ad finem, qua de causa tot labores, tot ærumnas, tot anxietates, tot tormenta, & supplicia pertulit? Quid homo stultissime dicis, solam fidem saluti consequendæ sufficere; si modò nisi sublata omnino libidine salutem posse teneri negas? Sed vide incredibilem hominis stultitiam! Putat enim ille libidinem originale peccatum esse: ac dicit, originale peccatum, vt omnia peccata, ita incredulitas est. Si ergo libido ex tua sententia est originale peccatum; cùm libidinem non possimus omnino expellere, neque originale peccatum pellere possumus. Et peccatũ originale est incredulitas: nõ possumus igitur à nobis incredulitatem omnino remouere. Nõ igitur in potestate nostra situm est vt credamus. Nemo ergo vnquam verus Christianus fuit, nemoque verè, & omnino credidit. Quæ omnia cùm absurdissima, cùm temeritatis, & insaniæ plena sint, dubium non est, quin libido nobis natura tributa, neminẽ impediat, quò minùs ad Dei regnum perueniat.

Libido natura insita non impedit quominus cœlum ingrediamur.

Nemo omnino libidine & cupiditate caret.

Rom. 7.

Luterus secũ pugnat aperte.

CAP. 7. *Baptisma prodesse paruulis, & sine illo salutem consequi non posse.*

DE tota baptismatis ratione, effectuque disseruimus: nunc de subiecto eius disputemus: de qua re magna nobis cũ aduersarijs disceptatio est. Nam dicũt, infantibus non esse conferendum: diuersi tamen longè diuersa inter se ratione ad id affirmandum mouentur. Maioristę enim Georgium Maiorem sequentes, vt videre licet in multis eius aduersus Illyricum scriptis, asserunt, neminẽ sine proprijs officijs vitam æternã adipisci posse. quare nihil remedij infantibus superesse putãt; sed eos omnes regno Dei expellũt. In eodẽ errore Anabaptistæ Lutero duce versantur. Nã ipse in Epistola ad Vualdẽses scribit, præstare infantes sine baptismate relinquere; quàm illos sine propria fide baptizare. Caluinus autem, Bullingerus, Buzerus, & alij ea ratione mouentur, quòd opinentur, infantibus nihil opus esse baptismate; sed sine illo in Dei gratiã venire, & vitã beatam consequi posse. Sed primùm cũ primis, deinde cum secundis pedem confera mus. Sine vlla dubitatione igitur infantes ex baptismate fructum maximum capiunt. Nam verum, quod illis

Maioristarũ & Georgij maioris hæresis.

Luteri & Anabaptistarum hæresis.

Caluini, Bullingeri, Buzeri, & aliorũ hæresis.

Baptisma prodesse paruulis.

illis confertur, ſacramentum eſt: ex apta enim forma, & materia conſtat; congruus adeſt miniſter, nulla re ipſi impedimento ſunt. virtutem igitur ſuam in eis ſacramentum expromit, ideſt, diuinam eis beneuolétiam conciliat, & regni facit hęredes. Nam ſi tantum fuit venenũ ſceleris Adam, vt non ſolum ipſum, ſed etiam poſteros eius omnes contaminaret, ac miſera morte necaret: quantò præſtantior remedij vis in meritis Chriſti eſſe debet? Paulo præſertim teſtante; Si in vnius delicto mors regnauit per vnum; multò magis abundantiã gratiæ, & donationis, & iuſtitiæ accipientes, in vita regnabũt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum, in omnes homines in cõdemnationem: ſic & per vnius iuſtitiam, in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis, peccatores conſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem, iuſti conſtituentur multi. AEquum erat enim vt ij, qui rei facti ſunt, eo quòd nati fuerint ex Adam, abſoluantur, boni, ac iuſti fiant, eò quòd nati fuerint ex Chriſto. Iam verò ſi vetus illa, & antiquata religio pueris ſuis habuit remediũ, circunciſionem ſcilicet: quis credat in noſtra, quæ multò melior, & præſtantior eſt, nullum eſſe tanto malo remedium quæſitum? Temporibus illis infantes Deo curæ fuerunt, ſatiſque eis copioſè prouidit: Et noſtris temporibus, quibus Dei erga nos beneficia ſumma, & incredibilia ſunt, infantes negliget, & prorſus contemnet? Quis mentis, & rationis compos, rem ſibi tam abſurdam, & temerariam perſuadeat? Quid? nonne Chriſtus iubet dicens; Sinite paruulos venire ad me, quia eorum eſt regnum cœlorũ? Qua via, quibus greſſibus ad Chriſtũ ibũt, in eiuſque ſe amicitiam inſinuabunt? niſi baptiſmate accipiendo: per quod vnum patet ad illum aditus. Aut quo pacto ipſorum eſſe regnũ cœlorum intelliget? cùm Chriſtus dixerit; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quare dubium non eſt, quin paruulos oporteat baptizare, eiſque vehemẽter proſit baptiſmus. Sed nos aduerſarij arguunt Chriſti teſtimonio dicentis; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. cùm igitur paruuli non credant, condemnabuntur. Hoc tamen argumentum dupliciter ex Auguſtini ſententia explicare poſſumus. Primum, paruulos credere per alios; ſicut etiã per alium Dei amicitiã violárunt, ait enim Auguſtinus lib. 1. contra duas epiſtolas Pelagianorum. Nec attenditis, quod ſcriptum eſt, qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit; qui autem nõ crediderit, condemnabitur. Propter quod in Eccleſia ſaluatoris per alios paruuli credunt: ſicut ex alijs ea, quæ eis in baptiſmo remittuntur peccata traxerunt. Ex multis enim ſacræ ſcripturæ exemplis intelligimus, ex aliorum fide, maximam alios vtilitatem cepiſſe. Sic propter eorum fidem, qui paralyticum ad Chriſtum portârunt, ei dictum fuit; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Sic etiam fides Centurionis ſeruo ſuo chariſsimo bonam valetudinem reſtituit. Cananæa verò filiæ ſuæ ſalutem, & incolumitatem attulit. Poſſumus item ex ipſius Auguſtini ſententia reſpondere dicendo; paruulos verè credere. Nam licet interiori aſſenſu non credant:

Sicut Adam omnes perdidit: ita Chriſtus omnes ſeruauit.

Rom. 5.

Vetus lex infantibus remedium habuit.

Matth. 19.

Paruuli non poſſunt ad Chriſtum niſi per baptiſma venire.

Ioan. 3.

Mar. 16.

Auguſtinus. Paruuli per alios credunt.

Ex aliorum fide maximã alij vtilitatẽ accepiſſe.

Matt. 9.

Matt. 8.

Matt. 15.

Paruulos vere credere.

dant: ipſa tamen exteriori fidei profeſsione credunt. Nam verè fidem noſtram cùm baptizantur, profitentur. Verè igitur quæ continentur illa, credunt. Cuius doctrinæ auctor eſt Auguſtinus lib. 1. de peccato, & merito c. 20. illud Ioan. 3. enarrans; Qui credi derit in filium Dei, habet vitam æternam: qui verò incredulus eſt filio, nó habet vitam æternam: ſed ira Dei manet in illo. Infantes (ait) baptizatos in credentium numero ab Eccleſia reponi, eodemque numero, qui non baptizantur, excludi: multiſque in hãc ſententiam factis ab illo verbis. c. 27. concludit. Quis (inquit) neſciat, credere, eſſe infantibus baptizari. Ac oues denique Chriſti eſſe affirmat, & vocem eius audire. Quare infantes qui baptizati ſunt, in illis numerantur, de quibus Chriſtus dicit; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Ex quibus duobus modis facilè declaratur alius Pauli locus, quem nobis aduerſarij obijciunt: Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. Sed dicunt; quis credat ſine vllis meritis ſuis tantam coronæ gloriam conſecuturos, quæ non niſi fortiter certantibus propoſita eſt? At non ſine meritis ſuis: Chriſti enim merita, quæ cum illis per baptiſma communicantur, ſua fiunt: victoriæ Chriſti gloria ad eos pertinet; de meritis Chriſti tanquam de ſuis gloriari poſſunt, & ingenuè dicere cum Dauide. Reddet mihi dominus ſecundum iuſtitiam meam, & ſecundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Sed dicunt; Cornelio, & Eunucho priùs expoſitum fuit Euangelium, quàm à Petro, atq; Philippo baptizarentur. Semper igitur oportet fidem baptiſmo præire. Id nos concedimus in ijs, qui mentis ſunt, ac rationis compotes, qua fidei fungantur munere: quod paruulis per ætatem non licet. quare ſufficit eis aliorum fides vt Auguſtino auctore docuimus. Prodeſt igitur paruulis baptiſmus. Contendimus cum Maioriſtis: nunc cum Caluino contendamus, Bullingero, & alijs opinantibus ſine baptiſmo poſſe paruulos Dei beneuolentiam ſibi adiungere. At Paulus ait; Eramus natura filij iræ, & cùm eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, cuius gratia eſtis ſaluati. Non poſſumus igitur Dei iuſtam in nos iram placare: niſi alia natura, quã humana ſimus: Diuinæ naturæ oportet nos fieri participes; quod alia ratione, quàm ſi ex chriſto iterũ naſcamur, non aſſequemur: ſicut Chriſtus dixit; Niſi quis renatus fuerit denuo, non poteſt videre regnum Dei. Quod alio modo effici non poteſt, niſi eo, quem Chriſtus præſcripſit dicens; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & ſpiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. Quod de baptiſmo dici demonſtrauimus. Cùm ergo paruuli neque baptiſma ſuſceperint, neque eius ſtudio, ac deſiderio ſint: quæ abſurda igitur, ne dicam impia, & ſcelerata religio eſt, vt in Dei gratiam reduci poſſe putemus? Sed aduerſarij dicunt; quoniam ex chriſtianis parẽtibus orti fuerint. At chriſtianus parẽs non poteſt, niſi humanam naturam præſtare, quę crimine infecta eſt, & Dei iracũdiam mouet. quî fieri igitur poteſt, vt diuina homo afficiat natura, qua modò diuina gratia reconciliari poteſt? In quam ſententiam Chriſtus argumentari videtur dicens; Quod natum eſt ex carne, caro eſt; quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. & propterea mox

Auguſtinus. *Ioan. 3.* *Heb. 11.* *Paruuli non ſine meritis ſuis felicitatẽ conſequuntur.* *Actor. 13.* *Fidem oportet baptiſmo præire in ijs, qui ſunt rationes compotes.* *Caluini & Bullingeri hæreſis.* *Eph. 2. a.* *Alia natura quam humana oportet nos eſſe vt Dei iram placemus.* *Ioan. 3.* *Paruuli non poſſunt ſine baptiſmate in Dei gratiam reduci.* *Chriſtus probat oportere omnes per baptiſma renaſci.* *Ioan. 3.*

mox concludit: Non mireris quia dixi tibi, oportet vos nasci denuo, quasi dicat id esse necesse, cùm ex carne, caro tantùm nasci possit. Stultè igitur sibi aduersarij persuadent in Dei amicitiam pueros recipiendos, quòd ex hominibus christianis fuerint procreati. Nó enim quatenus christiani, sed quatenus homines eos procreârunt. Quare ex hoc fatu potiùs concluditur à Deo alienatos, quam Dei amicos esse. Quam ob rem vt amicitię diuinæ quasi fores aperiãtur, de integro ex Christo nasci homines oportet, modo à Christo constituto. Quoniam vt Paulus ait, sicut per vnius delictum in omnes homines in cõdemnationem: sic & per vnius iustitiam in omnes homines in iustificationem vitæ. Quod autem decretum est concilio Vuitembergensi ab aduersarijs coacto, motus & inclinationes ad credendũ Christo, & diligẽdum Deum, in infantibus effici, ridiculum, & anile commẽtum est. Natura enim mentis, & rationis impotes esse videmus: non oportet igitur quotidiè miraculum, quod accidit Ioanni Baptistæ, à Deo renouari putare. Iam verò cur potiùs huiusmodi motus, & inclinationes in infantibus fidelium, quàm infidelium fiunt? Quod si in omnibus effici opinentur, Omnes igitur omnium nationum infantes Dei contrahũt amicitiam. quo quod maius incommodum? Vna igitur via reliqua est ad infantes Deo reconciliandos, Baptisma. Erasmus tamen vir doctus, & catholicus, dat materiam suspitioni in aduersariorum se partes inuasse. Probat enim satiùs esse, puerorum vt esset optio, postquam ex infantibus excessissent, & iudicij, liberiq; arbitrij compotes fierent, vtrùm vellent in religione, quã in baptismo susceperant, manere, an secùs. Nam voluntas baptizandi (ait) ad baptismum requiritur. quod ego cõcedo: paruuli tamen sua voluntate baptizantur, quam declarant non eorum parentes solùm, patronique, à quibus ad baptismum ducuntur: sed etiam Ecclesia parens, cuius arbitratu baptizantur, in quo naturalem matrem ipsa refert: quæ tempore, quo fert vterum, cibo, quẽ sibi ipsa capit, puerum alit, quòd aliter à puero capi nõ possit: ita quia suę voluntatis puer compos non est; voluntate sanctæ matris Ecclesiæ cibum, ideſt, baptismũ percipit, quo particeps æternæ vitæ fit. Quam doctrinam Pater noster Augustinus tradit epistola. 23. dicẽs, Offerũtur quippe paruuli ad percipiendam spiritalem gratiam, non tam ab eis, quorum gestãtur manibus: quam uis, & ab ipsis, si ipsi boni, & fideles sint: quàm ab vniuersa societate sanctorum, atque fidelium. Ab omnibus nanque offerri rectè intelliguntur, quibus placet, quòd offeruntur; & quorum sancta, atque diuina charitate ad communicationem sancti spiritus adiuuãtur. Tota ergo mater Ecclesia, quæ in sanctis est, facit: quia tota omnes, tota singulos parit. Ac denique hos omnes aduersarios vehementer confutat perpetuus Ecclesię mos, iam inde ab Apostolorũ temporibus ductus. Ait enim Dionysius vltimo capite cœlestis hierarchiæ, Diuini nostri duces, id est, Apostoli approbauerunt infantes recipi ad baptismum. Non igitur hæc consuetudo primùm à Nicolao primo introducta est, vt aduersarij iactant. Multis etiam Concilijs nostra est doctrina comprobata, & aduersariorum improba

Rom. 5.

Concilij Vuitembergẽsis ab aduersarijs coacti animaduersiõ.

Erasmi error.

Paruuli sua voluntate baptizantur.

Ecclesia eis infantes baptizat imitatur matrem naturalem.

Augustinus.

Dionysius.

Concilij Carthaginenſe.

probata iudicata. Ita enim Concilium quintum Carthaginēſe decernit. c. 6. Placuit de infantibus, quoties non inueniuntur legitimi teſtes, qui eos baptizatos ſine dubitatione teſtentur: neque ipſi ſunt per ætatem idonei de traditis ſibi ſacramētis reſpondere; abſq; vllo ſcrupulo eos eſſe baptizandos. Concilium verò Mileuitanum, ſic. c. 2. definit; Quicunq; paruulos recentes ab vteris matrū baptizandos negat, aut dicit quidem in remiſsionem peccatorum eos baptizari, ſed nihil ex Adam trahere originalis peccati, quod regenerationis lauacro expietur, Anathema ſit. In Cōcilio etiam Toletano tertio. c. 5. ſic dicitur; In ſacramento baptiſmi poteſt infans vel ter in nomine Trinitatis, vel ſemel propter vnam ſubſtantiam in aquis mergi. Item Concilium Gerundenſe. c. 5. paruuli etiam (ait) eadem die, qua nati ſunt infirmi, baptizentur. Concilio verò Florentino ita decernitur. Cùm propter hominem mors introierit in vniuerſos: niſi ex aqua, & Spiritu ſancto renaſcamur, non poſſumus (vt inquit veritas) in regnum cœlorum introire. & alio loco. Circa pueros verò propter periculum mortis, quod poteſt ſæpe contingere, cùm ipſis non poſsit alio remedio ſubueniri, niſi per ſacramentum baptiſmi, per quod eripiuntur à diaboli dominatu, & in Dei filios adoptantur. Concilium verò Tridentinum ita ſeſsione quinta. c. 4. decernit. Si quis recentes ab vteris matrum baptizandos negat, etiam ſi fuerint à baptizatis parentibus orti, Anathema ſit. & ſeſsione. 7. can. 13. ait. Si quis dixerit paruulos, eò quòd actū credendi non habent, ſuſcepto baptiſmo inter fideles computādos nō eſſe, ac propterea cùm ad annos diſcretionis venerint, eſſe baptizandos, aut præſtare omitti eorum baptiſma quàm eos non actu proprio credentes baptizari in ſola fide Eccleſię, Anathema ſit. Et alio canone. Si quis dixerit huiuſmodi paruulos cùm adoleuerint interrogandos eſſe, an ratum habere velint, quod patrini eorum nomine dum baptizarentur polliciti ſunt, & vbi ſe nolle reſponderint, ſuo eſſe arbitrio reliquendos, neque alia interim pœna ad chriſtianam vitam cogendos, niſi vt ab Euchariſtiæ, & aliorum ſacramentorum perceptione arceantur, donec reſipiſcant, Anathema ſit. Quo decreto Anabaptiſtarum improba, & nefaria religio condemnatur, qui pueros poſtquam prudentes ad conſilia fuerint, iterum baptizandos cenſent. At Paulus dicit; vnus dominus, vna fides, vnum baptiſma. & Eccleſia publica fidei ſuæ profeſsione canit; Confiteor vnum baptiſma. Qua igitur iſti amentia, & temeritate acti, duo baptiſmata obtrudere audent? præſertim cùm characterem imprimat baptiſma, qua nota Chriſti oues inuruntur? Fruſtra igitur alter illorū imprimeretur: cui enim eſſet vſui? Deniq; Paulus hanc baptiſmatis repetitionem fieri nullo modo poſſe Hebræis ſcribens apertiſsimè docet dicens; impoſsibile eſt eos, qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerunt etiam donum cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti; guſtauerunt nihilominus bonum Dei verbum, virtuteſque ſeculi venturi; & prolapſi ſunt, rurſus renouari ad pœnitentiam, rurſus crucifigentes ſibimetipſis filium Dei, & oſtentui habentes. quæ verba Chriſoſtomus, Theophilactus, OEcumenius, & alij ad

Concilium Toletanum.

Concilij Gerundenſe.

Concilij Florentinum.

Concilij Tridentinum.

Anabaptiſtarum hæreſis.

Eph. 4.

Baptiſma nō poſſe repeti.

Heb. 6.

Chriſoſtomus Theophilactus.

OEcumenius

ad baptisma, quod renouari non potest, pertinere dicunt. Prodest ergo infantibus baptismus, nullaque de causa semel celebratus, repetendus est.

CAP. 8. *Differre inter Christi, & Ioannis baptisma.*

DE Christi baptismi natura, atque virtute differui mus. Sequitur vt eum cũ Ioannis baptismate conferamus; à quo nõ differre Caluinus, & Caluiniani affirmant. Planissima tamen in Actis inter hos baptismos differentia tangitur. Narratur enim Paulum quosdã discipulos, qui Ioannis solùm baptismate baptizati erãt, iterum baptizasse. fas tamen non est baptisma Christi repetere. Licet igitur fuissent baptismo Ioannis; minimè tamen erant Christi baptismate baptizati: ac proinde differt inter Ioãnis, & Christi baptisma. Sed dicit Caluinus; non eos aqua Paulum baptizasse: sed dona potiùs eis distribuisse, quæ in die Pentecostes distributa sunt baptismo ignis. At locum proferamus, vt veritate apertè cognita, omnis calumnia tollatur. Cùm Paulus inueniret quosdam discipulos, dixit ad eos; Si Spiritum sanctum accepistis credentes? at illi dixerunt ad eum; Sed neque si Spiritus sanctus est audiuimus. Ille verò ait, in quo ergo baptizati estis? qui dixerunt, in Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens; in eum, qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est, in Iesum. His auditis, baptizati sunt in nomine Domini Iesu. Et cum imposuisset illis manus Paulus, venit Spiritus sanctus super eos, & loquebantur linguis, & prophetabant. Si discipuli illi essent baptismate Christi baptizati, ignorare non poterant Spiritum sanctum. Nam huiusmodi baptisma datur ad profitendam fidem Trinitatis, & in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Sed dicit Caluinus, non tertiam Trinitatis personã intelligebãt, cùm si Spiritus sanctus esset, ignorare responderint. Sed Spiritus sancti vim, quæ discipulis data est die Pentecostes. At cur statim Paulus ex eis quæsiuit, in quo baptizati essent? Quæ quæstio planùm facit ex eo, quod Spiritũ sanctum ignorabant, Paulum intellexisse fieri non posse, vt Christi baptismo essent baptizati. Quod si Caluini vera esset explicatio, extra propositum à Paulo fuisset talis quæstio proposita. Quare ipse historiæ contextus declarat, primam Pauli quæstionem cùm hos discipulos rogaret, si Spiritum sanctũ accepissent, ad eam gratiæ, & Spiritus sancti vim pertinere, quæ sacramento confirmationis, baptizatis datur, ad animos confirmandos in subeundis pro fide, & religione Christi periculis, & laboribus. Quod sacramentum tum erat in primis vtile credentibus, quòd in maximis periculis versarentur, & formidines maximæ eis opponerentur. Quare frequentissimus erat huius sacramenti, vel saltem eius virtutis vsus. Sed quia balsamum eius materiæ pars, ad manum tum non erat, Deo ita disponente, cuius infinita virtus non est sacramentis alligata; manuum tantum impositione ab Apostolis celebrabatur. Cui sacramento illa vis respondet gratiæ, quæ Apostolis die Pentecostes

Caluini hæresis.

Act. 19.

Caluinus tergiuersatur.

Actorum locus declaratur.

Gratia quæ datur in sacramento Cõfirmationis, respondet ei gratiæ, quæ in die Pentecostes Apostolis data est.

ſtes donata fuit. Quare illa cura apud Apoſtolos, ſolertiſsimos Eccleſiæ gubernatores, tum maximè excubabat, vt ijs, qui baptizarentur, ne tantis imminentibus periculis deficerẽt, mox manus imponerentur. Quod optimè declaratur in Actis octauo capite; quo narratur ita. Quùm audiſſent Apoſtoli, qui erant Ieroſolymis, quòd recepiſſet Samaria verbum Dei, miſerunt ad eos Petrum, & Ioannem. Qui cùm veniſſent, orauerunt pro ipſis, vt acciperent Spiritum ſanctũ. Nondum enim in quenquam illorũ venerat, ſed baptizati tantùm erant in nomine Domini Ieſu. Tunc imponebant manus ſuper illos, & accipiebant Spiritum ſanctum. Vide igitur quantæ curæ fuerit Apoſtolis, ſimul atque Samaritanos credere intellexiſſent, vt ad eos Apoſtolos, qui huius ſacramẽti erãt veri miniſtri: quippe qui eſſent Epiſcopi; mitterent vt eos confirmarent. Eadem cura, atq; ſolicitudo Paulum tangebat; & hac de cauſa cùm hos diſcipulos offendiſſet, eos interrogauit, vtrùm Spiritum ſanctum accepiſſent, id eſt, vtrùm cõfirmati eſſent: quos atque etiam non eſſe baptizatos cùm intellexiſſet, eos primùm baptizauit, deinde manibus imponendis confirmauit. quo adhibito ſigno Spiritus ſanctus ſuper eos è cœlo eſſe dilapſus narratur. His ita habitis facilè intelligitur nullo modo expoſitionem Caluini quadrare. Nam priùs baptizati fuiſſe narrãtur, deinde manibus impoſitis Spiritum ſanctum veniſſe. Quare diſtinguit hiſtoria inter baptiſmum, & Spiritus ſancti aduentum. non igitur idem ſunt, vt falsò intellexit Caluinus. Planiſsimè etiam ab ipſo Ioanne demonſtratur, multùm inter ſuum, & Chriſti baptiſma intereſſe, ait enim; Ego quidem baptizo in aqua in pœnitentiam; qui autem poſt me venturus eſt, fortior me eſt, cuius non ſum dignus calceamenta portare; ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto, & igni. Qua ſententia manifeſtè ſignificat, lõgè maioris virtutis, quàm eſſet ſua lotio, Chriſtum baptiſma exhibiturum. Nam fortiorem dicit Chriſtum futurum; quod ad baptiſma referri neceſſe eſt, vt cum ſuperiori ſententia verba cohæreant. Quare ſi maior vis in baptiſmate inſtituendo à Chriſto oſtendenda erat; præſtantius baptiſma inſtituerit oportet. Quam maiorem vim ſtatim declarat dicẽs; Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto, & igni. Quaſi dicat; ego tantùm aqua baptizo, quæ corpus duntaxat tangit: neq; ea eſt vi, vt ad ſpiritum, animumque penetret: ipſe verò huiuſmodi inſtituet baptiſma, cuius virtus ad animũ imprimis redundet, gratiam Dei hominibus ſua vi conciliando. Ignẽ verò quod dicit, vel Spiritus ſanctus intelligendus eſt, ignis ſpecie Apoſtolis, & alijs Diſcipulis datus: vel ardor animi in ferendis laboribus, & ærumnis pro Chriſto. Quare Ioannis baptiſma nullam gratiam ſponte ſua mihi conciliaſſe videtur: ſed baptiſma calicum imitari ſolummodò, & rerum aliarum immundarum, cuius in lege Moyſis frequens erat vſus: quod nullam quidem gratiam conciliabat, ſed tantùm ſignificabat, reuerenter res ſacras eſſe tractandas. Vt quemadmodum ex edicto legis, labium erat æneum pro foribus tabernaculi aqua plenũ, quo lauari ſacerdotes oportebat, quoties tabernaculũ intrarẽt, aut ad aram accederẽt: eandem Ioannis baptiſma rationem habuiſſe

Cur Apoſtoli maximè curabant vt ſacramentum Confirmationis baptizatis daretur. Acto. 8.

Mat. 3.

Matthæi locus declaratur.

Ioannis baptiſma nullã gratiam ſpõte ſua conciliabat.

Apta figura Ioannis baptiſmatis. Exo. 30.

habuisse iudico, vt homines eo se cõpararent ad sanctè, & reuerenter accedendum ad Christum, aram quidem veram, in qua tantis supplicijs, & tormentis suo corpore editus, illud immensum factum est sacrificium. Verum etiam fuit tabernaculũ testimonij: nam per eum amicitiã cum Deo iungimus, firmum, & sacrosanctum fœdus ferimus. Quocirca baptisma Ioannis animum tantùm hominum apparabat, reuerentiam, & religionẽ ea ceremonia excitans ad obuiã eundũ Christo. Monebat simul ipse Ioannes, prędicabat, & denũciabat, vt quẽ admodum aqua illa corporis sordes mundabat: ita ipsi fletibus, dolore, ac pœnitentia animi sordes repurgarẽt: vt quoad eius fieri posset, haberentur idonei, qui ad altare tantum, & tabernaculum accederent, in quo omnes vt (Petrus ait) futuri sacerdotes erãt, id est, per Christũ digni, qui vota nuncuparẽt, laudis, orationisq; sacrificia facerent. Et ob eam rem ab Euangelistis, & Paulo baptisma pœnitẽtiæ vocatur. ideſt, per quod Ioannes homines ad pœnitẽtiam hortabatur. Qua de causa tam vehemens ipse fuit in vitijs reprehendendis; Genimina viperarum (aiebat) quis docuit vos fugere à ventura ira? facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Ipseq; se vocẽ esse prædicabat clamantis in deserto, parate viam Domini. & pater eius Zacharias prędixit; Tu puer propheta altissimi vocaberis, præibis ante faciem Domini parare vias eius. Quod si baptisma nostrum (vt aduersarij docẽt) ab illo fuisset institutum, ipsum nobis Christum præbere, & in animos inferre: non viam ad eum excipiendũ parare videretur. Ea enim baptismatis nostri vis, & facultas maxima est, vt Patrem, Filium, & Spiritũ sanctum ad nos venire faciat, & vt apud animos nostros mansionem faciat. Quid? nonnè per baptismum, fidem, & religionem Christi profitemur, & ei qua si nomina damus? Christus igitur, & non Ioannes esse debet huius sacramenti institutor. Iam verò Apostoli omnibus hominibus, neminem excipientes, vt baptisma susciperent, denunciabant; & quinque millia hominum Petro die Pentecostes prædicante illud acceperunt: minimè verò dubiũ est, quin aliqui fuissent inter eos à Ioanne baptizati. Quod Pauli factũ, quod suprà exactis recitaui, vehemẽter comprobat. At nullo modo licet Christi baptisma, nisi semel accipere. Dubium igitur non est, quin aliud longè sit à Ioannis baptismate. Id quod veteri Concilio Niceno decretum est. Christus (ait) cùm annum trigesimum attigisset, tum demum ad baptismum Ioannis accessit, quo ad pœnitentiam inuitabat: non quod peccata condonabat: aut adoptionis munus conferebat: nam hæc donare Ioannis non erat, ne Angeli quidem; sed eius, qui carnẽ assumpsit, qui homo factus est, Dei verbi. & clariùs Cõcilium Tridentinum. Si quis dixerit, baptismum Ioannis habere eandem vim cum baptismo Christi, Anathema sit. Sed argumẽtatur Caluinus: eadem Ioãnis, & Apostolarũ doctrina fuit, eisdemq; verbis vtrũq; baptisma celebratũ: nam Lucas loco actorũ citato, Paulum illis discipulis dixisse narrat; Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populum dicens, in eum qui venturus esset post ipsum, vt crederent, hoc est in Iesum: & Apostolos in nomine Christi baptizasse constat. Sed si Caluinus eandem Ioannis,

Quo pacto Ioannis baptisma homines apparabat.

Cur baptisma Ioannis baptisma pœnitentiæ vocabatur.

Mat. 3. Mar. 1. Luc. 3. Act. 19.

Luc. 3.

Luc. 2.

Vis baptismi maxima.

Ioan. 15.

Apostoli à Ioanne baptizatos, iterũ baptizabãt.

Concilium Niceenum.

Caluini argumentum.

Quo pacto eadem Ioannis, quæ Apostolorum doctrina fuit: quo verò pacto non.

& Apostolorum doctrinam fuisse, id est, maximè Ioannis cum Apostolorum doctrina consensisse intelligat, libenter fatemur: nam hoc sensu eadem etiam Moysis, Prophetarum, & Apostolorũ doctrina etiam fuit. Sin autem æquè explicatas de religione sententias in vtraque fuisse significet, nõ concedimus. Nam ipsi discipuli Ioannis (vt est in actis) Paulo responderunt; neque si Spiritus sanctus est audiuisse. Quod autem in nomine Christi venturi Ioannem baptizasse dicit, si putat his verbis suum baptisma Ioannem confeciſſe: non ita liquet Ioannem verbis vllis vsum in baptizãdo fuisse: nec id Pauli ad Ioannis discipulos verba declarant: sed in eam sentẽtiam accipi verba possunt, vt doceant, Ioannem baptisma suum in nomine Christi venturi præbuisse, id est, qui præpararet homines ad Christum venturum, omnes Ioanne monente per illum vt pœniterent. Mihi enim persuadeo, quod putat Dominicus a Soto; nulla baptismum Ioannis, sicuti ne circunciſionem, verba postulasse. Sed vt eisdẽ verbis, vtrosque vsos fuisse demus; nõ sequitur, idem baptisma Ioannis, & Apostolorum fuisse. Baptisma enim non ex verbis, sed virtute potiùs põderandum est. Nam dubium non est, quin idem baptisma nostrum, quod Apostolorum sit; licet alijs illi verbis, scilicet in nomine Christi; & alijs nos vtamur, scilicet in nomine patris. &c. Minimè verò pari, eadẽq; virtute (vt ex posuimus) baptismus Ioãnis, qua Apostolorũ fuit. At aduersarij dicunt, Lucas ait; venit Ioãnes in omnẽ regionem Iordanis, prędicãs baptismũ pœnitẽtię in remissionẽ peccatorũ. Quæ maior igitur virtus esse potest in baptismo nostro, quã vt per illũ peccata remittãtur? Sed nõ significat Euangelista, baptismo Ioãnis peccata remitti; sed eo signo Ioannem fuisse vsum, quò ad pœnitẽtiã, & impetrãdã lacrymis, & dolore peccatorũ veniã hortaretur, eo modo, quo declarauimus.

Ioannẽ nullis vsum fuisse verbis in suo baptismate administrando.

Baptisma nõ ex verbis, sed ex virtute ponderandũ est.

Baptisma Ioannis non remittebat peccata.

CAP. 9. *Exorcismum religionem habere.*

SEquitur vt de ijs, quæ baptismo accidunt, neque ad eius naturam pertinẽt paucis disseramus. Catechismum aduersarij non inutilem, sed necessarium esse docent: contemnunt tamen, & abijciũt exorcismum non aliqua ratione, aut probabili argumento, sed qua solent temeritate ducti. Verùm vt nullam vtilitatem aliam exorcismus afferret, nisi vt magna ceremonia baptisma fieret, maximè necessarius erat. Nam vel barbarę, & nimis à vera religione alienæ nationes, res sacras, quas plurimi fieri volebant, maxima cum ceremonia tractabãt: hoc enim modo vehementiùs cõmendantur, & altius humanis mentibus imprimuntur. Cùm verò baptismus res tanta sit, quanta nemo dicendo assequi potest, per quem iterum homines nascuntur, filijque non hominum, sed Dei existunt: magno cultu, magna ceremonia celebrari, & illustrari debet. Præsertim cum hæ ceremoniæ non solùm magnam religionem habeant, sed etiam multam vim ei, qui baptizandus est, suppeditent, vt ea præstare possit, quorum causa adhibentur. Ea enim excellentissima potestas Dei summo beneficio in Ecclesia est, vt eas ceremonias valeat instituere, quæ nõ modò signi-

Exorcismus necessarius est vt magna ceremonia baptisma fiat.

Baptismus magna est.

Exorcismus virtutẽ præstat.

Potest Ecclesia ceremonias instituere quæ rerũ quas significant causæ sint.

dò significent, sed etiam rerum quas significant, per se, viq; sua causæ sint: sed quoniam has ceremonias nouas, nuperq; à nobis inuentas aduersarij dicunt, ab antiquis ductas esse temporibus, clarissimorũ, & antiquissimorum virorum testimonio probemus.

Vuirtembergenses.

Vuirtembergenses, abrenunciationẽ Sathanæ, quæ fit, antequam homo baptizetur, irridենt. Illius tamen meminit Ambrosius in commentarijs Epistolæ ad Colossenses. Illis (ait) homo vetus deponitur, & nouus assumitur, peccatis moritur, vt viuat iustitiæ, elementis abrenunciat, vt Christo societur, resurrectionis futuræ tenens pignus, exemplo saluatoris, qui resurrexit ex mortuis. Salem vero imponi solitum baptizandis refert Conciliũ Carthaginẽse. 3. Canone. 5. cui adfuit Diuus Augustinus. Aquam verò consecrari narrat Dionysius Apostolorũ æqualis. At vbi fontis (ait) aquã sanctis inuocationibus sanctificauerit, ternaq; sacrosancti olei dilutione crucis in speciem cõsecrarit; & vbi ad ternã illã sanctissimam sancti olei insperſionẽ sacrã, illud prophetarũ Dei spiritu afflatorũ canticũ insonuerit, virũ illum baptizandũ iubet accedere. Idem Ecclesiasticę hierarchiæ. c. 2. vnctionis mentionem facit. Ille sacro sancto (ait) consignat oleo, quod diuinissima operatur charismata, atq; sacrosanctissimę Eucharistiæ cõmunionẽ præbet. Vestis cãdidę mentionẽ facit Ambrosius, lib. 1. de ijs, qui mysterijs initiãtur. Accepisti (ait) post hæc vestimẽta candida, vt esset indiciũ, q exueris inuolucrũ peccatorũ, indueris innocentiæ casta velamina. Quare non recẽtes, sed antiquissimæ hæ nostræ ceremoniæ, quibus celebramus baptisma sunt.

Ceremonias quibus celebratur baptisma nõ esse recenter inuentas.

Ambrosius.

Conciliũ Carthaginense.

Dionysius.

Ambrosius.

CAP. 10. Confirmationem esse sacramentum.

SEd cùm Christiani per baptismũ nascamur, & vt Paulus ait, tanquã paruuli in Christo simus: aliud fuit sacramentum necessarium, per quod robur Christianæ accedat ætati: quod nos Confirmationem; antiqui consignationem appellârunt. Illud tamen Luterus, Caluinus, Brentius, & cæteri aduersarij omnes irridենt, & pro nihilo ducunt. At planè quidem sacra scriptura docet, post susceptum baptismum alio præterea signo ad Christianos confirmãdos Ecclesiam fuisse religiosè vsam: quo impresso signo maiorem Spiritus sancti vim christiani viri experiebãtur. Narratur enim in actis, cùm audissent Apostoli qui erant Ierosolymis, quòd accepisset Samaria verbum Dei, miserunt ad illos Petrum, & Ioãnem; qui cùm venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperẽt Spiritum sanctum: nondum enim in quenquam illorum venerat; sed baptizati tantùm erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebãt Spiritum sanctum. Et Actorum. 19. capite legimus, quòd cùm Paulus cognouisset discipulos quosdã Ioannis solùm baptismate ablutos esse, postquam eos Christi baptismate abluisset, eis deinde manus imposuisse, quo fuisse factũ, vt Spiritus ad eos sanctus venisset, varijsq; statim linguis locutos, ac prophetasse. Dubiũ igitur non est quin illa manuũ impositio, de qua vtroque loco mẽtio fit, aliquod significaret mysterium, aliquod & sacramentum contineret. Quæ si pro nihilo habenda, inutilisque esset; cur tam

Per cõfirmationem robur Christianæ ætati accedit.

Luterus, & Caluinus, & Brentius irridենt Confirmationem.

Act. 8.

Alio signo quam baptismate ad christianos cõfirmãdos Ecclesiã constat olim fuisse vsam.

Act. 19.

Magna confirmationis vis.

ſanctè poſt baptiſmum fiebat? cur nō ad baptiſmum, ſed ad illam manuū impoſitionem Spiritum ſanctum veniſſe legimus? Quid opus etiam erat, ſi non magnam religionem hoc ſignum haberet, Apoſtolos Ieroſolymis in Samariam veniſſe, vt huiuſmodi ſignum adhiberent? Cur Philippus Diaconus, qui baptizauit Samaritanos, hoc ſigno non fuit vſus, ſed Apoſtolos expectauit? Ex quibus rebus benè concluditur; ſignum illud manuum impoſitionis, magnam priſtinis temporibus religionem habuiſſe. nō igitur oportebat breui perire. Sed nos pro ſacramento Confirmationis Apoſtolis fuiſſe putamus ſanctè, & religioſè credimus. Iam verò ſi diſcipulis, qui Chriſti baptiſma ſuſceperāt, ipſum magiſtrum per tres annos audiuerant, valde cum illo familiariter communicauerāt, maioribus Dei præſidijs, & auxilijs opus fuit ad Euāgelium promulgandum, magnos labores tolerandos, ingentes ærumnas æquo animo ferēdas: Illis enim Chriſtus, vt Lucas auctor eſt, præcepit, ab Ieroſolymis ne diſcederent, ſed expectarent promiſſionem patris, quam audiſtis (inquit) per os meum; quia Ioānes quidem baptizauit aqua; vos autē baptizabimini Spiritu ſancto nō poſt multos hos dies. Quid ergo nobis infirmis, & imbecillis erit, qui tantum non habemus magiſtrum, ſi nulla maiori virtute augeamur, quàm ea, quæ nobis eſt per baptiſmum tributa? Aliquod igitur ſacramentum in Eccleſia conuenit eſſe, quod robur, & virtutem hanc Chriſtianis præbeat: cuiuſmodi Confirmationis ſacramētum eſt. Quod omnium Eccleſiarum conſenſu ſanctum, & religioſum fuiſſe habitum, declarat de hac re quæſitus Fabianus Pontifex maximus, ac Martyr clariſsimus, Sancti (inquit) chriſmatis confectio per ſingulos annos agenda eſt: & de anno in annum renouanda, & fidelibus tradenda. Quia nouum ſacramentum eſt, per ſingulos annos, & iam dicto die innouandum, & vetus in ſanctis Eccleſijs cremandum. Iſta à ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorū accepimus, vobiſque tenenda mandamus. Hæc ſancta Romana Eccleſia, & Antiochena à tempore Apoſtolorum cuſtodit: hęc Ieroſolymarū, & Epheſinorum tenet; in quibus Apoſtoli præſidentes hæc docuerunt, & vetus chriſma incēdi, & nō amplius, quàm anno vti permiſerunt, atque deinceps nouo frui, & non veteri iubentes docuerunt. Quare dubiū non eſt, quin Confirmatio ſacramentum ſit, quod Dei gratiam conciliet, & multis partibus augeat. Quod ne cōmentum noſtrum aduerſarij eſſe iactent; iam inde à primis Eccleſię temporibus in magnam religionem veniſſe oſtendemus. Nam chriſmatis, quod huius ſacramenti materiā nos eſſe dicimus, quam Brentius impius deſpicit, maledictis, conuitijſque vexat, mentionem facit Dionyſius. c. 7. hierarch. magnamque apud Apoſtolos veneratione habuiſſe teſtatur. Cyprianus lib. 1. Epiſt. 12. ait, Vngi quoq; neceſſe eſt eū, qui baptizatus ſit, vt accepto chriſmate, ideſt, vnctione, eſſe vnctus Dei, & habere in ſe Chriſti gratiā poſsit. Baſilius ad Amphilochium ca. 27. Conſecramus (inquit) aquā baptiſmatis, & oleum vnctionis. Auguſt. li. 15. de Trinitate. c. 26. Benedicimus ait, aquā baptiſmatis, & oleū vnctionis. De toto ſacraméto li. 2. cōtra literas Petiliani dicit, in genere viſibiliū ſigno-

Manuū impoſitio pro ſacramēto Confirmationis ſunt Apoſtolis.

Act. 1.

Omnium Eccleſiarū conſenſu religioſa ſemper habita fuit confirmatio.

Fabianus Papa.

Brentius.

Dionyſius.

Baſilius.

Auguſtinus.

signorum, sacramentum chrismatis sacrosanctum esse, sicut baptismum. Sed huius sacramenti virtutem luculenter declarat Melchiadis papa, qui proximè Syluestrũ antecesit, in epistola ad Hispaniarum episcopos. Et refertur de consecratione dist. 5. canone de his. De his (inquit) super quibus rogastis vos informari, ideſt, vtrũ maius esset sacramentum, manus impositio episcoporum, an baptismus; scitote, vtrumque magnum esse sacramentum. Et sicut vnum à maioribus fit, ideſt à summis pontificibus, quod à minoribus perfici non potest: ita & maiori veneratione venerandum, & tenendum est. Sed ita coniuncta sunt hæc duo sacramenta, vt ab inuicem, nisi morte præueniente nullatenus possint segregari; & vnum sine altero ritè perfici nó potest. Nam vnum præueniente morte, saluari sine altero potest: aliud autem non potest. vnde scriptum est; In diebus illis dicit dominus, effundam de spiritu meo super omnem carnem. Aduertamus summas diuitias bonitatis Dei, quod in confirmãdis neophytis manus impositio tribuit singulis; hoc tunc Spiritus sancti descensio in credentium populis donauit vniuersis. Sed quia diximus, quod manus impositio, & confirmatio ad baptismi perfectionem pertineat: & qui iam regeneratus in Christo est, cõfirmare aliquid possit; fortè cogitat sibi aliquis: Quid mihi prodest post mysterium baptismatis, mysteriũ confirmationis? Aut quantùm video, non totum de fonte suscepimus, si post fontem adiectione noui generis indigemus. Non ita dilectissimi; attendat charitas vestra sicut exigit militaris ordo, vt cùm Imperator quenquã in militum recepe-

Melchiadis Papa.

Baptisma & confirmatio valde sunt inter se coniuncta ex verbis Melchiadis.

rit numerum, non solùm signet recep-
ptum, sed etiam armis competentibus instruat pugnaturum: Ita in baptismo, benedictio illa munitio est. Dedisti militem, da ei adiumentum militiæ. Nunquid prodest si quisquã parentum magnam pupillo conferat facultatem: nisi prouidere studeat & tutorem? Itaque paracletus regeneratis in Christo, custos, & cõsolator, & tutor est. ideo dicit sermo diuinus: Nisi dominus custodierit ciuitatem frustra vigilat, qui custodit eam. Ergo Spiritus sanctus, qui super aquas baptismi salutifero descendit lapsu, in fonte plenitudinem tribuit ad innocentiam, in confirmatione augmentum præstat ad gratiam. Et quia in hoc mundo totam ætatem victuris inter inuisibiles hostes, & pericula gradiendum est; in baptismo regeneramur ad vitam, post baptismũ confirmamur ad pugnam. In baptismo abluimur; post baptismum roboramur. At si continuò transituris sufficiant regenerationis beneficia; victuris tamen necessaria sunt confirmationis auxilia. Regeneratio per se saluat mox in pace beati seculi recipiendos: confirmatio autem armat, & instruit ad agones mundi huius, & prælia reseruandos. Qui autem post baptismum, cum acquisita innocentia immaculatus peruenit ad mortẽ: confirmatur morte: quia non potest peccare post mortẽ. Eusebius etiam, qui ante Melchiadem fuit; Manus impositionis sacramentum (ait) magna veneratione tenendum est, quod ab alijs perfici non potest nisi à summis sacerdotibus. Nec tempore Apostolorum ab alijs, quàm ab ipsis Apostolis legitur, aut scitur peractum esse: neque ab alijs, sicut iam dictum est,

Quid emolumenti christiadis afferat confirmatio ex verbis Melchiadis.

Eusebius.

Quis sit confirmationis minister ex verbis Eusebij.

quam ab illis, qui eorum locũ tenent, vnquam perfici potest, aut fieri debet. Nam si aliter præsumptum fuerit, irritum habeatur, & vacuum, nec inter Ecclesiastica vnquam reputabitur sacramenta. Et ijs antiquior Vrbanus ait; omnes fideles per impositionem Episcoporũ Spiritum sanctum post baptismum accipere debent, vt plenè Christiani inueniantur: quia cùm Spiritus sanctus infunditur, cor fidele ad prudentiam, & constãtiam dilatatur. Temerarij igitur aduersarij nostri sunt, qui tam veterem Ecclesiæ morem contemnũt, & sublatum iri volunt, quique præclarissimorum virorum auctoritati resistunt. Nec mouere nos multũ debet, quod Brẽtius obijcit, huius sacramenti institutionem in sacris literis non inueniri: multa enim Christus docuit, multa Apostoli tradiderunt, quæ sacris literis non sunt consignata, sed per maiorum nostrorum manus ad nostra vsque tempora traducta. Id quod Paulus testatur; Quę audisti (inquit) à me per multos testes, hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt alios docere. Quod argumẽtum multis libro nostro primo persecuti sumus. Et sanctus Fabianus Pontifex maximus tradit, hoc sacramentum in die cœnę à Christo fuisse institutũ: ait enim; Cura est vestræ solicitudini adhibenda, vt ea, quę sunt ab Apostolis, eorumque successoribus ordinata, & instigante sancto Spiritu instituta, neque dissimulatio negligere, nec aliqua præsumptio valeat perturbare. In illa enim die cœnæ dominicę Dominus Iesus postquam cœnauit cum discipulis suis, & lauit eorum pedes (sicut à sanctis Apostolis prædecessores nostri acceperunt, nobisque reliquerunt) chrismа conficere docuit. Ipsa enim lauatio pedum, nostrum significat baptismũ, quando sancti chrismatis vnctione perficitur, atque confirmatur. Nam sicut ipsius diei solennitas per singulos annos est celebranda: ita ipsius sancti chrismatis confectio per singulos annos est peragenda. Sed rursus Caluinus, & Brentius nos vrgent quærentes, vbi est verbum Christi gratiam suam inituros recipientis eos, qui sacramentum hoc susceperint? Sed in eadem isti semper salebra hærent: perinde quasi non alia via, quàm per sacras literas nobis Christi promissa constent. Constant tamen, (vt diximus) & per traditiones maiorum, & per conciliorum decreta. Ostendimus autem ex Decreto Fabiani quo tempore fuerit sacramentum hoc institutũ. Verbum autem Christi promittẽtis, gratiam Dei huius sacramenti signo, eos qui eo fuerint vsi conciliaturos, est in illis Euangelij locis, quibus Christus Spiritum sanctum promittit se missurum. Nam gratia, quam sacramentum conciliat, similis eius est, quæ fuit Apostolis, & discipulis in die Pentecostes collata, scilicet ad roborandos, & confirmandos animos, & planè viriles faciendos. Id quod ea loca, quæ paulò antè ex actis citauimus, apertè declarant, cùm ad manus impositionem Apostolorũ Spiritus sanctus in die Pentecostes apparuisse narratur. Quare verbum Christi gratiam propter hoc sacramẽtum promittentis est apud Ioannem; Ego rogabo patrem (ait) & alium paracletum dabit vobis, vt maneat vobiscum in ęternum, spiritum veritatis, quem mundus non potest accipere.

Brentij argumentum.

Multa Christus & Apostoli docuerunt quæ sacris literis nõ sunt consignata.

2. Tim. 2.

Fabianus.

In die cœnæ cõfirmatio à Christo institutа fuit.

Chrisma singulis annis conficiendum est ex verbis Fabiani, Caluini & Brentij argumentum.

Aliavia quã per sacras literas nobis Christi promissa constat

Quibus verbis explicet Christus confirmationis vim.

Cõfirmatio similem gratiam præstat eius quæ Apostolis in die Pentecostes collata fuit.

Ioan. 14.

pere. Non relinquam vos orphanos veniam ad vos: & alio loco; Cùm venerit paracletus, quem ego mittam vobis à patre. & apud Lucã. Ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoadusq; induamini virtute ex alto. & alio loco; Accipietis virtutem Spiritus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & omni Iudæa, & Samaria, & vsque ad vltimum terræ. Quam promissionem non solùm ad Apostolos & discipulos: sed ad omnes etiã christianos pertinuisse perspicuè Petrus declarat dicẽs; Baptizetur vnusquisque vestrùm in nomine domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum Spiritus sancti: vobis enim est repromissio, & filijs vestris, & omnibus qui longè sunt. Sed cur Christus hoc sacramentum nemini exhibuerit, ne nobis adeo aduersarij nostri infesti sint, omnia ad ea quæ Christus gessit reuocantes; ipsemet Christus altissimis ex causis exponit dicẽs; Expedit vobis, vt ego vadam. Si enim non abiero paracletus non veniet ad vos: si autem abiero mittam eum ad vos. Et Ioãnes alio loco. Nondũ erat spiritus datus, quia Iesus nõdum erat glorificatus. Cum igitur per hoc sacramentũ detur Spiritus sanctus, non erat administrãdũ quousque Christus in cœlos ascenderet. Verbum certum etiam, & constans promissionis, & institutionis sacramenti huius est in Concilio Florentino dicente. Secũdum sacramentum est cõfirmatio, cuius materia est chrisma confectum ex oleo, quod nitorem significat conscientiæ, & balsamo, quod odorem significat bonæ famæ, per Episcopum benedicto. forma autem est: signo te signo crucis, & confirmo te chrismate salutis in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. ordinarius minister est Episcopus, & cùm cæteras vnctiones simplex sacerdos valeat exhibere, hanc non nisi Episcopus debet conferre, quia de solis Apostolis legitur, (quorum vicem tenent Episcopi,) quod per manus impositionẽ Spiritum sanctum dabant. Loco autem illius manus impositionis datur in Ecclesia confirmatio. Legitur tamen aliquãdo per Apostolicæ sedis dispensationem ex rátionabili, & vrgẽte admodùm causa simplicem sacerdotẽ chrismate per Episcopum confecto, hoc administrasse confirmationis sacramentum.

Effectus autem huius sacramenti est, quia in eo datur Spiritus sanctus ad robur, sicut datus est Apostolis in die Pentecostes, vt christianus audacter Christi cõfiteatur nomen: ideoque in fronte, vbi verecundiæ sedes est, confirmandus inungitur, ne Christi nomen confiteri erubescat, & præcipuè crucem eius, quæ Iudæis est scandalum, gentibus autem stultitia; propter quod signo crucis signatur. Decretum etiam de hac re in Concilio Tridentino fuit his verbis; Si quis dixerit, confirmationem baptizatorum ociosam ceremoniã esse, & non potiùs verum, & proprium sacramẽtum: aut olim nihil aliud fuisse, quã catechesim quandam, qua adolescentiæ proximi, fidei suæ rationem coram Ecclesia exponebant, Anathema sit. Si quis dixerit, iniustos esse Spiritui sancto eos, qui sacro confirmationis chrismati virtutẽ aliquam tribuunt, Anathema sit. Si quis dixerit, sanctæ confirmationis ordinariũ ministrum non esse solum Episcopum, sed quamuis simplicem sacerdotem,

Ioan. 15.
Lucæ. 24.
Act. 1.
Act. 2.
Cur Christus confirmationem non exhibuerit.
Ioan. 16.
Ioan. 7.
Concilium Florentinum.

Forma confirmationis ex verbis Concilij Florentini.

Ex dispensatione simplex sacerdos est confirmationis minister.

Effectus confirmationis.

1. Cor. 1.

Concilium Tridentinum.

Vuitembergenſes.

dotem, Anathema ſit. Sed Vuitebergenſes dicunt, horrendum eſſe quod Melchiadis aſſeuerat, confirmationem dignitate baptiſmũ vincere. At ipſe verbis prædictis optimè vtriuſque naturã, & dignitatem expoſuit, præſertim paucis illis, quibus dicit; At ſi continuo tranſituris ſufficiant regenerationis beneficia, victuris tamen neceſſaria ſunt confirmationis auxilia. Duabus autem ex partibus excellere videtur confirmatio: tum quòd præſtantiorem miniſtrum requirat. Non enim niſi ab Epiſcopo, vt ſanctum Concilĩ Tridentinum expoſuit, adminiſtrari poteſt; baptiſma verò ab alio quocunque homine: tum in eo præſtat, quòd homines perfectos ſua vi faciat, & ad virilem ætatem perducat. Baptiſmate verò quaſi Chriſto naſci, & infantes eſſe videmur. Sed alijs ex partibus vincit dignitate baptiſmus cõfirmationem; quòd ſit omnium ſacramentorũ fundamentum: quòd gratiam ſua vi conciliet: confirmatio verò tantùm ſua vi augeat: quòd ſit ſua natura ad ſalutem obtinendam neceſſarius: confirmatio tantùm vtilis. Sed dicunt aduerſarij, licet Apoſtolis manus imponentibus Spiritus ſanctus apparuerit, id tamen ſic intelligendum eſt, non quòd gratia, & virtute augeret; ſed quòd linguarum peritiam, & prophetandi vim potiùs præberet, qui effectus cùm minimè iam per hoc ſacramentum conſtent, nulla huic ſigno vis reliqua eſt. At ſi non gratiam ſua vi aduentus Spiritus ſancti, & virtutes omnes maiores faceret; minimè Chriſtus Apoſtolis, & diſcipulis imperaret, ne promulgarent, & populis Euangelium exponerent, ſed ſe in ciuitate contineret, quouſq; (vt Lucas ait) induerẽtur virtute ex alto. Exeuẽtis etiam id optimè ponderari poteſt. Petrus enim licet eſſet, antequam Spiritus ſanctus veniret, ſacro ablutus baptiſmate, Chriſtoq; familiariter diu multos fuiſſet vſus: vnius tamen mulieris metu perculſus, eum, quem tam ardenter amabat, in graui diſcrimine cõſtitutum, pueriliter abnegauit: poſteà verò quàm Spiritus ſanctus venit, neque Imperatores Romanos formidabat, neq; vlla minarum, aut tormentorum vi auocari à Chriſti confeſsione potuit: cęteriq; Apoſtoli ante aduentum Spiritus ſancti omnes relicto eo fugerunt, vt Matthæus narrat. Poſt aduentum verò Spiritus ſancti, millies potiùs vitam effudiſſent, quàm ſemel illum deſererent. Non ſolùm igitur linguarum ſciẽtia Apoſtolos Spiritus ſanctus imbuebat: ſed etiam eorum animos magna virtute muniebat. At faciant (aduerſarij dicunt) aliud ſacramentum ex impoſitione ſudariorũ, quòd (vt Lucas narrat) morbis nonnulli liberati ſunt, Pauli ſudarijs impoſitis. Sed ſudaria non vi ſua, ſed Pauli meritis morbos curabant: hoc verò ſacramentum vi ſua mẽtibus ſalutem affert, vt à maioribus noſtris accepimus, & ex Conciliorum decretis intelleximus, & ex ipſa manus impoſitione in ſcriptura accidiſſe narratur. At Caluinus Donatiſtas nos eſſe criminatur, qui vim ſacramenti, ex miniſtri dignitate ponderabant, quòd Concilia huius ſacramenti miniſtrum ſolum Epiſcopum eſſe decernant. At multùm inter nos & Donatiſtas differt: nos enim eum miniſtrum poſtulamus, qui poteſtatem habeat hoc munus præſtãdi; non eum, qui magna ſit virtute, ac ſanctitate præditus, vt Donatiſtæ opus eſſe dicebant.

Et gratiam & virtutes maiores ſua vi confirmatio facit.

Luc. 24.

Act. 19.

Caluini criminatio.

Qualem miniſtrum confirmatio poſtulet.

dicebant. Certum igitur, & exploratum sit, confirmationem verum sacramentum esse.

CAP. 11. *Verum corpus, & sanguinem Christi in sacramento Eucharistiæ esse.*

Eucharistiã cibũ esse quo vita christiana propagatur.

DE christiano puero, viróque verba fecimus: nũc agamus de cibo, quo christiani vita propagatur. Qua de causa Eucharistiæ sacramentum institutum est, vt omni ratione esset vita christiana, sicut vita naturalis munita; omniaque suppeterent, quæ ad vitam cum pietate, & religione colendam pertinerent. Sicut igitur potio, & cibus instaurat, quod calor in nobis naturalis consumit: ita diuinum hoc sacramentum damna restituit, quæ suis aculeis libido infesta vitæ christianæ infert. Quare non minùs necessarium hoc sacramentũ vitæ Christianæ esse videtur, quàm cibus vitę naturali. Et vt diabolus omni ratione Christianam religionem labefactare conatur: ita & hoc excellentissimum sacramentum conuellere. Siquidem nullam rem esse in christiana religione puto, in qua plures sint errores, & magis pernicioſi versati. Nestorius, sicut duas in Christo personas esse finxit, ita negauit Dei corpus, & sanguinem in hoc sacramẽto esse. Armenij, Berengarius, Almaricus, Ioãnes Vuicleph; & hoc æuo nostro Ioãnes Oecolampadius, Caluinus, Buzerus, & sacramentarij, qui vocantur hæretici, asseuerare audent, corpus, & sanguinem Christi non magis in hoc sacramento esse, quàm in alio quocunque pane; modòque signum esse dicunt, & quandam quasi figuram, & imaginem corporis Christi. In eundem errorem OEcolampadius hæreticos eos induxit, qui nunc Tropistæ vocantur. Eadem etiam ducti sunt hæresi Significatiui, affirmãtes esse tantùm in hoc sacramẽto corporis Christi signum. Ita enim Zuinglius scribit in multis suis de cœna domini libris. Energici verò tradunt, non corpus, sed corporis vim in hoc sacramento esse. Ita enim Caluinus in multis libris scribit. Et Philippus Melancton, vt idem Caluinus testatur, & Arrhabonarij docent, in sacramento dari quasi quẽdam arrhabonem, & pignus hæreditatis æternæ, non Christi corpus, & sanguinem. Sic Franciscus Stancarus in Polonia docet, & Transyluania. Qui omnes aduersarij concidunt, si probemus ex fidei nostræ principijs, verum Christi corpus in hoc sacramento esse. Quod quidem apertè docent illa verba, quæ Matthæus Christum dixisse narrat, cùm in vltima cœna hoc sacramentum instituit. Accipite, & comedite; hoc est corpus meũ. & Lucas adiũgit; quod ꝓ vobis datur. De sanguine verò Matthæus, & Marcus dicunt; Bibite ex hoc omnes, hic est sanguis meus noui testãmenti. Vt igitur illa vera sint verba, Hoc est corpus meũ, Hic est sanguis meus, oportet ibi corpus esse, & sanguinem Christi. At dicit OEcolampadius, & reliqua hæreticorum fex, tropo, & figura Christũ fuisse vsum: propriè tamen dicitur, hoc significat corpus meum; & hic calix significat sanguinem meum. Sicut quando dixit; Ego sum vitis vera, & de Ioanne loquẽs dixit: Ipse est Elias. Et Paulus; Petra autem erat Christus. Sed isti nefarij homines planè scripturas eludunt,

Eucharistia damna restituit quæ libido infert.

Plures in Eucharistia versantur errores.

Nestorij hæresis.

Armeniorũ, Berengarij. Almarici. Vuicleph. OEcolampadij.

Caluini. Buzeri. Sacramentariorũ hæresis

Tropistæ.

Significatiui

Zuinglius.

Energici.

Melancton.

Arrhabonarij.

Fräciscus Stãcarus.

Matt. 26.

Luc. 22.

Marc. 14.

OEcolampadij & aliorũ tergiversatio.

Heretici scripturas eludunt & incertas faciunt.

dunt, & lubricas sanè faciunt, & incertas. Quæ enim tam clara, tam facilis, & explicata proponetur oratio, quæ hac ratione in aliam longè diuersam sententiam non conuertatur? Fatemur tropos, & figuras in diuinis esse respõsis: multa tamen propriè, simpliciter, & sine vlla figura, vt est aliorum hominum sermo, dicũtur. Nulla verò in vniuersa sacrosancta scriptura propositio notabitur, quę, quã tùm ex antecedẽtibus, & consequentibus conijci licet, propriùs, & simpliciùs, quàm illa verba, quę dixi, enũcietur. Ex vulgari enim, & familiari sermone, omnis oratio illa composita est, ait enim Matthæus; Cœnantibus illis accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; discipulis suis, & ait. Accipite, & comedite: hoc est corpus meum. Et accipiens calicem, gratias agens, dedit illis dicens, Bibite ex hoc omnes, hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionẽ peccatorum. Quæ narratio, castior, planior, & simplicior induci posset? in qua ne minimum quidem tropi, figuræq;, vestigium reperitur. Si Christus, quæ nos intelligimus, significare voluisset, quibus clarioribus, & accõmodatioribus verbis vteretur? Diceret (ait) Buzerus; in hoc est corpus meum. Sed nonne id etiam hac eadem ratione eludi posset? Nam exponeret OEcolampadius, in hoc pane est signum corporis mei. Et cur non planiùs dicitur, si corpus suum porrigat ad comedendum; accipite, & comedite, hoc est corpus meum? id est, hoc quod vobis comedere præcipio, est corpus meum: quam si diceret in hoc est corpus meum, nam hac dicẽdi ratione non ita planè sicut illa superiori significatur, quod nobis ad comedendũ datur, & quod pro cibo nostro proponitur, esse Christi corpus. Possemus eñ dubitare si diceret, accipite, & comedite, in hoc est corpus meũ: an iuberet comedere id, in quo corpus est; vel id, quod corpus est, & ita relictus esset aptior Lutero locus ad probãdã impiã hæresim suã, scilicet panẽ cum corpore Christi simul esse: nam exponeret, in hoc pane, quẽ comeditis est corpus meũ. Quare dubiũ nõ est, quin multò facilioraverba hæc sint, ad sententiã nostrã significandã, quã illa, quæ Buzerus desiderat. Ac proinde nulla clariora verba in sententiã nostrã edi potuisse. Cur igitur ab insanis hominibus istis irridemur, stulti, & superstitiosi apellamur, quòd in eam partẽ verba hęc accipiamus, quæ vt nobis declararetur, clariora verba adhiberi nõ poterãt? Illa verò loca, quæ profert OEcolãpadius, quorũ simile locũ hũc esse dicit, lõgè diuersa sunt. Nã in hoc nullũ (vt expositum est) tropi indiciũ apparet. Illa verò ita scribũtur, vt ex adiũctis facilè figura, & improprius sermo deprehẽdatur. Ait enim Christus: Ego sum vitis, & vos palmites. Sicut cõstat apertè nos propriè palmites non esse: ita ex hoc intelligitur, Christum propriè nõ esse vitẽ. Deinde planiùs metaphorã declarãs subijcit; Sicut palmes nõ potest ferre fructũ à semetipso, nisi mãserit in vite: ita & vos, nisi mãseritis in me. Cùm igitur Christus similitudinẽ interpretetur, planissimè constat, verba illa rerũ nõ veritatem, sed imaginem cõtinere. Illud autẽ Pauli; Petra autẽ erat Christus: quod etiã affert OEcolãpadius; ex eo, quod Hebręam linguã ignoret, accidisse videtur. Nã si illã attigisset, intelligeret familiare

Matthæi Marci & Lucæ loca declarantur.

Buzeri tergiuersatio.

Plauius dicitur, hoc est corpus meũ, quã in hoc est corpus meum ad significãdũ quod eccle sia intelligit.

In locis quibus tergiuersatur OEcolampadius simile improprius sermo cognoscitur.

1. Cor. 10.

Pauli locus declaratur accuratè.

Hebrai Deũ rupem & petram appellant.

miliare Hebræis eſſe, Deũ rupẽ, & petrã appellare; q̃ tutiſsimũ præſidium ſit eis, qui ad eum cõfugiũt. Ita Deute-
Deut. 32. ronomij. 32. in carmine Moyſis; vbi nos legimus, Dei perfecta ſunt opera, nomini Dei in Hebræo reſpõdet צור *zur* quod propriè petrã ſignificat. Idẽ
Pſal. 17. verbum eſt Pſal. 17. vbi nos dicimus, Deus meus adiutor meus, & ſperabo in eum: Hebraicè eſt Deus meus צורי *zuri* petra mea ſperabo in eũ. Et paulò antè, vbi nos habemus, Dominus firmamẽtũ meũ; Hebraicè legitur סלעי *çalhi* rupis mea. ad quã dicendi rationẽ Paulus alludit, q̃ ei nõ minùs familiaris Hebraica lingua, quàm Græca fuerit. Ex quo intelligitur, ſine vlla dubitatione hoc loco metaphorã eſſe, &

Petra deſerti Chriſtũ retulit.

ambigua nominis ſignificatione Paulũ vſum declaraſſe, petrã illã deſerti, Chriſtũ verã petrã, id eſt, tutiſsimum omniũ hominũ præſidiũ, & verũ fontẽ aquæ viuæ retuliſſe. In illis etiã ver-
Ioan. 1. bis; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi, manifeſta metaphora, &

Ioannis locus declaratur.

alluſio eſt ad agnũ, quẽ quotidiè populus Iſrael ſacrificabat, & cuius ſanguine populus in AEgypto cæde vaſtãtis Angeli liberatus eſt. Ecce igitur agnus Dei, id eſt, agnus, quẽ nobis dat Deus, cuius ſacrificio perfectè peccata noſtra expiabimus, & Dei à nobis iram deprecabimur. Vt igitur notiſsimum eſt agnum, quem tanta ceremonia populus antiquus ſacrificabat, Chriſti imaginem, & figuram fuiſſe: ita notiſsima verbis his figura,
Matt. 11. & tranſlatio eſt. In illo autem loco; Ipſe erat Elias; multa ſunt, quæ tropi coniectura faciunt. primùm, quod ſtatim Chriſtus ſubiecit, Elias qui venturus eſt. Elias verò quem ante primum Chriſti aduentum Malachias venturũ prædixit, de quo & Chriſtus

Matthæi locus declaratur.

dicit, ipſe erat Elias; non idẽ erat Elias, qui ante fuerat: ſed eodẽ munere vir. Sed illũ tropum planiorem facit, ſic vt nemo poſsit dubitare, quod Chriſtus deinde dicit, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod quidẽ Chriſtus nunquã addit, niſi quando allegoria, aut alia obſcura dicendi ratione vtitur, quæ maiorẽ attentionẽ, & ſubtiliorẽ conſiderationem requirat; vt apud Matthæum poſt parabolam ſeminan- Matt. 13.
tis: ſæpeque in Apocalypſis ſecũdo, & tertio capite. At in eo loco à nobis citato, nulla ex antiquo more ſumpta metaphora, nullũ tropi veſtigiũ, ſed totus planus, caſtus, familiaris, & ſimplex ſermo eſt. Non eſt igitur cũ illis ab aduerſarijs citatis cõparandus, ſed ſimpliciter, & planè, & ſine figura vlla intelligendus. Quocirca abſurdiſsima eſt, & ab hoc loco maximè aliena explicatio, quã reddit Buzerus; Hoc *Buzeri abſurda explicatio verborum Chriſti.*
eſt corpus meum. id eſt, hic panis eſt corpus meũ. Sed ſpiritualiter: vt ſicut corpore panis; ita mente edatur corpus Chriſti. Sed in quẽ aliũ ſacroſanctæ ſcripturæ locũ ſimilẽ explicationẽ cõuenire oſtendit: aut quo exẽplo nobis perſuadere conatur, non ſomniũ, atq; cõmentum, ſed probabilem & apparentẽ ſcripturæ explicationẽ eſſe? Iſto tamen nos exemplo imbuti, ridiculas, & abſurdas propoſitiones affirmare poſſemus. Baptiſmũ dicere mus eſſe corpus Chriſti, & ſanguinẽ, ſpiritualiter tamen; vt ſicut corpore baptiſmo, ita mente corpore, ac ſanguine Chriſti abluamur. Idẽ chriſmati, oleo vnctionis, matrimonio cõmẽtũ accõmodare poſſemus; quia in omni externa ſacramentorũ materia aliquid virtute corporis, & ſanguinis Chriſti mẽte gerendũ repręſentatur. Tũ ſi verba hæc, vt Buzerus interpre-

tatur,prẽcepti,aut cõſilij,nõ efficiẽdi vim habẽt:interpretatur eñ, vt ſicut corporepanis,ita mẽte edatur corpus Chriſti:panẽ quẽcũq; vulgarẽ,carnes etiã,& alia eſculenta, & poculẽta omnia, conſuleremus vt corpus, & ſanguis Chriſti eſſent.id eſt,vt corpore illa,ita mente edatur corpus Chriſti,& 1.Cor.10. ſanguis eius bibatur. Ita enim Paulus monet:ſiue ergo mãducatis,ſiue bibitis,vel aliud quid facitis,omnia in gloriam Dei facite. Abſurdiſsima igitur hæc Buzeri explicatio eſt.His,& ſuperioribus argumẽtis refellitur interpre- *Roberti abſurda explicatio.* tatio Roberti, quã ponit in gloſſema te,quod vocãt ordinarium,quod Geneuæ edidit, ad quã à vera religione deficiẽs cõfugit.Panẽ (ait)corpus ſuũ vocat:q̃ certò teſtetur, nobis exhiberi corpus ſuũ, quod figurat: vel quia dominus viſibile illud ſignum nobis porrigẽdo vnà dat nobis etiã ſuũ corpus.Demõſtrauimus enim nullam in hoc loco figuræ aut tropi coniecturã eſſe.Nec illa teſtificatio ſufficeret, vt corpus ſuum ille panis verè diceretur eſſe; alioqui cætera ſacramẽta corpus ſuũ etiã eſſe dicerẽtur. Nã ſigna ſunt, quodvirtus corporis Chriſti nobiſcũ cõmunicatur.ſacræ etiã ſcripturę corpus Chriſti in hãc ſentẽtiã nominari poſſent: teſtãtur enim nobis corpus, & ſanguinẽ ſuũ Chriſtũ dediſſe. Illa igitur ſola eſt vera,germana,& ꝓpria huius loci declaratio,quã Eccleſia catholica Romana intelligit,& chriſtianis religioſè ꝓponit.Eſt & alius apud Ioan.6. Ioannẽ locus, qui ſentẽtiã noſtrã planiſsimè teſtatur: Panis (ait Chriſtus) quẽ ego dabo,caro mea eſt pro mũdi vita.Sed dicũt aduerſarij,locũ eſſe de *Hæreticorũ tergiuerſatio.* Chriſto intelligẽdũ,qua ex parte fide comeditur,id eſt,dictis eius fidẽ habẽdo,qua fide Chriſtianam vitã cõſtare docent.Sed hac interpretatione neq; plenè locus hic intelligi, neq; totũ caput pro dignitate explanari poteſt. Quod dũ demõſtro attẽtè vellẽ audiri:nã & ex hoc capite planè ſententiã noſtrã verã eſſe conuincã, & vtilẽ fortè,ſubtilẽ,& accuratã doctis hominibus totius capitis interpretationẽ aferã.Chriſtus autẽ materiã dicẽdi ſumens ex illo cibo, quo quinq; millia hominũ ſaturauerat, de duplici præſtãtiori cibo ſermonẽ inducit; altero fide veſcimur,vt iſti dicũt, credentes Chriſtũ verũ Dei filiũ, & ſeruatorem noſtrum eſſe.De quo cibo perpetuus eſt ſermo ab illis verbis; Operamini non cibũ,qui perit, ſed qui permanet in vitã æternã:vſq; ad illa verba, quæ nos protulimus, in quibus ad alterũ cibũ explicandũ accedit, per quẽ corpus eius ſacroſanctum comedimus, & ſanguinem eius in Euchariſtiæ ſacramento bibimus. Nam ſi idem eſſet cibus, de quo primo, & ſecundo loco diſſerit;cur vtroq; loco comparationẽ inducit cibi ſui cũ manna dono Dei, ſuperioribus tẽporibus in deſerto dato? Inutilis ſanè eodẽ capite illa repetitio eſſet, niſi ſignificare voluiſſet, ꝓ vno illo cœleſti cibo veteri populo tributo, duplicẽ è cœlo delapſum Chriſtũ nobis attuliſſe; alterũ, qui ad fidẽ;alterũ, qui ad ſacramentũ pertineret. & vtrũq; cũ mãna comparat, vt lõgè præſtãtiorẽ eſſe oſtendat. quod manna mortalẽ,& caducã vitã propagaret:hi verò duo cibi vitã perpetuã, & tranquillã præſtant. Quòd autẽ hunc duplicẽ cibum illo capite Chriſtus diſtinxerit,illa certiſsima indicia ſunt: q̃ aliter de primo, quàm de ſecundo cibo Chriſtus, & ipſa tur ba,cum qua ſermonem inſtituerat,loquatur.Nam Chriſtus cùm de primo cibo

Accuratiſſima totius capitis.6. Ioannis explicatio.

Chriſtus de duplici cibo diſſerit.

Pro vno cibo veteri populo tributo duplicẽ Chriſtus attulit.

Vterque cibus Chriſti præſtantior eſt Manna.

Chriſtus duplicem cibũ capite.6. Ioannis diſtinxit.

cibo agat, fidē à nobis ſæpe poſtulat;

Ad alium cibum capiendum fidē ſemper poſtulat.

fide eiuſmodi cibū capiēdū declarat. ait enim, Qui venit ad me, nō eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternū. Sed dixi vobis quia vidiſtis me, & nō credidiſtis. & infrà; Hæc eſt volūtas patris mei, qui miſit me, vt omnis qui videt filiū, & credit in eū, habeat vitā æternā, & inferiùs: Amen, amen dico vobis, qui credit in me, habet vitā æternā. Atqui ſecundo loco de altero cibo verba faciens, ne capiēdum putaremus eodē modo, neq; de fide, neq; de credēdo verbū facit vllū: ſed vbiq; verā māducationem poſtulat: Niſi manducaueritis (ait) carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, nō habebitis vitā in vobis. Qui māducat meā carnē, & bibit meū ſanguinē, in me manet, & ego in illo. & poſt pauca; Qui manducat me, ipſe viuit propter me, & paulò inferiùs: Qui māducat hūc panē, viuet in æternum. In primo præterea ſermone nunquā potionis meminit, neq; inter cibū, & potionē diſtinguit: in ſecundo verò ſermone paſsim, vt in citatis modò locis cerni poteſt. Quid autē attinebat inter cibū, & potionē, inter ſanguinē, & corpus diſtinguere, ſi eodē modo vtrūq; capiēdū erat? Accedit ad hoc, quòd cùm de primo illo cibo diſputet, de inſtāti tēpore loquēs, illū ſe dare dicit. Nō Moyſes (inquit) dedit vobis panē de cœlo, ſed pater meus dat vobis panē de cœlo verū. At cùm de ſecūdo cibo loquatur, futuro tēpore illū ſe daturū ꝓmittit: Panis (inquit) quē ego dabo, caro mea eſt pro mūdi vita. Si autē hic panis fides, & doctrina de diuinitate eius, & humanitate eſſet, cùm eā traderet iam docēdo, & inſtituēdo populos; cur in futurum tēpus ſe præſtaturū ſignificat, quod iam inſtāti tēpore præſtat? Aliter etiā turba ſermone ſecundū, ac primū ad mirabatur. In primo ſibi difficilè videbatur, quod Chriſtus è cœlo ſe dilapſum eſſe diceret, cùm eius illi parentes cognoſcerēt: inter ſe enim quærebāt dicētes; nōne hic eſt filius Ioſeph, cuius nos nouimus patrē, & matrem? quomodo ergo dicit, qui è cœlo deſcēdi? Quare primū māducādi modū non difficilē iudicabāt; quia credēdo futurū intelligebāt. At in ſecūdo ſermone, quē nos teſtē ſentētiæ noſtræ producimus, ipſa, quā Chriſtus flagitabat māducatio, turbæ grauis omnino, & difficilis videbatur: ideo dicebant; Quomodo poteſt hic nobis carnē ſuā dare ad māducandū? Quā difficultatē ex illorum animis facilè Chriſtus euelleret, ſi fide tātùm illā māducationē futurā intelligi voluiſſet. Nō ſolùm tamen non ſuſtulit, ſed etiā auxit, verā, nō fide tātùm, ſed ore māducationē poſtulādo dicēs; Amen, amē dico vobis, niſi māducaueritis carnē filij hominis, & biberitis eius ſanguinē, nō habebitis vitam in vobis. & poſtea magis eadē manducatione vrget adiungēs: Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus, verè eſt potus. quibus verbis, verā māducationē, verāq; fidē requirere videbatur: quę res adeo grauis, & inexplicabilis nōnullis diſcipulis viſa eſt, vt Chriſtū ab illo tempore, (vt Euāgeliſta teſtatur) deſererēt dicētes; Durus eſt hic ſermo, & quis poterit eū audire. Putabant eñ fortaſſe, vt D. Auguſtinus exiſtimat; Chriſtū ab illis diſcerpēdū, & dilaniandū eſſe. In qua edēdi ratione vitā nō conſiſtere, quā ipſe ſpondebat edētibus, vt doceret ait: Spiritus eſt, q̄ viuificat: caro autē nō ꝓdeſt quicquā, id eſt, etiā ſi verā dētibus, & ore māducationē poſtulo,

Alium cibū inſtanti tempore, aliū verò futuro daturum dicit.

Aliter turba ſermonē unius quam alterius cibi admirabatur.

Auguſtinus.

Si mente & animo puro vera Christi manducatio non fiat, nocet. 1.Cor.11.

si mẽte,& animo puro,& omni culpa vacante cibus hic non capiatur,nihil pdeſt:imo nocet,& vt Paulus Corinthijs ſcribit;Iudiciũ ſibi mãducat, & bibit,non dijudicãs corpus Domini. ideſt,quod nõ alia ratione,quàm cæteros cibos corpus Domini tractet;vt etiam iſti rudes diſcipuli,quos hoc capite Chriſtus informare vult, qui nõ alio modo capiendũ putabãt, quàm carnes, quæ in macello væneũt. Qua explicatione euaneſcit aduerſariorũ argumẽtũ, quo illi cauſam noſtrã victã eſſe putãt. Sæpe enim vſurpant illud;Spiritus eſt,qui viuificat: caro autem nõ prodeſt quidquã: ſed ipſa verborũ ſeries hãc noſtra expoſitionem, vt aptiſsimã, & maximè germanã poſtulat,quæ non ſolùm cauſam noſtrã nõ euertit: ſed maximè cõfirmat. Illud etiã nobis magno argumẽto eſt, quod cùm id valde diſcipulis (vt dixi) videretur difficile: Chriſtus haud eſſe difficilè negauit, ſed à ſe, quãuis difficile,fieri poſſe monſtrauit; quòd difficiliora, & magis ab eorũ opinionibus abhorrẽtia ſe præſtaturũ pollicetur.ideo dicit;Si ergo videritis filiũ hominis aſcendentẽ vbi erat prius, id eſt,ſi vobis hoc valde videtur difficile,& quod diuinã poteſtatẽ poſtulet; quid dicetis,cùm hoc graue, & terreſtre corpus vi,& ſpõte ſua in aſtra tolli videatis?Quò apertè ſignificat miraculo, & portento magno ſe pro cibo, potioneq; mortalibus exhibiturũ.quod in illã mãducationẽ,quæ ad fidẽ tantùm ſpectat,nõ quadrat. Dubiũ igitur nõ eſt;quin vt ipſe diuinus, & humanus eſt:ita duplicẽ hoc capite cibũ voluit proponere.Qua ex parte diuinus eſt, quia corporis eſt expers,eũ ſe cibũ eſſe voluit,qui mãducatione corporis experte capiatur: id quod accidit credendo. Qua verò ex parte humanus eſt, eum cibũ,atq; potionẽ fieri dignatus eſt, quæ corporis eſſet particeps, ſicut ipſe hac ex parte conſtat ex corpore: & ob eam rem eam mãducationẽ exegit,quæ corporis eſſet etiã particeps.id eſt,vt ore,& dentibus fieret. Locus etiã Pauli, quẽ proximè attigimus, nobiſcũ planiſsimè facit. Poſtquã enim Paulus narrauit ex hiſtoria Euangelica,quomodo ſacramentũ hoc fuerit à Chriſto confectũ,& inſtitutũ,cõcludit: Itaq; qui cunq; manducauerit panẽ, & biberit calicẽ Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Probet autẽ ſe ipſum homo,& ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat, & bibit indignè, iudiciũ ſibi mãducat;& bibit, non dijudicãs corpus Domini. Cùm igitur Paulus ex hiſtoria ſacramenti huius concludat, reum eſſe corporis, & ſanguinis Domini,qui manducat panẽ,& bibit calicẽ Domini indignè; ſignificat verũ corpus,verumq; ſanguinẽ Chriſti in hoc ſacramento contineri.quę verba exponens Theodoritus Græcus, claſsicus, & antiquus auctor ait, τὸ δὲ ἔνοχος ἔσται τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦτο δὲ λοιδ ὅτι καθάπερ παραδώκειμεν αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι, οὕτως ἀτιμάζουσι αὐτὸν ὅτι τὸ παράγιον αὐτοῦ σῶμα χωρὶς ἁγιασμοῦ τοῖς δεχομένοις καὶ ἁγιαζεῖ προσφέρουσι τῷ σώματι. Dicit etiã Paulus, non dijudicans corpus Domini:minimè verò dicit, non dijudicans ſignũ, aut figurã, aut ſymbolũ corporis Domini,ſed ipſum corpus:ex quo facile intelligitur, ibi eſſe verũ Chriſti corpus. Quare non licet Buzero tergiuerſari, qui locũ hũc eluare conatur dicẽs, dum ſymbolum corporis Domini profanatur, corpus Domini rectè profanari dicitur: ſicut contẽni Chriſtũ ab eo, qui Apoſtolum

Hæreticorũ maximũ vt illi putãt argumentum.

Vt Chriſtus diuinus & humanus eſt, ita duplicem propoſuit cibum.

i.Cor.11.

Pauli locus exponitur.

Theodoritus.

Buzeri tergiuerſatio.

ſtolũ eius contẽpſerit. Sed vtrùm qui Apoſtolum Chriſti parùm reuerẽter tractaret, rectè diceretur de illo nõ di iudicãs Chriſtũ, an nõ dijudicans ſeruum vel Apoſtolũ Chriſti? Nã dijudicare hoc loco eſt diſcernere, atque diſtinguere: neq; hac ratione dicẽdi cõparatio fit inter Chriſtum, & alios homines, ſed inter eius ſeruũ, vel Apoſtolũ, & alios homines; & talis vt cognoſcatur differentia poſtulatur. Ita licet rectè dici poſſet, cõtemni Chriſtũ ab eo, qui Apoſtolũ eius cõtemnit: nõ tamen nõ dijudicari Chriſtũ, ab eo, qui ſeruũ eius nõ dijudicat. Ad eũdẽ modũ nõ rectè loqueretur Paulus, nõ dijudicans corpus Domini; ſi ſymbolũ vel figurã corporis intellexiſſet: ſed ei erat dicẽdũ, non dijudicãs ſymbolũ, aut figurã corporis Domini. Quare vana, & leuis eſt calumnia Buzeri, vt hoc loco tam claro, & aperto nõ conſtringatur. Quocirca ex his Pauli verbis facilè intelligitur, verũ Chriſti corpus in euchariſtia eſſe, verũq; eius ſanguinẽ. Deinde impiũ eſſe ſtatuit, non alia ratione hũc cibũ, quàm reliquos tractare. declarat igitur lõgè maiorẽ illũ religionẽ, quàm cæteros cibos habere, ac proinde in alijs cibis non eſſe numerãdum, vt verus panis numeratur. Photius. Quę verba Photius perſequẽs ait; μὴ διακρίνωτο σῶμα τοῦ κυρίου, ἀλλὰ ὡς ἀδιαφόρων τῶν λοιπῶν μετέχων αὐτοῦ καὶ προσερχόμενος αὐτῷ. Hanc ſentẽtiã noſtrã Paulus etiã docet in eadem prima ad Corinthios Epiſtola dicens; Calix benedictionis cui benedicimus, nõne cõmunicatio ſanguinis Chriſti eſt? & panis, quem frãgimus, nõne participatio corporis Domini eſt? Quare ſi corporis, ſi ſanguinis Chriſti participes ſumus; cum iſthuc ſacramẽtũ accipimus, corpus, & ſanguis Chriſti verè in illo cõtinẽtur. Omniũ etiã ſanctorũ auctorũ cõſenſus, & cõſpiratio, in qua ſummam eſſe vim Cõciliũ Tridentinũ declarauit, huic noſtrę ſubſcribit ſententiæ; quorũ loca tantùm notabo, ne nimis ſim prolixus in eorũ verbis recitãdis. Primùm Ignatius in hãc ſentẽtiã citatur à Theodoreto Dialogo tertio cõtra hęreſes; cuius de hac re teſtimoniũ poni ſcribit in Epiſtola ad Smirnẽſes. Dionyſius Eccleſiaſticę hierarchiæ. c. 3. p. 3. Clemens Epiſtola ad Iacobũ. Irenæus lib. 4. contra hæreſes. c. 32. Theophilactus exponẽs illud Ioãnis; panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mũdi vita. Cyrillus in. 6. caput Ioãnis. Chriſoſtomus Homilia. 45. in Ioãnẽ, exponẽs illud; Ego ſum panis vitæ. Baſilius lib. 1. de baptiſmo. c. 3. Origenes Homilia. 38. in Lucã. Iſychius presbyter Ieroſolymitanus in cap. 22. Leuitici. Epiphanius Epiſcopus Salaminæ in Annorato. Eutimius in Matthęi. c. 26. capite verò ſuo. 64. Theophilus Patriarcha Alexãdrinus libr. 1. Paſchali. Oecumenius exponẽs illud. 1. Cor. c. 10. calix benedictionis, &c. & panis quẽ frangimus. Ioannes Damaſcenus lib. 4. Fidei orthodoxæ. c. 14. Cyprianus exponẽs illud orationis Dominicæ; Panẽ noſtrũ quotidianũ. Leo primus in Epiſtola ad Conſtãtinopolitanos. Auguſtinus in Pſalmũ. 98. exponens illud, Adorate ſcabellum pedũ eius. & Sermone primo in Pſalmũ. 33. & Epiſtola. 118. ad Ianuariũ. Ambroſius. cap. 9. de ijs qui myſterijs initiati ſunt. Hieronymus in Eſaiam. ca. 21. & in. 62. & in Matth. cap. 26. Arnobius in Pſalmum. 110. Caſsiodorus exponens illud Pſalmi; Tu es ſacerdos in ęternum. Hilarius libro. 8. de Trinitate poſt principium. Tertullianus libr. 1. aduerſus Marcionem poſt

1. Cor. 10.

Omnium ſanctorum auctorum cõſenſus noſtræ ſubſcribit ſententiæ.

Ignatius. *Theodoretus.* *Dionyſius.* *Irenæus.* *Theophilactus.* *Cyrillus.* *Chriſoſtomus* *Baſilius.* *Origenes.* *Iſychius.* *Epiphanius.* *Eutimus.* *Theophilus.* *Oecumenius.* *Damaſcenus.* *Cyprianus.* *Leo. I.* *Auguſtinus.* *Ambroſius.* *Hieronymus.* *Arnobius.* *Caſsiodorus.* *Hilarius.* *Tertullianus.*

Optatus. principium. Optatus Epiſcopus Mileuitanus lib. 6. aduerſus Donatiſtas.

Beda. Venerabilis Beda ſermone feriæ ſecũdæ poſt quartã Dominicã quadrageſimæ.

Harmon. Harmon Epiſcopus Halberſtatenſis in. c. 51. Eſaiæ

Bernardus. Bernardus ſermone cœnæ Domini.

Anſelmus. Anſelmus in. cap. 10. Epiſtola. 1. ad Cor. exponens illud; Panis quem frangimus.

Gregorius. Gregorius exponens illud ſexti Iob; Nunquid rugiet onager cùm habuerit herbam.

Thomas & omnes Scholaſtici auctores. Omnes etiã Scholaſtici auctores duce Thoma hanc ſequuntur ſentẽtiã. Nullam deniq; noſtrę religionis, & fidei ſententiam maior locupletum auctorum cõſenſio comprobauit. Quo circa vel hoc vno argumento ſatis demonſtrata haberi deberet. His accedunt præterea multa Conciliorũ decreta.

Concilii Conſtantienſis. Nã Conciliũ Conſtantienſe numerans, & condemnans errores Ioannis Vuicleph, hunc tertio loco ponit. Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè, & realiter in propria præſentia corporali.

Concilii Florentini. Conciliũ Florẽtinũ ait; Forma huius ſacramenti, verba ſaluatoris, quibus hoc conficitur ſacramẽtũ: ſacerdos enim in perſona Chriſti loquens hoc conficit ſacramentũ. Nam ipſorũ verborũ virtute ſubſtantia panis in corpus Chriſti, & ſubſtantia vini in ſanguinẽ conuertuntur: ita tamẽ, quod totus Chriſtus cõtinetur ſub ſpecie panis, & totus ſub ſpecie vini, ſub qualibet quoq; parte hoſtię cõſecratę, & vini conſecrati ſeparatione facta totus eſt Chriſtus.

Concilii Tridentini. Conciliũ verò Tridentinũ ita Seſsione. 13. c. 1. magno verborũ pondere tradit. Principiò docet ſancta Synodus, & apertè, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ ſacramento, poſt panis, & vini cõſecrationẽ, Dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtum verũ Deũ atq; hominem, verè, realiter ac ſubſtãtialiter ſub ſpecie illarũ rerũ ſenſibilium contineri. Neq; enim hæc inter ſe pugnant, vt ipſe Saluator noſter ſemper ad dexterã patris in cœlis aſsideat iuxta modũ exiſtẽdi naturalẽ: & vt multis nihilominus alijs in locis ſacramẽtaliter præſens ſua ſubſtãtia nobis adſit, ea exiſtẽdi ratione, quam, & ſi verbis exprimere vix poſſumus, poſsibilem tamen eſſe Deo, cogitatione per fidem illuſtrata aſſequi poſſumus. & conſtantiſsimè credere debemus. Ita enim maiores noſtri omnes, quotquot in vera Chriſti Eccleſia fuerũt, qui de ſanctiſsimo hoc ſacramẽto diſſeruerunt, apertiſsimè profeſsi ſunt, hoc tam admirabile ſacramẽtũ in vltima cœna redẽptorem noſtrũ inſtituiſſe, cùm poſt panis, viniq; benedictionẽ, ſe ſuum ipſius corpus illis præbere, ac ſuũ ſanguinẽ, diſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus eſt: quæ verba à ſanctis Euãgeliſtis cõmemorata, & à Diuo Paulo poſtea repetita, cùm propriã illam, & apertiſsimã ſignificationem præſeferant, ſecũdùm quam à Patribus intellecta ſunt: indigniſsimum ſanè flagitiũ eſt, ea à quibuſdã contentioſis, & prauis hominibus ad fictitios, & imaginarios tropos, quibus veritas carnis, & ſanguinis Chriſti negatur, cõtra vniuerſum Eccleſiæ ſenſum detorquere: quæ tanquã columna, & firmamẽtũ veritatis, hęc ab impijs hominibus excogitata cõmenta, velut Sathanica, deteſtata eſt, grato ſemper, & memore animo præſtãtiſsimũ hoc Chriſti beneficiũ agnoſcẽs. Et Can. 1. decernit. Si quis negauerit, in ſanctiſsimo Euchariſtię ſacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter, corpus, & ſanguinẽ, vnà cum anima, & diuinitate Domini noſtri

ſtri Ieſu Chriſti, ac proinde totum Chriſtum: ſed dixerit tantummodò eſſe in eo, vt in ſigno, vel figura, aut virtute, Anathema ſit. Aduerſarij tamen nullo ferè ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimonio nobiſcũ in re grauiſsima pugnant; ſed perfidam hanc, & nefariam ſententiam quibuſdam ſancti Auguſtini dictis tueri poſſe putant. Nobiſcum tamen Auguſtinum ſenſiſſe conſtat, non ſolum ex locis eius, à nobis citatis; ſed etiam, quòd hanc eandẽ quęſtionem, de qua cum aduerſarijs nobis controuerſia eſt, ipſe ſibi proponens, iudicat ſecundùm nos; vt citatur de conſecratione, diſt. *Auguſtinus.* 2. canone, vtrùm ſub figura, ait enim; Non ſub figura, ſed in veritate illud audiendum, caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus: alioqui quomodo magnũ eſt, caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus? & ſermo. 28. de verbis domini ſuper Lucam. Cùm de ſacramẽtis (inquit) tractarẽ, dixi vobis, quod ante verba Chriſti, quod offertur, panis dicatur: vbi verò verba Chriſti de prompta fuerint, iam non panis dicitur, ſed corpus Chriſti appellatur. Quare dubium non eſt, quin nobiſcum faciat Auguſtinus. Loca tamen ad quæ nos aduerſarij allegant, videamus. Perſequens pſalmum. 98. afferenſque illud Ioannis. 8. Spiritus eſt qui viuificat: caro autem non pro- *Auguſtinus exponitur.* deſt quidquam; id exponens Auguſtinus ait; Spiritualiter intelligite quę locutus ſum, non hoc corpus, quod videtis, manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem, quem fuſuri ſunt qui me crucifigent. Sacramentum aliquod vobis commendaui, ſpiritualiter intellectum viuificauit vos: caro autem non prodeſt quidquam. Sed hoc Auguſtinus dicit ſecũdùm eum modum, quo narrauimus ab ipſo illam diſcipulorum ignorantiam explicari; quòd putabant ab ipſis corpus eius ſanctiſsimum eſſe dilaniandum, vt in macello arietes, & boues dilaniãtur. Ideo dicens, non hoc corpus, quod videtis manducaturi eſtis; non ſignificat, corpus Chriſti in ſacramento non eſſe, ſed non edendum ſpecie, atque forma ea, qua tũc Chriſtum videbant. Idem declarat dicẽs: Sacramentum aliquod vobis cõmendaui, ſpiritualiter intellectum viuificabit vos. Citant & alia Auguſtini loca, vt libr. contra Adamantum Manichęum. c. 12. Dominus (inquit) non dubitauit dicere, hoc eſt corpus meũ cùm ſui corporis daret ſignum. Et in præfatione pſalm. 3. miranda (inquit) domini patientia, quod Iudam adhibuit ad conuiuium, in quo corporis, & ſanguinis figuram diſcipulis cõmẽdauit, & tradidit. Citant etiam Ter- *Tertullianus* tullianũ, lib. 4. aduerſus Marcionem, dicentem; acceptum panem, & diſtributum diſcipulis, corpus ſuũ ipſum fecit dicendo, hoc eſt corpus meum, id eſt, corporis mei figura. Hac autem de cauſa hæc ſanctorum loca nobis infeſta eſſe aduerſarij putãt, quòd corporis, & ſanguinis ſignum, atque figuram hoc ſacramentum appellẽt: id tamen luculenter atque doctiſsimè Innocentius. 3. explicat in. c. cum *Innocentius.* Marthæ. de celebratione miſſarum, dicens: Ex eo autem de quo mouit T. F. quęſtionem, videlicet, myſteriũ fidei munimentum erroris quidam trahere putauerunt dicentes, in ſacramento altaris non eſſe corporis Chriſti, & ſanguinis veritatem, ſed imaginem tantùm, & ſpeciem, & figuram; pro eo quod ſcriptura interdũ cõme-

morat, id quod in altari ſuſcipitur, eſſe ſacramentum, & myſterium, & exemplum. Sed tales ex eo laqueum erroris incurrunt, quòd neq; auctoritates ſcripturæ conuenienter intelligunt, nec ſacramenta Dei ſuſcipiũt reuerenter. Si enim quia figura eſt ſacramentum altaris veritas eſſe negatur: ergo nec mors, nec reſurrectio Chriſti (cùm figura ſit) veritas eſt credenda. Siquidem mortem, & reſurrectionem, ſimilitudiné, & imaginem Apoſtolus eſſe manifeſtat. Chriſtus (inquiens) mortuus eſt pro delictis noſtris, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtrã. Apoſtolorum etiam princeps Petrus ſic in Epiſtola ſua ſcribit; Chriſtus paſſus eſt pro nobis, relinquẽs vobis exemplum, vt ſequamini veſtigia eius. Si ergo tam mors Chriſti, quã eius reſurrectio eſt exemplum, vt & nos peccato mortui iuſtitiæ iam viuamus; quare ſi non fuit, veritaſque fuit exemplum; ergo nec verè mortuus fuit Chriſtus, nec verè à mortuis reſurrexit. Sed abſit à fideliũ cordibus error iſte, cùm propheta de iſto teſtetur, quod verè lãguores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe portauit. Dicitur tamen myſterium fidei; quoniam aliud ibi creditur, quàm cernatur; & aliud cernitur: quam credatur. Cernitur ſpecies panis, & vini; & creditur veritas carnis, & ſanguinis Chriſti, ac virtus vnitatis, & charitatis. Ex quibus Innocentij verbis intelligitur, quomodo ſancti debeant explicari, cùm ſacramentum iſtud ſignum figuram, & ſignificationem vocant, vt ab Ambroſio nominatur in capitu. II. 1. ad Corinthios Epiſtolę. Signum eſt propter ſpeciem panis, & vini, quam offert. Signum etiã figura, & ſignificatio eſt, quòd corpus Chriſti myſticũ. id eſt eccleſiam referat, & propterea (vt Auguſtinus ait tractatu. 26. in Ioannem) ſicut etiam ante nos hoc intellexerũt homines Dei: Dominus noſter Ieſus Chriſtus, corpus, & ſanguinem ſuum in eis rebus commẽdauit, quæ ad vnũ aliquid rediguntur. Ex multis namq; granis, vnus panis efficitur; & ex multis ramecis vinum confluit. Signum etiam iſtud, ſacramentum eſt gratiæ, quæ per ipſum conciliatur. Quod autem hac ratione ſignum, & figura, & ſignificatio ſit; non impedit, quò minùs verum Chriſti corpus, & ſanguinem contineat. Sicut etiam regnum Dauid, figura fuit regni Chriſti: ſapiẽtia Salomonis, ſapientię Chriſti: nihilominus verus rex Dauid, verèq; ſapiens Salomon fuit. Sed dicunt aduerſarij; Chriſtus abſens efficere poteſt ea omnia, quæ præſens. quod illi multis ſcripturæ locis confirmãt: vt quod eum Regulus offendit, quòd rogabat vt veniret, & ſanaret filiũ eius: laudauit Centurionem, quòd indignum ſe iudicauerit, qui domum eius Chriſtus veniret, cùm abſens verbo tantùm ſanare poſſet filium eius. Ioanni in vtero incluſo, magnum numen, & ſubſidium oſtendit. Perinde quaſi opinaremur nos, ea beneficia, quæ nobis Chriſtus per hoc ſacramentum præſtat, niſi præſens adeſſet, non poſſe præſtare. Quam rem non ſolùm non opinamur: ſed etiam abſurdiſſimam, & vera religione indignam eſſe ducimus. Sed nunc diſputatiõ eſt de eo, quod fieri poteſt; ſed de eo, quod fit. Potuit Deus nos peccatis liberare, & vita beata donare alia ratione, quam per indigniſſimam filij ſui cædem: in crucem tamen actus eſt, & crudeliſſima morte multatus.

Sacramentũ altaris & figura & veritas eſt ex verbis Innocẽtij.

Cur dicatur Euchariſtia myſterium fidei.

Ioan. 4.

Matt. 8.

Poterat Deus ea beneficia quæ nobis per Euchariſtiã præſtat, quamuis præſens nõ adeſſet, præſtare.

At

Buzeri argumentum.

At dicit Buzerus, absurdum est Christum hîc esse, & cibum nostrum esse existimare. Sed absurdum erit viro impio, & nefario, qui stulto iudicio suo Dei immensa consilia ponderat: pio tamen, & religioso virò admirabilis, & prorsus diuina ratio, quâ Deus iniuit, vt ardentissimam charitatem suã erga nos indicaret. Ea enim amoris est vis, vt res, quæ se mutuò amãt, copulare cupiat. Deus autẽ cum valde à nobis esset alienus, atque disiunctus, postquam nostrã assumpsit naturam, tanto nos amore prosequutus est, ita nos ad suam amicitiam adiunxit, vt nõ solùm naturam humanam, sed etiam singulos homines in se totos transferre moliatur: quod nulla meliori via exequi poterat, quàm si se nobis pro cibo daret. Differt enim inter hunc, & alios cibos: quòd alios cibos in nos conuertimus: hic verò cibus nos in se conuertit; sicut Augustinus sibi dictum fuisse narrat; Nec tu me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ: sed tu mutaberis in me. Itaq; vt singulos homines deos faceret, singulorum hominum cibus est factus. Non absurda igitur ratio hæc est, vt Buzerus ait, sed exquisitæ, & infinitæ planè sapientiæ. Sed illud firmamentum, ac robur perfidiæ suæ Buzerus existimat, fortiusque argumentum, quàm possit à nobis eleuari: miracula Dei corporalia omnia sensibilia apparere. Cùm igitur tantũ miraculum vt nos credimus, in hoc sacramento conficiendo edatur; vt tota panis substantia in corpus Christi cõuertatur, & totum Christi corpus eisdem panis accidentibus succedat, exiguaq; illa quantitate omni subiecto vacãte includatur: non oportebat id nos latere, tantumque miraculum occultè fieri. Sed primùm falsum, absurdum, & temerarium est Buzeri propositũ. Siquidem miraculũ est, & incredibilis, ac singularis prodigij simile, Christum quatenus homine sedere à dextris virtutis Dei; non tamen apparet: miraculum est, quòd viuat, quòd regnet, quòd ei omnia subiecta sint: nemo tamen id mortalis cernit, nemo videt. Deinde vt vsueniret, quod Buzerus proponit in alijs miraculis à Christo editis, in sacramento non debebat requiri. Sunt enim sacramenta quædam signa, quibus fidem profitemur: fidei autem propria ratio in rebus versatur, quæ non apparent. Qua re non recte per hoc sacramentum fidem profiteremur, si in eo celebrando, tantum miraculum, vt loco panis Christi corpus succederet, ob oculos nostros efficeretur. Nam tum nõ credere, sed videre, non per speculum in ænigmate, sed reuelata facie cernere diceremur. Sed instat Buzerus dicẽs; insufflante in discipulos Christo, ac dicente: Accipite Spiritum sanctum; minimè credimus halitum illum in Spiritum sanctum fuisse conuersum: cur igitur dicente Christo de panẽ: Accipite, & comedite, hoc est corpus meum: cõuersionem panis in corpus Christi nobis persuadeamus? Sed vt illa ceremonia (ait ille) spiritualẽ Apostolis dedisse potestatẽ intelligimus remittendorũ, & retinẽdorũ delictorum: ita & his verbis, spiritualem tantùm eis dedisse cibũ indicauit, cuius signum panis fuit, sicut illius spiritualis potestatis halitus. At multùm interest inter illa verba, quibus in hoc conficiẽdo sacramẽto Christus vsus est, & inter illa, quæ similia Buzerus esse vult. Non enim Christus in discipulos insufflans dixit: Accipite, hoc est

Quãta amoris sit vis.

Quanto nos amore Deus prosecutus fuerit.

In quo differat Eucharistia cibus ab alijs.

Cur cibus noster Deus fieri voluerit.

Buzeri argumentum.

Miracula nõ nulla sunt quæ hominibus non apparent.

Sacramenta quædã signa sunt quibus fidem profitemur.

Heb. 9.

Fidei propria ratio in rebus versatur quæ non apparent.

1. Cor. 13.
2. Cor. 3.

Buzeri argumentum.

eſt Spiritus ſanctus: ſicut dixerat: Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum. quæ verba non niſi in ſententiam noſtram, vt probauimus, accipi poſſunt. Quare mirari non debet Buzerus, quòd ex verbis longè diuerſis, longè diuerſam ſententiam intelligamus: quam nobis perſuademus, tum ex verbis his à Chriſto pronunciatis; tum ex omnium ſanctorũ auctorum conſenſu; tum ex Sanctorum Conciliorum Decretis. Quæ argumenta, quàm firma ſint, quantumq; habeãt põderis ad quamuis rem pio viro perſuadendam, libro primo docuimus.

Caluini argumentum.

Sed clamat Caluinus, delirium eſſe ridiculum, & abſurdiſsimum, & omni prorſus naturali rationi contrarium; quod totum Chriſti corpus tam exigua loci quantitate contineatur: cùm vera quantitatis ratio poſtulet, vt partes per ipſam diſponantur: in loco verò tãtillo, talis partium corporis Chriſti diſpoſitio eſſe non poteſt: præſertim cùm dicamus nos, totũ eius corpus, in ſingulis illarum ſpecierum partibus eſſe, ſic vt nulla poſsit tam parua illarum pars notari, quę diuiſa totum Chriſti corpus ſecum non afferat. Magno etiam incommodo Caluino vrgere videtur concludẽti, Chriſti corpus ſimul in locis diuerſis eſſe poſſe. Sed vt priùs primum eius incommodum explicemus, quãtitatis naturam oportet cognoſcere: cuius ea ratio eſt vt partes corporis, in quo eſt, diſponat inter ſe, ſic vt nõ ſimul omnes per ſe totæ copulentur, ſed pars ſit à parte diſtincta. Quod ita ſua naturali vi quantitas exigit; vt nullo modo ab ea poſsit ſeparari. Alia eius ratio eſt, vt non modò partes inter ſe, ſed etiam ad locum comparatas diſtinguat: ita vt non tantùm inter ſe coniungãtur; verùm etiam in diuerſis locis collocentur. Quod quidem non ita ſua natura quantitas poſtulat, vt ab ea Dei ſumma vi non poſsit aufferri. Nam quemadmodum poteſt Deus efficere, vt quantitas non ſit in loco: valet enim omnẽ è rerũ natura locũ tollere: Ita poteſt etiã efficere, vt quamuis in aliquo loco ſit, nullam ad eum rationem habeat, ſic vt eius partes per locum illum non diſponantur. Hoc igitur quod non ita ad quantitatis naturam pertinet, infinita Dei, & immenſa vi quantitati in hoc ſacramẽto conficiendo detrahitur. Illud autem primum, quod ſua vi quantitati conuenire diximus, in Chriſti corpore ſemper manere putamus. Itaque nos minimè damus in Chriſto eſſe caput cum pedibus cõiunctũ, ſed partes inter ſe habere diſpoſitas: in ſpeciebus tamen ſacramenti vel minimis, ſimul totum Chriſti corpus eſſe non dubitamus. Sed petit petulãter Caluinus, vt hũc ei modum exponamus: cuius ſi nos rationem intelligeremus, admirabilis non haberetur, neque vt Chriſtus eius fidem faceret, rem aliam longè difficiliorem, aut ęquè difficilem ab ſe faciendam commemoraret, vt cum caput illud ſextum Ioannis exequeremur, adnotauimus. Quãuis autem id non intelligamus, ſine dubio ita rem habere putamus. Quod autẽ Caluinus ad incommodum compellendo concludit; ſimul Chriſti corpus in pluribus locis eſſe: ſi eo modo, quo in cœlo eſt, intelligat; negamus. nam ibi tantùm propriè in loco eſt. In ſacramẽto autem alia longè diuerſa ratione, quàm in cœlo eſt: quia in cœlo ſingulæ partes eius ad locũ pertinent, in ſacramento verò minimè, vt expoſui. Sin autem Caluinus intelligat.

Quanam ſit quantitatis ratio.

Nõ poteſt fieri vt id in quo quantitas ſit, non habeat partem à parte diſtinctam.

Poteſt fieri vt partes eius in quo quantitas ſit, in diuerſis locis nõ collocentur.

Quid petulãter Caluinus petat.

Eo modo, quo Chriſtus in cœlo eſt, in pluribus locis propter ſacramentum non eſt.

Eo modo quo Christus in sacramento est simul in pluribus locis est potest.

ligat ea consistendi ratione, qua in sacramento est, simul in pluribus locis esse; libenter concedimus, adeoq; incommodum non esse ducimus; vt secus opinari impium, & contra religionem sit. Minimè verò Christum è cœlo detrahimus, vt Caluinus criminatur. in cœlo enim manentem, non repugnat etiam in terris esse, eò modò, quo sacramentum postulat. Non veretur tamen Caluinus nobis doctrinæ nouitatem obiectare eius, quam omnes ferè ad vnum classici auctores iam inde à primis Ecclesiæ temporibus tradiderunt, docuerunt, sanctã, piam, ac religiosam esse putârũt, quorum iam loca citauimus; & nonnullorum antiquissimorum verba modò recitabimus. Cyprianus in sermone de cœna domini; Panis iste (ait) non effigie, sed natura mutatus, omnipotentia verbi factus est caro. Eusebius Emissenus homilia quarta in Pascha; creaturas conuerti dicit in substantiã corporis Christi. Theophilactus in scolijs in caput Ioãnis sextum; Attende (ait) quòd panis, qui à nobis in mysterijs manducatur, non est tantùm figuratio quædam carnis domini; sed caro ipsa domini. Non enim dixit, panis quem ego dabo, figura est carnis; sed caro mea est. Trãsformatur enim arcanis verbis panis ille per mysticam benedictionem, & accessionem sancti Spiritus in carnem Domini. Loca Augustini, Theodoreti, & Photij, iam recitauimus, idem apertè testantia. Non igitur noua, sed antiqua; non exorta nuper; sed ipsi æqualis est Ecclesiæ christianę. Quare verissima, certissimaq; habeatur. Eisdem locis, quibus hos hæreticos cõfutauimus, conuincuntur & alij absurdissimi, & ineptissimi hostes, qui Metamorphistæ appellãtur: quorum est Suencfeldius magister: qui alia ducti ratione, negãt verùm Christi corpus in hoc sacramento esse: quòd scilicet Christi corpus, postquam in cœlum ascendit, in Dei sit naturam cõuersum. Itaq; corpus quidem in sacramento adesse dicunt: non tamen eiusmodi, quod aut carnem habeat, aut caro sit; sed quod verè Deus, verèque diuina tantùm natura sit, vt ex multis Suencfeldij libris intelligi licet. At Christus dixit; Caro mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Et panis quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita. Stat igitur Christus promissis, carnem dat, sanguinem dat; quæ se daturum recepit. At caro, & sanguis non in Deum, qua ex parte Deus est, cadunt; sed qua ex parte homo est: humanum igitur corpus, humanus sanguis, & humana caro in hoc sacramento sunt. Paulus etiam dicit; Calix benedictionis cui benedicimus, nonne communicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nonne participatio corporis Domini est? Est igitur verus sanguis, & verum corpus in hoc sacramẽto. Iam verò illa Christi verba, quibus sacramẽtum hoc confecit, id planè declarant: Dixit enim, Hoc est corpus meũ; Hic est calix sanguinis mei. Sed aduersarij hoc ideo dixisse dicũt, quòd in cœlum nondum ascẽderat; postquam enim ascendit, corpus eius Deum factum fuisse dicunt. Sed quæram ex illis, vtrùm post ascensionem Christus homo fuerit? Nam si fuit: cùm corpus ex carne, ossibusq; compositum ad hominis naturam pertineat; carnem, & ossa in Christo manere oportet: sin autem simul atque cœlum ascendit, homo esse desijt; cur Paulus sciberet, Deus exaltauit illum, & do-

Antiqua nostra de Eucharistia sententia est non recenter inuenta.

Cyprianus.

Eusebius Emissenus.

Theophilactus.

Metamorphistarum & Suencfeldij hæresis.

Ioan. 6.

Corpus & sanguis Christi non sunt in Deũ post ascensionẽ cõuersa, sed in sua manserũt natura.

1. Cor. 10.

Est verus sanguis & verum corpus in Eucharistia.

Phi. 3.

& donauit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen? Quam etiã mercedem tanti laboris ſuſcepti tulit? Quod fuit tam eximiæ virtutis prẽmium? Quid? nonne illum diſcipuli in cœlum vide runt aſcendẽtem? At Deus, quatenus Deus, neque aſcendere, neque humanis oculis cerni poteſt. Fuit igitur in cœlum aſcendens humani corporis particeps. Et hac de cauſa conueſcens (vt narratur in actis) aſcendit, vt verum corpus habere ſe demonſtraret. Quæ præterea erat ſtola illa, quæ veſtes, quibus eum Angeli (vt Eſaias narrat) indutũ viderũt, niſi humanitas eius, quæ ex corpore, & animo cõſtat? Dicebãt enim auctore Eſaia, Quis eſt iſte, qui venit de Edõ tinctis veſtibus de Boſra, iſte formoſus in ſtola ſua, gradiens in multitudine fortitudinis ſuæ? Quid etiam mirabantur Angeli Deum, qui complet omnia, in aſtra ferri? Quare dubium nõ eſt, quin ſtultiſſimum, & abſurdum ſit, ob eam cauſam humanum corpus in ſacramento eſſe negare, quòd Deus factus fuerit.

Act. 1.

Chriſtus in cœlum aſcẽdens humani ſuit corporis particeps.

Act. 1.

Eſa. 63.

Humanitas erat ſtola & veſtes quibus indutus (vt ait Eſaias) Chriſtus in cœlum aſcendit.

CAP. 12. *Panis, & vini naturam in Euchariſtia non remanere.*

OStendimus verum Chriſti corpus in hoc ſacramento eſſe. Sequitur vt diſputemus, vtrùm maneat in eodem, panis, & vini natura. In qua re plures etiam verſantur hæreſes. Luterus enim ait; vnà in ſacramento, & Chriſtum, & panem adeſſe præſentes. Nam ſacramentum panis in ſacra ſcriptura vocatur; vt panis quem frangimus, nonne participatio corporis Dñi eſt? & alio loco; Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. & Chriſtus apud Ioannem ait: Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et panem noſtrum quotidianum dari nobis hodiè in precatione à Chriſto inſtituta petimus; recentiumque Theologorum commentum eſſe iactat iſtam panis, & vini vniuerſæ naturæ in Chriſti corpus conuerſionem. Quidam verò, qui poſtea conſecuti ſunt aduerſarij, quos modò Adeſenarios vocant: etſi Lutero aſſentiantur omnes: in hoc tamen modo explicando non omnes inter ſe conueniunt. Sũt verò in quatuor ſectas diuiſi. Alij aſſeuerãt Chriſti corpus in pane eſſe: alij verò circa panem: alij cum pane: alij ſub pane (vt ſcribit) Vuilhermus Kalebitius Brandenburgenſis in aſſertionibus contra diſputationem Heydelbergæ habitam anno. 1560. Qui omnes hæretici Valerianum ſequi videntur, contra quem Thomas Vualdenſis ſcripſit diſertè ſecundo corporis librorum ſuorum de ſacramentis. In hoc tamen ab illo differre videntur; quod ille Chriſti corpus pane tectum eſſe docebat: ſicut nos dicimus in accidentibus eſſe panis incluſum. Luterus autem nihil de coniunctione hac diſſerit. Ea verò Adeſenarij eius diſcipuli afferunt, quæ iam commemoraui. Luterus autem tropo, atque metaphora hanc enũciationem verã eſſe dicit, panis eſt corpus Chriſti: ſicut illam, petra autem erat Chriſtus. In quo Berengario aſſentiri videtur: niſi quod ille Chriſti corpus pani adeſſe prẽſens non concedebat, vt Luterus concedit. Sed ſi vera illa eſſent, quo pacto conuenirent cum eis, quæ Chriſtus celebrans ſacramentum dixit; Hoc eſt corpus meum: quæ verba ſimpliciter, & ſine figura vlla intelligenda

Luteri hæreſis.

1. Cor. 10.

Ioan. 6.

Matt. 11.

Adeſenariorum hæreſis.

Valeriani.

Berẽgarius.

ligenda eſſe demonſtraui. Nam ſi illud, Hoc, non corpus, ſed panem oſtẽdat, vt Luterus abſurdè commentatur; non ſimpliciter, & propriè, ſed per figuram, & impropriè intelligenda eſſent. Quæ præterea grammatica patitur, ex qua regulas interpretandi ſcripturam Luterus petendas eſſe docet, vt pronomen neutrum nomen referat maſculinũ? Nec tutò ad Græcam grammaticam confugiet. Nam ὅ τος, & ἄρτος, maſculina ſunt: τοῦτο verò neutrum. quare & ἄιμα, & σῶμα indicare putandum eſt: ita vt licet ijs verbis ſacramentum conficiatur, & eorum vi panis in Chriſti corpus conuertatur, vinumque in ſanguinẽ: confectum tamen, & conuerſum iam eſſe ſignificant. Quod exquiſito, & magno Dei conſilio ita inſtitutum eſt. Id enim inter hoc, & alia ſacramenta intereſt; quod alia motus naturam imitantia cùm fiunt tantùm conſiſtũt, & vna cum eo motu, quo fiunt, collabuntur: & ob eam rem verba, quibus fiunt, non facta eſſe, ſed fieri tantùm ſignificant. Hoc verò ſacramentum rerum perfectarum naturam ſequitur, quæ non cum fiant, ſed cum facta ſint, eſſe creduntur: & ea de cauſa eiuſmodi verbis conficitur, quæ rem perfectam, & abſolutam iam eſſe declarent. Quare ſacras literas non eludimus nos, vt Luterus petulanter iactat: ſed eluduntur, & irridentur potiùs ab ipſo, qui illud impropriè intelligi vult, quod propriè ex adiunctis dictum eſſe conſtat. Sed probat ille ex adiunctis, impropriam illorum verborum ſignificationem eſſe: quòd Euangeliſta narret Ieſum panem, non corpus ſuum accepiſſe, fregiſſeque ac diſcipulis diſſe: minimè verò credendum eſt corpus ſuum vlla ratione fregiſſe: ſed panem. Perinde quaſi nos huius ſacramenti materiam panem eſſe negaremus: aut corpus Chriſti diceremus ante verborum pronunciationẽ ſub illis eſſe accidẽtibus. Quare Chriſtus accepit panẽ, ac fregit primùm, deinde verò in corpus ſuum eum cõuertit: ſiquidem hoc ordine Matthæus hæc facta fuiſſe narrat dicens; Cœnantibus autem eis accepit Ieſus panem, & benedixit, ac fregit, deditque diſcipulis ſuis, & ait; accipite, & comedite, hoc eſt corpus meum. Iam verò licet panis, & Chriſti corpus ſimul (vt vult Luterus) ſint; cùm res diſtinctæ, longeque diuerſæ ſint: quæ in vnam conueniunt, minimè in aliã, quòd coniuncta ſit, conuenire exiſtimandum eſt. Quare quod panis edatur, Chriſti corpus ideo non ederetur, quòd pani præſens adeſſet: Deus enim rebus omnibus præſens adeſt, haud tamẽ Deo, quæ rebus omnibus accidunt, euenire putamus. Nõ enim vritur Deus, quòd lignum cui eſt præſens vratur: neq; editur, quòd panis, cui adeſt præſens edatur. Si panis igitur maneret, Chriſtuſq; tãtùm adeſſet ei poſt conſecrationẽ, nõ manducaretur Chriſtus, quãdo panis mãducatur. At ipſe carnẽ, corpuſq; ſuũ comedendũ ſe traditurũ promiſit dicẽs; Panis quẽ ego dabo, caro mea eſt pro mundi vita. Et qui mãducat meã carnẽ, & bibit meũ ſanguinem, &c. Et caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Exponat ergo nobis Luterus, quomodo Chriſti corpus edatur, & eius ſanguis bibatur, q̃ pani, vinoq; ipſe præſens adſit. Debet tũ animaduertere ne interp̃tetur ita, vt pari ratione Deũ à nobis ſemp mãducari cõcludamus. Sed forte ad

Cur verba quibus fit ea chariſtia conſecratã iam eſſe ſignificẽt.

Si Chriſtus pani tantum adeſſet præſens non manducaretur.

Mat. 26.

Ioan. 6.

Luteri argumentum.

tropos, & metaphoras confugiet is, qui ſacram ſcripturam aliter, quàm verba ſonant, declarari prohibet. Interim tamen nos probemus ei, non eſſe, quæ dicimus nuper à Theologis inuenta; ſed à vetuſtiſsimis, & ſanctiſsimis auctoribus tradita: ex quo intelligetur veteri totius Eccleſiæ cõſenſu hanc noſtram ſententiam demonſtrari. Pontianus Papa, & Martyr, in quadam Epiſtola ad Felicem Sucribonum de ſacerdotibus id ſcribit; Ipſi quoque proprio ore corpus Domini conficiunt, & populis tradunt. Cyprianus in ſermone de cœna Domini ait; Panis iſte, quem diſcipulis dominus porrigebat, non effigie, ſed natura mutatus, omnipotentia verbi factus eſt caro: Et ſicut in perſona Chriſti humanitas videbatur, & latebat diuinitas: ita ſacramento viſibili ineffabiliter diuina ſe infudit eſſentia. Euſebius Emiſſenus vehementer à Hieronymo in libro de Viris illuſtribus commendatus, ait in quadam oratione de cœna Domini; Viſibiles creaturas in ſubſtantiam ſui corporis, & ſanguinis ſui, verbi ſui ſecreta poteſtate conuertit dicẽs, accipite, & bibite, hic eſt ſanguis, & corpus meum. Damaſcenus libro. 4. de fide orthodoxa dicit, Ipſe panis, & vinum tranſmutatur in corpus, & ſanguinem Dei. Theophilactus exponens illud Ioannis, panis quem ego dabo, caro mea eſt ait; Transformatur enim arcanis verbis panis ille, per myſticam benedictionem, & acceſſionem ſancti Spiritus in carnem Domini. Quare valde petulanter, & imperitè Luterus mentitur, dicens nuper eſſe id à Theologis inuentum. Sunt etiam de hac re grauiſsima conſulta Concilij Lateranenſis Innocentio Tertio Pontifice habita, & Concilij Tridentini Iulio Tertio Pontifice. In Concilio Lateranenſi ſic decernitur. Vna eſt fidelium vniuerſalis Eccleſia, extra quam nullus omnino ſaluatur; in qua idem ipſe ſacerdos, & ſacrificium Ieſus Chriſtus; cuius corpus, & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis, & vini veraciter continetur, tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem poteſtate diuina, vt ad perficiendum myſterium vnitatis accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro. Quæ verba tranſcribuntur in titulo de ſumma Trinitate, & fide catholica cap. firmiter credimus. Concilium autem Tridentinum ita definit. Quoniam autem Chriſtus redemptor noſter corpus ſuũ id, quod ſub ſpecie panis offerebat, verè eſſe dixit: ideo per ſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuit; idque nunc denuo ſancta hæc Synodus declarat, per conſecrationem panis, & vini, conuerſionem fieri totius ſubſtantiæ panis, in ſubſtantiam corporis Chriſti domini noſtri, & totius ſubſtantiæ vini, in ſubſtãtiam ſanguinis eius: quæ conuerſio conuenienter, & propriè à ſancta Eccleſia catholica tranſubſtantiatio eſt appellata. Et in Canone ait, Si quis dixerit, in ſacroſancto Euchariſtię ſacramento remanere ſubſtantiam panis, & vini vnà cum corpore, & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti, negaueritq; mirabilem illam, & ſingularem conuerſionem totius ſubſtantię panis in corpus, & totius ſubſtantiæ vini in ſanguinem, manentibus duntaxat ſpeciebus panis, & vini, quam quidem conuerſionem catholica Eccleſia aptiſsimè tranſubſtantiationem appellat, Anathema ſit. Quod verò nobis

Tranſubſtãtiatio, quam tradũt Theologi, nũ recẽter inuenta, ſed priſcis auctoribus cognita fuit.

Pontianus.

Cyprianus.

Euſebius Emiſſenus.

Damaſcenus

Theophilactus.

Concilium Lateranenſe.

De ſumma Trinitate & fide catholica cap. firmiter credimus Concilium Tridentinum.

Luterus

Solet in ſcriptura diuina res eo nomine appellari, quo res ex quibus illæ factæ ſunt nominantur.

Gen. 2.

Exod. 7.

Matt. 11.

Solent in ſacris literis res earum nominibus appellari, quarum habẽt ſpeciẽ.

4. Reg. 16.

Cibi cuiuſque generis ſolent in ſacris literis panis nomine appellari.

Luterus obiectat, Euchariſtiam ſæpe panem appellari; facilè explicatur, quòd in ſacris ſcripturis ſæpè vſuueniat, eo nomine res appellari, quo res de quibus illæ factæ ſunt, nominantur: vt Adam de Eua dixit; Hoc nunc os de oſsibus meis, & caro de carne mea. Euam os appellat, quod ex eius oſſe fuerat effecta. & in Exodo dicitur, virgam Moyſis deuoraſſe magorum virgas. id eſt, ſerpens à Moyſe ex virga factus, deuorauit ſerpentem à magis ex virgis etiam factum. Chriſtus etiam dicit apud Matthæum; Cæci vident, claudi ambulant. id eſt, qui ex cæcis, atque claudis videntes facti fuerant, & ambulantes. Solent etiam in ſacris literis res earum nominibus vocari, quarum habent ſpeciem. Vt in Geneſi ſcribitur, tres Abraham vidiſſe viros, qui tamen erant Angeli. Cibi etiam cuiuſque generis ſolent in diuinis oraculis panis nomine nuncupari. Vt cùm Rex Iſrael quæreret ex Eliſeo, an interficeret Syros, quos Eliſeus intra Samariæ portas incluſerat; id paſſus non fuiſſe Eliſeus narratur, regique imperaſſe dicens, Pone panem, & aquam coram eis, vt comedant, & bibant: appoſitamque poſtea eis ciborum magnam præparationem, comediſſeque, atque bibiſſe. Cum igitur Chriſtus pro ſumma ſua magnificentia cibus noſter fieri voluerit, panem ſe nominat. Nihil igitur nos hæc argumenta leuiſsima impedient, quò minùs in noſtra maneamus ſententia, quam tot, tantiſque ſcripturæ teſtimonijs probauimus, & Conciliorum Decretis.

Sed quamuis Chriſtum adeſſe præſentem cum Luteranis nobis conueniat: illorum tamen nonnulli, qui Anticaluiniani dicuntur, Buzerum in libro reformationis ſequentes, nõ omnino, & in totum concedunt, Chriſtum, verbis ſacroſanctis à ſacerdote pronunciatis, adeſſe præſentem; ſed ea lege, dum ſit alicui voluntas huius ſacramenti capiendi. quò nihil abſurdiùs excogitari poſſe puto. Primùm, quòd planè commentum, planè fabulæ ſint: ſiquidem ſine vlla probabili ratione aſſeritur. Deinde, num diuina virtus ſacroſanctis verbis à Chriſto data, pendet ex hominum mutabili voluntate, volentium, vel nolentium hoc capere ſacramẽtum? Quid igitur Chriſti corpore futurum ſit, ſi voluntatem abiecit is, qui principiò illius ſacramenti capiendi voluntate fuit? deſeretne accidentia illa, paniſque redibit? ſi aiant. Vt igitur poſtea conſecretur, myſtica verba repetenda ſunt. Poteſt ergo ſacramenti forma vni, eidemque materiæ ſæpenumerò accõmodari: quod eſt omnino à ſacramentorum inſtitutione alienum. Nam res naturales imitantur, in quibus vna materia, vna eſt forma contenta. Hoc etiam ſacramentum verè cibus eſt, ait enim Chriſtus; Caro mea verè eſt cibus, & ſanguis meus verè eſt potus. Differt autem multùm inter cibum, & cibi vſum. Nec ciborum ſtatus ex vſu pendet, voluntateque capiendi cibi. Hunc denique abſurdiſsimum errorem Concilia multa refellunt, quæ Euchariſtiam honorifico loco ſeruari iubent, & infirmis deferri. Eſt enim huiuſmodi Concilij Vuormacienſis Decretum, & citatur à Gratiano de Conſecratione diſtinctione ſecunda capitu. præsby-

Anticaluiniani norũ hæreſis.

Buzerus.

Non poteſt vna ſacramẽti forma vni, eidẽque materiæ ſæpe accommodari.

Euchariſtia verè cibus eſt.

Differt inter cibum & cibi vſum.

Cõciliũ Vuormacienſe.

ter, Presbyter (ait) Eucharistiam semper habeat paratam, vt quando quis infirmatus fuerit, statim eum communicet, ne sine communione moriatur. & Concilium Lateranense ca. 20. ait: Statuimus in cunctis Ecclesijs vt chrisma, & Eucharistia sub fideli custodia clauibus adhibitis conseruẽtur, vt non possit ad illa temeraria manus extendi ad aliqua horribilia vel nefaria exercenda. Concilium etiam Tridentinum Sessione. 21. cap. 6. Consuetudo (inquit) asseruandi in sacrario sacram Eucharistiam, adeo antiqua est, vt eam seculum etiam Cõcilij Niceni agnouerit. Porrò deferre ipsam sacram Eucharistiam ad infirmos, & in hunc vsum in Ecclesijs conseruari, præterquam quòd cum summa æquitate, & ratione coniunctum est, tum multis in Concilijs præceptum inuenitur, & vetustissimo catholicæ Ecclesiæ more est obseruatum. Quare hæc sancta Synodus retinendum omnino salutarem, & necessarium morem statuit. & in Can. 7. ait, Si quis dixerit, non licere sacram Eucharistiam in sacrario reseruari, sed statim post consecrationem ad tantibus necessariò distribuendam, aut non licere vt illa ad infirmos honorificè deferatur, Anathema sit. & Cano. 4. Si quis dixerit, peracta consecratione in admirabili Eucharistiæ sacramento nõ esse corpus, & sanguinem Domini nostri Iesu Christi, sed tantùm in vsu dum sumitur, non autem antè, vel pòst, & in hostijs, seu particulis consecratis, quæ post communionem reseruantur, vel supersunt, non remanere verum corpus Domini, Anathema sit.

Cõcilium Lateranense.

Concilium Tridentinum.

CAP. XIII. Sacramentum Eucharistiæ adorandum esse.

QVM DEMONstrauerimus Christũ adesse præsentem in Eucharistiæ sacramento, facilè alius Oecolampadij, Luteri, Caluini, & aliorum aduersariorum petulantissimus error conuincetur. Negant enim hoc sacrosanctum sacramentum à nobis esse adorandum. Alia tamen atque alia ratione id Luterus, & Oecolampadius cũ Caluino negant. Oecolampadius, atque Caluinus, quòd dicunt (vt exposuimus,) Christum huic sacramento non adesse præsentem. Luterus autem, & Anticaluini qui vocantur, non minus sacrilega ratione mouentur: nimirùm, quòd Christi corpori, & humanitati, quæ per se, & verborum vi huic adsunt sacramento, nulla sit, audet ille dicere, adhibenda reuerentia. In quo ei assentitur etiam Oecolampadius, vt omni ratione sceleratissimus sit. Caluinus verò aliam præterea rationem reddit; quòd nunquam vt adoraretur Christus præcepit. Vide quanta, ac quali ratione rem nefariam, atque sacrilegam asseuerare non dubitet! Ex quo licet conijcere, quàm huius hominis audacia ad nouas hæreses inducendas proiecta sit, & emineat. Atqui adoratio est per quam eos, qui ætate, honore, & sapientia antecedunt, colimus, & obseruamus. Ex quo factum est, vt Ioseph à fratribus suis adoraretur, sicut narrat scriptura: & ipsum in insomnijs vidisse quasi Solem, & Lunam, & Stellas vndecim adorare eum. Et Isaac fausta precans Iacob filio suo ait, Seruiant tibi populi, adorent te tribus. Quod si homines eos, qui præstant alijs, adorare, & reuereri fas est: Christus autem, qui quatenus homo,

Oecolampadius. Luterus. Caluinus.

Anticaluini.

Quã sit proiectus Caluinus ad nouas hæreses inducendas.

Quid sit adoratio. Gen. 42. & 45.

Christus maximè adorandus.

homo, omnes non solùm homines, sed etiam Angelos sapientia, honore, potestate, & dignitate vincit, nullam venerationem, nullam obseruãtiam, & adorationem habebit? Res quidem si ab homine dicatur insano, valde ridicula; si à sano verò impia, & sceleratissima. Nunquamne aduersarij magistratus, nunquam principes, atque parentes coluerunt? nunquid eos Christo anteferrent? aut si oculis eum suis cernerent, nullum ei honorem, nullam reuerentiam exhiberent? num iustam eam excusationem ducerent, quòd se adorare, & reuereri non imperauerit? tamen eos profectò criminis conuinceret Psalmus. 21. quem de Christo fuisse scriptum omnes sancti auctores intelligunt dicens; Reminiscentur, & conuertentur ad Dominum vniuersi fines terræ, & adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. & rursus; Manducauerunt, & adorauerunt omnes pingues terræ. & Psalmo. 72. qui pertinet etiam ad Christum literaliter, & historicè de Christo regius vates scribit; Coram illo procident AEthiopes, & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis, & insulæ munera offerent: Reges Arabum, & Sabadona adducent, & adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes seruient ei. Et nonne Magos, Archisynagogum, Chananæam, Magdalenam, matrem filiorum Zebedæi, discipulos in Galilæa Christum adorasse sacra scriptura narrat? Si tantorum virorum exemplo aduersarij nõ commoueantur; saltem ne adeo desipiãt, vt huiusmodi præceptum nõ cognoscant. Nam Paulus Hebræis scribens, Deum patrem cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarũ, dixisse refert; Et adorent eum omnes Angeli Dei. Scribit etiam Philippensibus; In nomine Iesu omne genu flectatur cœlestiũ, terrestrium, & infernorum. Est ergo Christus, quatenus homo, obseruandus, atque colẽdus. Quod apertè Cõcilium primũ Ephesinum docet his verbis: Si quis audet dicere, assumptum hominem eo adorandum Dei verbo, & conglorificandum Deum, tanquã alterum cũ altero; ac non potiùs vna supplicatione veneratur Emanuel; vnamq; ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, Anathema sit. Item si quis duabus naturis adorari dicit Christum, ex quo duæ orationes introducuntur; sed nõ vna adoratione Deum verbum incarnatũ cũ propria ipsius carne adorat, sicut ab initio Ecclesiæ Dei traditum est, talis Anathema sit. Christum ergo, qua ex parte homo est, colere, & adorare debemus: ac proinde huiusmodi sacramentum, cui ille præsens adest, vnicè reuereri, & venerari. Consequens etiam est sanctam, piam, & officiosam esse eleuationem, & circunlationem Eucharistiæ, quam Luterus, & Caluinus irridentes. Nam si pium, & religiosum fuit arcam Dei ex domo Obededom magno præcedẽte comitatu, ipsoque rege Dauide canendo præeunte, deducere; cur non etiam pium, & religiosum erit, tantum sacramentum circunducere, & quapotenus veneratione colere? Id quod Concilio Tridentino Sessione. 13. c. 5. ita definitur. Nullus itaque dubitãdi locus relinquitur, quin omnes Christi fideles pro more in catholica Ecclesia semper recepto, latriæ cultum, qui vero Deo debetur, huic sanctissimo sacramẽto in veneratione adhibeãt.

Philip. 2.

Concilium Ephesinum. 3.

Psal. 21.

Psal. 72.

Piam esse elevationem, & circunlationem Eucharistiæ.

Christus adorari præcipitur.

Concilium Tridentinum.

Heb. 1.

Neque enim ideo minùs eſt adorandum, quòd fuerit à Chriſto domino, vt ſumatur, inſtitutum: nam illũ eundem Deum præſentem adeſſe credimus, quem pater æternus introducẽs in orbem terrarum dicit; Et adorent eum omnes Angeli Dei: quem Magi procidentes adorauerunt: quem denique in Galilæa ab Apoſtolis adoratũ fuiſſe ſcriptura teſtatur. Declarat præterea Sancta Synodus, piè, & religioſè admodum in Dei Eccleſiam inductum fuiſſe hunc morem, vt ſingulis annis peculiari quodam, & feſto die præcelſum hoc, & venerabile ſacramentum ſingulari veneratione, ac ſolennitate celebraretur, vtque in proceſsionibus reuerenter, & honorificè illud per vias, & loca publica circumferretur. Æquiſsimũ eſt enim ſacros aliquos ſtatutos eſſe dies, cùm Chriſtiani omnes ſingulari ac rara quadã ſignificatione gratos, & memores teſtẽtur animos erga communem Dominum, & Redemptorem, pro tam ineffabili, & planè diuino beneficio, quo mortis eius victoria, & triũphus repræſentatur. atque ſic quidẽ oportuit victricem veritatem de mendacio, & hæreſi triumphum agere, vt eius aduerſarij in conſpectu tãti ſplẽdoris, & in tanta vniuerſæ Eccleſiæ lætitia poſiti, vel debilitati, & fracti tabeſcant, vel pudore affecti, & confuſi aliquãdo reſipiſcant. & Can. 6. Si quis dixerit, in ſancto Euchariſtiæ ſacramento Chriſtum vnigenitum Dei filium non eſſe cultu latriæ etiam externo adorandum: atque ideo nec feſtiua peculiari celebritate venerandum, neque in proceſsionibus ſecundùm laudabilem, & vniuerſalem Eccleſiæ ſanctæ ritum, & conſuetudinem ſolenniter circumgeſtandũ, vel non publicè, vt adoretur, populo proponendum & eius adoratores eſſe idololatras, Anathema ſit. & Can. 7. Si quis dixerit, non licere ſacram Euchariſtiam in ſacrario reſeruari, ſed ſtatim poſt conſecrationem aſtantibus neceſſariò diſtribuendam, aut non licere vt illa ad infirmos honorificè deferatur, Anathema ſit. Sed in re grauiſsima ita Caluinus argumentatur, vt ludere potiùs, quàm diſputare videatur. Eccleſia (inquit ille) in hoc ſacramento celebrando canit, Surſum corda: non debemus igitur adorando proſterni. Perinde quaſi externa corporis proſtratio impediat, quò minùs nobiſcum hoc myſteriũ altè cogitãtes, ſurſum cor habeamus. Atqui Apoſtolos (ait) non legimus proſtratos adoraſſe, ſed vt erant diſcumbentes accepiſſe, & manducaſſe. Sed non cõueniebat, vt prætermiſſo Chriſto, quem oculis ſuis cernebant, ſacramentum ipſum adorarent: non enim maiorem reuerentiam, & veneratiõe quàm ipſe Chriſtus habet. At non debẽt (ait) mẽtes in externo ſigno detineri, ſed ſecum myſteriorũ altitudinem reputare. Sed non detinentur ita, vt nihil aliud quàm externa illa ſigna, & accidẽtia ob oculos propoſita reputent: imo ea de cauſa tãto opere ſpeciem illam panis obſeruandã putamus, quòd tantum numen cõtineat.

Caluinus in re grauiſsima ludere potius quàm argumentari videtur.

Non maiorẽ veneratiõẽ Euchariſtiæ quàm Chriſtus habet.

CAP. 14. *Oportere ante quam hoc ſacramentum percipiatur, grauia peccata ſacerdoti confiteri.*

DEſeruimus de ſacramẽti huius dignitate, atq; cultu: nunc de eius percẽptione loquamur. Ac primum tractemus, qualis eſſe debeat apparatio

apparatio noſtra ad tantum cibum capiendum. Luterus nulla apparatione alia, quàm fide opus eſſe cognoſcit. Ecqua verò fide? Vt homines (inquit ille) credant, atque confidant, ſe gratiam per ſacramẽtum conciliaturos. Superioris tamen libri principio declaraui, quàm vana iſta ſit, & nugatoria fides: nunc de hac re Eccleſiæ ſentẽtiam veriſimam eſſe probabo, quæ iudicat, oportere eum, qui ad hoc ſacramentum accedit, nullius grauis admiſſi ſceleris ſibi conſcium eſſe, de quo non grauiter doluerit, & apto ſacerdoti, ſi potuit, aperuerit. Quam ſententiam Paulus apertè docet Corinthijs ſcribens, Probet (ait) ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat: qui enim manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus domini. Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. In qua verò re ſeipſos Paulus Chriſtianos omnes experiri vult? niſi vt cognoſcant, an vllas habeant conſcientiæ labes, & an rectè de hoc ſacramento ſentiant. Ita exponit Theodoretus, facilèque ex ipſo Paulo intelligi licet, ſi hæc ſua verba, cum ijs, quæ proximè præceſſerant, contexamus. In hunc enim incidit ſermonem, vt Corinthiorum crimina in cœna Chriſti celebranda increparet. At verò non ſolùm hæreſes incuſat, ſed etiam alia peccata, quòd in templis agitarent conuiuia, quibus & pauperes excludentes immodico ſe cibo, & potu ingurgitabant. A quibus peccatis, vt illos auocet, quàm ſancta fuerit, proponit, huius ſacro ſanctæ cœnæ inſtitutio: ac ſic ſentẽtiam concludit. Itaque quicunque manducauerit panem, vel biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & ſanguinis Domini. Probet autem ſeipſum homo. &c. Paulus igitur planè demonſtrat, tanto conuiuio homines indignos fieri, nõ modò propter incredulitatẽ, ſed etiam propter alia crimina, alioqui hæreſeôs ſolùm mẽtionem feciſſet, nec alia delicta, atque flagitia commemoraſſet. Quare planiùs in ſententiam noſtram Paulum ire non poſſe exiſtimo. Deinde verò dicentem, Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur, id eſt, ſi nos exquireremus, noſtraque ipſi peccata damnaremus: vtrumque enim διακρίνειν ſignificat. In quo confeſsionem, quam nos etiam poſtulamus, non leuiter tangit. Exquiſitio enim propriè ad confeſsionem pertinet, in qua delicta noſtra recẽſemus. Addens præterea Paulus, Ideò inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi: pœnas apertè declarat, quas pendunt ij, qui indignè hoc ſacramentum tractant, hoc eſt, qui nõ ſe priùs dijudicant: quas nõ ob eã rem perſoluerent, niſi graue feciſſent flagitiũ. Quid? ea quæ geſta ſunt cùm primùm hoc ſacramentum inſtitutum fuit, hanc doctrinam non confirmant, & planam faciunt? Nam primùm pedes diſcipulorum ſuorum lauit is, qui an illotis eſſent manibus nõ curabat antequam cibos alios caperent. Quo ſine dubio ſignificauit animi puritatem, quam requirebat in diſcipulis ſuis, vt hoc ſacramentum pro dignitate tractarent. Deinde eis porrigens ſacramentum dixit. Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis: id eſt, in memoriam reuocantes quanta vos charitate proſecutus ſum, qui oportet vt charitate etiam

Luteri hæreſis.

1. Cor. 11.

Pauli locus expenditur.

Non ſolùm propter incredulitatẽ, ſed etiã propter alia crimina indigni Euchariſtia efficimur

Quas pœnas pendãt ij, qui Euchariſtia indigne tractant.

Quæ geſtã ſunt in Eũchariſtia inſtituenda declarãt ipſam poſtulare, vt animi labes tollãtur priuſquã capiatur Ioan. 13. Matt. 15.

Quid ſignificarit quod diſcipulorũ pedes lauarentur.

Quis Eucharistiã sumat in memoriã Christi.

etiam reſpondeatis: à qua valde alienus eſt, qui pro virili parte non laborat, vt Deus criminibus eius ignoſcat. quod ſtudium non ſignificabit, niſi & in peccatis grauiter doleat, & reme dijs ad ea delenda, cuiuſmodi confeſſio eſt, ſolerter vtatur. Quantam verò iacturam faciãt, qui ſe non ita ad hoc ſacramentum comparant, damnum quod accepit Iudas declarat: qui ſimul atque tanti conuiuij particeps fuit, maiora, & acerbiora moliebatur flagitia, ac tandem ſibi mortem ipſe conſciuit. Quo inſigne prętitum fuit exemplum illius Pauli, quam recitaui, doctrinæ; Qui manducat, & bibit indignè, iudicium ſibi manducat, & bibit, non dijudicans corpus domini. & illius quod idem adijcit; Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiũt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique iudicaremur. Iam verò nemo dubitat, nulla re magis expreſſa amoris in nos ſui indicia Chriſtum conſtituiſſe, quàm hoc admirabili cibo inſtituendo. Id enim proprium amoris eſt munus, eniti vt coniungat amantem cum re, quam amat. Ex quo factũ eſt, vt cum Deus hominem vehementer amauerit, hominem fieri voluerit. Cumque non homines tantùm generaliter, verùm etiam ſpecialiter ſingulos vnicè dilexerit, rationem iniuit, quo pacto non homo modò, ſed etiam ſinguli homines fieret, ſinguloſque in ſe conuerteret: qua maior eſſe non potuit amoris declaratio. Nullum verò excellentius conſilium ad huiuſmodi rem prę ſtandam vel ab ipſo Deo excogitari poſſe puto, quàm vt fieret ſingulorum hominum cibus: qua re, mirabili quodam modo homines ſingulos in ſe conuerteret, ſecundùm illam Auguſtino dictam ſententiam; Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ; ſed tu mutaberis in me. Cum igitur Chriſtus hoc ſacramentum ſui amoris inſigne eſſe voluerit, ſuæque nobiſcum præclariſsimum amicitiæ ſymbolum: idem etiam ſacramẽtum noſtri erga illum amoris, ac pietatis inſigne, ac ſignum præſtantiſsimum eſſe voluit: ita vt illo celebrando, conficiendo, & edendo indicaremus, quod illi in amore reſpondeamus. & ob eam rem illud inſtituens dixit; Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis. Quare ipſa huius ſacramenti ratio, & inſtitutio, animum poſtulat charitatis plenum, omnique ſcelere, & culpa vacantem, tum quod ſit amoris inſigne: tum quòd per illud ita coniungamur cum Deo, vt in Deum tranſformari videamur. Qui fieri igitur poteſt, vt dignè ad illud accedat, qui aliquo eſt flagitio contaminatus? qui in magna apud Deum offenſa eſt? qui Deo inimicus, & infeſtus eſt? Nonne is huius ſacramẽti inſtitutionem omnino peruertit? nam ad amorem demoſtrandum eſt inſtitutum. Quî ergo audet is amoris ſignum afferre, qui ex animo omnem penitus amorem eiecit? Is in Deum transformari & conuerti petit, qui à Deo penitus alienatus eſt? Iniquus, & ſceleratus homo in Deum abire vult? Num Deus labẽ, num ſcelus ſuſcipiet? Quid Deo poteſt cum iniquitate cõuenire? aut quæ participatio (vt Paulus ait) lucis ad tenebras? Iam verò ſeueriſsima lege inſtrumẽto veteri cauebatur, ne vlli ſacerdotes manibus, & pedibus illotis ingrederẽtur in tabernaculum teſtimonij. Illa etiam tam exquiſita corporis

Quantum detrimẽtũ faciunt qui ſe prò dignitate non comparãt ad eucharistiam.

Nulla re expreſsiora amoris indicia Chriſtum cõſtituiſſe quã Euchariſtia inſtituenda.

Voluit Deus vt Euchariſtia eſſet etiã noſtri erga Deũ amoris inſigne.

Euchariſtiã inſtitutionẽ peruertit qui ſcelere contaminatus ad illã accedit.

Exod. 30.

Munditia veteris instrumẽto præcepta tam significabat animimũditiam, quã Christus erat postulaturus. Leu. 2.

corporis munditia millies veteribus institutis præcepta, non dubito, quin illam significaret munditiam, quam Christus nouo instrumento à nobis erat postulaturus. Quod si illa erat de sacerdotibus lex, nimirum, si quis de semine Aaron habuerit maculam, is non offerat Deo panes, neque ad ministerium eius accedat: quod si tales Deus sacerdotes propter illa arietum & hircorũ sacrificia requirebat: quales propter tam excellens filij sui sacrificiũ postulaturũ putamus? quàm seueris de mũditia legibus illos astringi credimus? Quod si ei superioribus temporibus constitutæ corporis mũditiæ, temporibus nostris animi successit munditia: non erit nunc Deus minùs solicitus de hac, quàm antè de illa fuit. Quarè dubium non est, quin is, qui vlla animi labe hoc sacrosanctum sacrificium tractauerit, animi morte moriatur, hoc est, grauissimũ admitttet flagitium: sicut temporibus illis morte corporis moriebatur, qui labe corporis vlla infectus, audebat vetusta sacrificia facere. Id quod docet beatus Ambrosius, quem Lutherus impij erroris sui testem audet citare, enarrans illud Pauli; Quicunque ederit panem hunc, aut biberit calicem Domini indignè, reus erit corporis, & sanguinis Domini. Indignum (ait) esse dicit Domino, qui aliter mysterium celebrat, quàm ab eo traditũ est. hoc est, qui non se priùs probat ante perceptionem, & in ipsa perceptione meminerit mortis Christi, indignus est qui accedat. Non enim potest deuotus esse, qui aliter præsumit, quàm datum est ab auctore. Ideo præmonet Paulus, vt secũdùm ordinẽ datum, deuota mens sit accedentis ad Eucharistiam Domini: quoniam futurum est iudiciũ, vt quemadmodũ vnusquisque accesserit, reddat causas in die Domini nostri Iesu Christi. Quia sine disciplina traditionis, & cõuersationis qui accesserint, rei sunt corporis, & sanguinis Domini. Huic nostræ sententiæ subscribit Origenes Psalm. 37. Theophilactus in eundem Apostoli locum, probet autem seipsum homo. Chrisostomus homilia. 60. Cassianus collatione. 22. cap. 5. Leo secundo sermone Paschali. Augustinus sermone de cœna Domini. Testatũ igitur illud sit, dignè ad Christi corpus neminem posse accedere, qui quas conceperit animi labes ante & dolore magno, & confessione non eluerit. De quo ita Concilio Tridentino sessione. 13. cap. 7. decernitur. Si non debet ad sacras vllas functiones quispiam accedere, nisi sanctè: certè quò magis sanctitas, & diuinitas cœlestis huius sacramenti viro christiano comperta est, eò diligentiùs cauere ille debet, ne absque magna reuerentia, & sanctitate ad id percipiendũ accedat, præsertim cùm illa plena formidinis verba apud Apostolum legamus: Qui mãducat, & bibit indignè iudicium sibi mãducat, & bibit, non dijudicans corpus Domini. Quare cõmunicare volenti reuocandum est in memoriam eius præceptum; Probet seipsum homo. Ecclesiastica autem consuetudo declarat, eam probationem necessariam esse, vt nullus sibi conscius peccati mortalis, quantumuis sibi contritus videatur, absq; præmissa sacramentali confessione, ad sacram Eucharistiam accedere debeat. Quod à Christianis omnibus, etiam ab ijs sacerdotibus, quibus ex officio incubuerit celebrare, hæc sancta Synodus perpetuò seruandum esse decreuit,

Lex veteris instrumenti de sacerdotibus declarat quos Christus sacerdotes requirat.

Figura mortis eius quam moriũtur qui indignè tractant Eucharistiam.

Ambrosius.

Origenes.

1. Cor. 11.

Theophilactus.

Chrisostomus

Cassianus.

Augustinus.

Concilium Tridentinum.

creuit; modò nõ deſit illis copia confeſſoris. Quod ſi neceſsitate vrgente, ſacerdos abſque præuia confeſsione celebrauerit, quàm primùm confitea tur. & can. 11. ait. Si quis dixerit, ſolam fidem eſſe ſufficientem præparationem ad ſumendum Euchariſtiæ ſacramentum, Anathema ſit. Et ne tantum ſacramentum indignè, atque ideo in mortem, & condemnationem ſumatur; ſtatuit atque declarat ipſa ſancta ſynodus, illis, quos cõſcientia peccati mortalis grauat, quantumcunq; etiã ſe contritos exiſtiment, habita copia confeſſoris, neceſſariò præmittẽdam eſſe confeſsionem ſacramentalem. Si quis autem contrarium docere, prædicare, vel pertinaciter aſſerere, ſeu etiam publicè diſputando defendere præſumpſerit, eo ipſo excommunica tus exiſtat. Sed dicũt aduerſarij; Chriſtus non maiorem dignitatem habet in ſacramento, quàm extra ſacramen tũ. At dum mortalis inter nos habita ret, non eũ iniqui homines ad eũ acce dẽtes offendebãt; imò reprehẽdũtur Phariſæi, quòd ei detrahebant dicentes (vt Lucas ait) Hic peccatores recipit, & manducat cum illis. temerè igitur in culpa eſſe putamus eos, qui ad eum in ſacramento poſitũ accedunt. At alia ratione ad hoc ſacramentum venit capiendum iniquus homo; alia Chriſtum conuerſantem peccatores conueniebant. Nam ſe in ſacramẽto exhibet pro charitatis ſigno, mutuæque inter Deum, & homines beneuo lentiæ: & quò nos ad ſe adiungat, & quaſi totos in ſe transformet. quare violator, corruptorque, quantum in ſe eſt, tantæ ſignificationis exiſtit, & tam ſacroſancti ſigni ſacrilegus, qui ita huius ſacramenti particeps eſſe vult, vt re, quod ſignificat efficere, at-

Hereticorum argumenta.

Alia ratione ad Euchariſtiam capiendam accedit iniquus homo alia ulsm ad Chriſtum peccatores veniebant.

que præſtare non poſsit. Chriſtus autem inter nos viuens minimè ſe hoc modo gerebat: ſed ſicut alius de plebe homo. quare non peccabant iniqui homines familiariter eo vti volẽtes: qui tamen verſuto, & peruerſo animo in illius ſe conſuetudinem inſi nuaſſet, fallaciaque, & ſimulata amici tiæ ſigna oſtẽdiſſet, vt Iudas qui eum oſculo tradidit; planè quidem ſcelus grauiſsimũ admitteret. Id quod aper tè facit is, qui ſcelere aliquo contaminatus Chriſto per ſacramẽtum veſcitur. Sed dicũt illi, Chriſtus medicina eſt: licet igitur eo ægroto vti. At qua ex parte in hoc ſacramento eſt, non medicina, ſed ſolidus, & perfectus cibus eorum eſt, qui bona valetudine ſunt, ſicut dictũ Auguſtino eſt; Creſce, & manducabis me. Quare hoc cibo abutitur, qui prudens, & ſciens infirmus veſcitur eo. Sed inſtant illi dicentes, cur confeſsionis propoſitum, & ſtudium, & vt dicunt ſcholaſtici, votum, tẽpore ab Eccleſia conſtituto faciẽdę, nõ ſufficiet? cùm nulla re alia opus ſit ad redeundum in gratiam, & amicitiam Dei. Quia cum ſacramentum hoc (vt docuimus) ſit amoris, & vnionis inſigne, oportet non ſolùm Deo, ſed etiam eius Eccleſiæ, cuius illud vnionem, & coniunctionem ſignificat, reconciliari, ac ſe ei crimi nibus iudicibus eius aperiendis modeſtè, ac ſubmiſsè ſubijcere. Sed obijciunt nobis illi Chriſoſtomi ſententiam dicentis in illa Pauli verba, Probet autem ſeipſum homo: non iubet vt alter alteri probetur; ſed ipſe ſibi non publicum faciens iudicium, & ſine teſte argumẽtum. Veram tamen de hac re Chriſoſtomi ſententiam lo co à nobis iam citato reperiemus. his autem verbis tantùm declarat, non homi-

Hæreticorũ argumentũ.

Chriſtus qua ex parte in Euchariſtia eſt non medi cina ſed ſolidus cibus eſt.

Cur non ſatis ſit redire in gratiam cũ Deo ad Euchariſtiã capiendam.

Hæretici obijciunt Chriſoſtomum.

Chriſoſtomus explicatur.

Quam probationem Euchariſtia requirat.

hominum, ſed conſcientiæ noſtræ bonum teſtimonium eſſe quærendum. id eſt, non laborandum eſſe, vt alijs nos probemus, ſed vt nullius grauis delicti, cuius nos ex animo non pœnituerit, & quod non fuerimus confeſſi, conſcij nobis ſimus. Nam & ipſe Paulus bonum conſcientiæ ſuæ teſtimonium vehementer amat, & in vulgus commendari contemnit dicens; Gloria autem noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. & alio loco: Mihi autem pro minimo eſt, vt à vobis iudicer, vel ab humano die. Vel fortè publicas criminum confeſsiones, quas primis Eccleſiæ temporibus homines faciebant, neceſſarias non eſſe dicit. Superior tamen explicatio mihi magis probatur. Luterus tamen obiectat illud Pauli, Nihil mihi conſcius ſum: ſed non in hoc iuſtificatus ſum. Perinde quaſi nos doceremus, oportere eos homines, qui ad hoc ſacramentum accedant, ſe ſanctos omniq́ue peccato carentes eſſe cognoſcere. Imo in hac re Luterum, & alios vehementer reprehẽdimus, quòd tradant oportere chriſtianum ſe iuſtum eſſe certò cognoſcere. Noſtra verò modò ſententia eſt, debere eum, qui tantum capit ſacramentum, conſcientiæ labes graui animi dolore, & confeſsione repellere. Quod ſi nihil horum ſe prætermiſiſſe putat, hac conſcientia comite poteſt tantum ſacramentum percipere, dicente Ioanne; Si non reprehenderit nos cor noſtrũ, fiduciam habeamus ad Deum. Sed (inquit ille) ſublata fide, omnia quæ facimus nugæ, deceptiones, ac certa peccata ſunt. Nã Paulus dicit; Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. ſola fide igitur nos ad ſacramentum hoc apparare debemus. Atqui primùm minimè nos fidem reijcimus, ſed ſummopere neceſſariam eſſe fatemur. Deinde ſi intelligit ille omnia officij munera, præterquam fidei, eſſe peccata, quàm falſum id, temerariũ, & impium ſit, longa diſputatione ſuperiori libro perſecuti ſumus. falſum etiã eſt ſi intelligit quicquid agimus, excluſa fide, peccatum eſſe. Poteſt enim Mahumetanus, & Luteranus homo propter Deũ inopi ferre opem: quod nemo, ſi faciat, vituperabit. Fides autem loco illo à Lutero citato, conſcientiam ſignificat. id eſt, quicquid reprehendente conſcientia fit, peccatum eſt. Pauca repetit hoc loco Luterus de fide promiſsionis ſacramenti, quæ nos cùm de toto genere ſacramentorum diſſerebamus, pluribus explicuimus.

Paulus conſcientiæ ſuæ teſtimonium vehementer amat.

2.Cor.1.

1.Cor.4.

Pauli locus exponitur.

Luteri argumentum.

1.Cor.4.

Qua conſcientia comite poteſt quis ad Euchariſtiã accedere.

1.Ioan.3.

Luteri hæreſis.

Rom.14.

CAP. 15. *Non oportere omnes vtráque ſpecie hoc ſacramentum ſumere.*

VErba fecimus de præparatione ad hoc ſacramentum percipiendum: nũc de ipſa perceptione diſputemus. Luterus enim, Caluinus, Buzerus, Melãcton, & aduerſarij omnes contendunt vtraque ſpecie, ac forma hũc cibum ſacroſanctum eſſe capiendum. Quod ante latam de hac re ab Eccleſia legem ferendum quidem eſſet: lata verò lege intolerabile, impium, & nefarium eſt. Sicut & illud quod Luterus addit, Bohemos vtraque ſpecie cõmunicantes, nec hęreticos, neq; ſchiſmaticos eſſe. Hoc autẽ ſacramentum vtraque ſpecie percipi ſolitum dubiũ non eſt. Sanctus enim Cyprianus in ſermone de lapſis narrat, ſe cuidam puellæ ſanguinem bibendum

Luterus. Caluinus. Buzerus. Melanctonis.

Bohemis.

Cyprianus.

Laurentij hi-storia. bendum dediſſe. Et in hiſtoria Laurentij memoriæ proditum eſt, Sixto dixiſſe; Experire vtrùm idoneum miniſtrum elegeris, cui commiſiſti dominici ſanguinis diſpenſationem. Ex quo Diaconi munus fuiſſe creditur, Chriſti ſanguinem populo diſpenſare. *Dionyſius.* Dionyſius etiam id non obſcurè ſignificat lib. de Eccleſiaſtica Hierarchia. c. 13. de ſacerdote loquens; Velatum enim (ait,) & non diuiſum panem reuelans, & in multa diuidens, & vnionem calicis omnibus diſpertiēs. Sed hunc morem, alia melior introducta conſuetudo reuocauit. Quem *Ioannes Vuicleph. Ioannes Hus. Iacobellus. Petrus Derſenſis.* rurſus Ioānes Vuicleph, Ioannes Hus, Iacobellus, Petrus Derſenſis cùm referre vellent, iactantes neceſſariū eſſe capere vtranque huius ſacramēti ſpeciem, *Concilij Conſtantienſe.* Concilio Conſtantiēſi damnati ſunt, hoc facto decreto ſeſsione. 13. Cùm in nonnullis mūdi partibus qui dam temerariè aſſerere præſumāt, populum chriſtianum debere ſacramē tum Euchariſtiæ ſub vtraque ſpecie panis, & vini ſuſcipere; & non ſolùm ſub ſpecie panis, ſed etiam ſub ſpecie vini populum laicum paſsim communicent, & poſt cœnā, &c. Similiter quod licet in primitiua Eccleſia huiuſmodi ſacramentum reciperetur à fidelibus ſub vtraque ſpecie: tamen hæc conſuetudo ad euitandum aliqua pericula, & ſcandala eſt rationabiliter introducta, quod à conficientibus ſub vtraque ſpecie, & laicis tantummodò ſub ſpecie panis ſuſcipiatur. Cùm firmiſsimè credendum ſit, & nullatenus dubitādum, integrum Chriſti corpus, & ſanguinem tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter contineri. &c. Quapropter dicere, quod hanc conſuetudinem, & legem obſeruare ſit ſacrilegium, aut illicitum, cenſeri debet erroneum: & pertinaciter aſſerētes oppoſitum præmiſſorum, tanquam hæretici arcendi ſunt, & grauiter puniendi per dioceſanos locorum, aut inquiſitores hæreticæ prauitatis. &c. Poſt quod factum Decretum, hæreticum eſſe dico in antiqua ſententia manere. Nam vel poteſt Eccleſia, cuius perſonam Concilium gerere primo libro probauimus; de hac re legem ferre, vel non poteſt. Quod ſi non poſsit: cùm eam tulerit, concedendum eſt, grauiter Eccleſiam labi, ac decipi poſſe in ijs, quæ ad fidem, & religionem ſpectant. Quod opinari impium, & contra verā religionem eſſe demonſtrauimus: cùm ſit, vt Paulus ait, colūna ac firmamentum veritatis. Neq; Chriſtus, qui ſemper ei ſe adfuturum pollicitus eſt, hunc in ea peruerſum morem induci pateretur, quē ante Concilium Conſtantienſe increbuiſſe, ipſum Concilium teſtatur. Quocirca oportet concedere, Eccleſiam poſſe huiuſmodi legem ſcribere: præſertim cum circa ſacramenti verſetur vſum, qui longè diſtat ab ipſa ratione ſacramenti atque natura: quam, niſi Deo auctore, fatemur Eccleſiam nec debere, nec poſſe mutare. Quare qui iuſtis eiusde hac re legibus nō obtēperauerit, hęreticus, & ſchiſmaticus habendus eſt. Luterus igitur, Melanctō, & alij cū Bohemis hæretici ſunt, qui vtraque ſpecie Euchariſtiam capiendam eſſe tradant, cùm vnam modò ſpeciem populo eſſe dādam Eccleſia decreuerit. Ad quod Decretū faciendum Eccleſiam iuſtiſsimis de cauſis adductam fuiſſe certiſsimū eſt. Nam cùm hoc ſacramentum ſeruetur infirmis, periculum eſſet magnum, ne vini ſpecies corrumperentur, aut cùm ad in-

Hæreticū eſt putare oportere ſub vtraque ſpecie Eucharistiā ſumere.

Quibus de cauſis precipiat Eccleſia ne ſub vtraque ſpecie Eucharistia nō celebrātibus daretur.

ad infirmos defertur, aut populis diſpéditur, è calice effunderetur. Oportet etiã populos meminiſſe ſemper vtraque ſpecie Chriſtum contineri. Nam in hac re magnus quondam error verſatus eſt. Sicut etiam lege, inſtitutoque veteri multa, quæ offerebantur Deo, ad ſacerdotes ita pertinebant, vt ea cum alijs communicare non poſſent: ita & in noſtris ſacrificijs fieri oportet, & aliqua prærogatiua ſacerdotes in hac re populo anteferri. Quæ inſtituti ratio non ita eſt ab Euangelio aliena, vt cum eo multum non conueniat. Nam in caſtello Emaus duobus ſuis diſcipulis Chriſtum panem dediſſe Lucas vltimo capite narrat, nulla vini mentione facta. In Actis de diſcipulis etiam dicitur; Erant perſeuerantes in doctrina Apoſtolorũ, & cõmunicatione, & fractione panis: nullaq; vini métio fit. Hoc etiã inſtitutũ maximè refert illa præclara huius ſacramenti imago manna populo è cœlo miſſum; quod cibus erat, & nõ potus. Dubiũ igitur nõ eſt, quin id Eccleſiæ inſtitutũ, atq; decretũ optimũ ſit. Quamobrem hæreticũ atq; ſchiſmaticũ eſſe cõſtat, qui cõtéperit illud. Sed nobis magnis clamoribus atque conuitijs aduerſarij obijciunt illam Chriſti ſententiam; Niſi mãducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius ſanguinem, non habebitis vitam in vobis. Concilium tamen Conſtantienſe hoc argumẽtum tangit, atque diſſoluit dicens; Cùm firmiſsimè credendum ſit, & nullatenus dubitandum, integrum Chriſti corpus, & ſanguinẽ tam ſub ſpecie panis, quàm ſub ſpecie vini veraciter cõtineri. quare ſignificat cõcilium Chriſti ſanguinem bibi ab eis, qui corpus eius edunt. Verba etiã hęc ſunt ſacramentũ inſtituentis: eius autem inſtitutio per ſe, viq́ue ſua poſtulat, vt vtraq́ue ſpecie conficiatur. Similiter & illa, quæ ſunt apud Matth. Bibite ex hoc omnes. & illa Pauli; Hic calix nouum teſtamentum eſt in meo ſanguine, hoc facite quotieſcunque biberitis in meam commemorationẽ. Quotieſcunque enim manducabitis panẽ hunc, & calicẽ Domini biberitis, &c. His itaque, & omnibus alijs locis, quibus potus cum cibo hoc admirabili coniungitur, non eſus, ſed modus cõficiendi præſcribitur, non vt alter ſine altero non percipiatur, ſed vt vnus ſine alio non conficiatur. Quamobrem huiuſmodi verba ad vniuerſam Chriſtianam rempub. ſpectare credẽdum eſt: in qua oportet vtramq́; ſpeciem ſemper confici, & edi: ſed non ab omnibus vtramq́ue edi, ſed vtrãq́ue à conficientibus: alterã verò ab alijs, quinõ cõficiũt, ſed cõfecti ſacramẽti participes ſunt. Quemadmodũ veteri more vinũ, ac totũ illud ſacrificiũ, quod Minha appellabatur, ad ſolum ſacerdotẽ pertinebat. Itaq; quẽadmodum præcepto illo, Creſcite, & multiplicamini, & replete terram, in Geneſi tradito, non ſingulos homines, ſed vniuerſam rempub. teneri putamus: ita & hoc de edendo corpore, bibendoq́; ſanguine Chriſti. Nẽ inſolentẽ hãc doctrinæ rationẽ aduerſarij iudicẽt. In eandẽq́; ſententiã accipiẽdum exiſtimo, quod Chriſtus, quãdo ſacramentum hoc inſtituit, diſcipulis ſuis dixit; Hoc facite in meã commemorationẽ. id quod nobis etiam aduerſarij obiectant. Nam cùm ex illis eſſet vniuerſa Eccleſia propagãda, cum illis è vita migraturus perinde loquebatur, ac ſi cum vniuerſa loqueretur Eccleſia, in qua voluit vtraque

Figura rationis Euchariſtiam deſtribuendi.

Conuenit cũ Euangelio quod nõ vtraque ſpecie euchariſtia capiatur.

Luc. 24.

Acto. 2.

Figura Euchariſtiæ.

Hæreticorum argumenta.

Ioan. 6.

Sub vtraque ſpecie Euchariſtiæ integer Chriſtus cõtinetur ex verbis Concilij Conſtantiẽ ſis.

Locus Ioãnis exponitur.

Mat. 26.

1. Cor. 1.

Vult Chriſtus vt vna Euchariſtiæ ſpecies ſine altera non conficiatur.

In Chriſtiana repub. oportet vtrãque Euchariſtiæ ſpeciem cõfici, & edi.

Gen. 31

Mat. 26.

Matt. locus exponitur.

specie hoc sacrificium fieri: minimè vero iussit vt homines singuli vtraque vterentur specie. Quod autem nobis aduersarij multa sanctorum testimonia obijciunt, quibus vtramque speciem sacramenti huius populo distribui significant, diximus iam, & fatemur nunc, hunc fuisse antiquum Ecclesiæ morem, quē alia meliore consuetudine, & Concilij Constantiensis decreto magna cum ratione antiquatum fuisse ostendimus. Sed nos vehementer vrgere aduersarij sibi videntur verbis illis Gelasij, quæ ponuntur de consecratione distinct. 2. cap. comperimus. Comperimus (ait) quod quidam sumpta tantummodò corporis sacri portione, à calice sacratis cruoris abstineant: qui procul dubio (quoniam nescio, qua superstitione nocentum astringuntur) aut integra sacramenta percipiant, aut ab integris arceantur: quia diuisio vnius, eiusdemque mysterij, sine grandi sacrilegio non potest peruenire. Sed hoc dicitur quibusdam sacerdotibus, qui cum hoc sacramentum confundunt, alteram tantùm illius partem, & speciem capiebant. Sed Buzerus clamat, nec Patres Concilij, nec tota simul Ecclesia potest quidquam circa sacramenta constituere contrarium, quod à Christo institutum est. fatemur id quidem. Sed si Buzerus demonstrauerit à Christo institutum fuisse, vt à singulis hominibus hoc sacramentum in vtraque specie percipiatur, tunc vanissimè clamitet. Ecclesia tamen in huiusmodi ciborum naturam, institutionem, & confectionem huius sacramenti deducti, sed circa vsum tantùm pro iure sibi tributo, quòd diuinitus ex sacramenti dignitate, & potestate esse censet. Vt autem Ecclesiæ potestas est præscribendi, quo tempore hoc, & alijs sacramētis christiani vtantur: ita & quam eius sacramenti partem percipiant, quod in partes diuidi potest. Nec huiusmodi statuta in natura, & sacramenti institutione versari existimanda sunt, sed in eius vsu tantùm, cuius ratione Ecclesia magistra potest varias leges, pro varia temporis oportunitate ferre. Sed criminantur aduersarij, populum nos tanto sacramenti fructu fraudare, sanguinis vsum illi non concedentes. At ea fraude non fiunt, quæ magis sua natura ad Dei cultum, & reuerentiam spectant: atqui explanauimus quanto dedecoris, & ignominiæ periculo sanguis populis distribuatur. Quod si fraus ista appellanda est, eodem argumento concluderent, per Ecclesiæ statuta singulis sacerdotibus licere debere milies, si vellent, hoc sacramentum capere. Cùm enim Ecclesia vetat bis vno die hoc sacrosanctum celebrare conuiuium, eò nos fructu priuat, quē si sæpius à nobis celebraretur capere mus, & quemadmodū hæc fraus non est: quòd propter maiorem venerationem, & honorē erga hoc sacramētū fiat: ita nec illa. Iam verò nō ita certum est, maiorem gratiam vtraq; specie, quàm alteram conciliare: vt non iustissimis de causis plures Theologi de hac re dubitauerint, & contrariam potiùs sententiam tuiderint. Nam licet species illæ, quòd verum sint sacramentum, gratiam nobis sua natura concilient: non tamen sua vi, sed pius rei, quam continent, id præstant. Siquidem cum instrumenta sint, non sua virtute agunt, sed alterius superioris causæ. Æqua verò vis, æqua virtus est in altera, atq; in vtraque

Haereticorū argumentū. *Gelasius, de cōsec. dist. 2. c. cōperimus.* *Buzeri argumentum.* *Ecclesia circa vsum non circa institutionem Eucharistiæ aliquid decernit.*

Haereticorū criminatio. *Nullam populo fraudē facit Ecclesia quod vtramque Eucharistiæ speciem populo non concedat.* *Non certum est maiorem gratiā vtraque Eucharistiæ speciem quam alteram tribuere.*

vtraque ſpecie: nam vtriuſque virtus ſpeciei corpus eſt, & ſanguis Chriſti. Sicut verò vtraque continet ſpecies totum Chriſti corpus, totumq; eius ſanguinem; ita & earum altera. Eodem enim modo ſanguis eſt ſub ſpecie panis, quo eſt ſub ſpecie vini. Et quo pacto corpus eſt ſub ſpecie panis, ita & ſub ſpecie vini. Neque enim poteſt corpus ſanguine carere, neque ſanguis à corpore ſeparari. Tantùm differunt, quòd ex vi verborum corpus continetur ſub ſpecie panis; ſanguis verò ſub ſpecie vini. Cùm igitur æqua ſit vis alterius, atque vtriuſque ſpeciei; non maiorem fructum percipiemus ex altera, quàm ex vtraque ſpecie. Quare nulla fraus populo fit, quòd ſanguis ei non tribuatur, & maiori obſeruantia, atque veneratione hoc ſacramentum tractatur. AEquum igitur, religioſum, atque ſanctum huiuſmodi ſtatutum habeatur. vt Concilio Tridentino Seſſione. 21. capitu. 2. his verbis decernitur. Præterea declarat, hanc poteſtatem perpetuò in Eccleſia fuiſſe, vt in ſacramentorum diſpenſatione, ſalua illorum ſubſtantia, ea ſtatueret, vel mutaret, quæ ſuſcipientiũ vtilitati, ſeu ipſorum ſacramentorum veneration i pro rerum, temporum, & locorum varietate magis expedire iudicaret. Id autẽ Apoſtolus non obſcurè viſus eſt innuiſſe, cùm ait; Sic nos exiſtimet homo, vt miniſtros Chriſti, & diſpenſatores miniſteriorum Dei. Atque ipſum quidem hac poteſtate vſum eſſe ſatis conſtat, cùm in multis alijs, tum in hoc ipſo ſacramento, cùm ordinatis nonnullis circa eius vſum; Cætera (inquit) cùm venero, diſponam. Quare agnoſcens ſancta mater Eccleſia hanc ſuam in adminiſtratione ſacramentorum auctoritatem, licet ab initio chriſtianæ religionis nõ infrequens vtriuſq; ſpeciei vſus fuiſſet; tamen progreſſu temporis latiſsimè iam mutata illa cõſuetudine, grauibus, & iuſtis cauſis adducta, hanc cõſuetudinem ſub altera ſpecie communicandi approbauit, & pro lege habendam decreuit: quam reprobare, ac ſine ipſius Eccleſiæ auctoritate pro libito mutare non licet. Et in Cano. 2. ait. Si quis dixerit, ſanctam Eccleſiam catholicam non iuſtis cauſis, & rationibus adductam fuiſſe, vt laicos, atque etiam clericos non conficientes, ſub panis tantum modò ſpecie communicaret, aut in eo erraſſe, Anathema ſit.

Decretũ Concilij Tridentini de communione ſub vtraque ſpecie.

CAP. 16. *Euchariſtiam eſſe ſacrificium.*

SED præterquam quod hoc ſacramentum ſit cibus, eſt etiam proprium noſtræ religionis ſacrificium. In qua re Luterus, Caluinus, Melancton, & omnis denique aduerſariorum fæx vehementer reſiſtit. Quare neruos omnes oportet cõtendere, vt hanc noſtram ſententiam probemus, & eam ab aduerſariorum contumelijs, & infinitis maledictis defendamus: ea enim in hoc ſacroſanctum ſacrificium iactant conuitia, quæ pius, & chriſtianus vir vix audeat commemorare. Nam Luterus ait in libro de abrogãda miſſa; Miſſæ, quas ſacrificia vocãt, ſumma ſunt idolatria, & impietas: imo miſſarum vſum nomine ſacrificiorum, & ſacerdotum titulo tenere, eſt negare Chriſtum. Caluinus non minùs ad audendum, & maledicẽdũ proiectus, in illa

Luterus. Caluinus. Melancton.

Luteri blaſphemia.

Caluinus.

sua institutione christianę religionis, non in moribus consuetudine ijs hoc sacrosanctum sacrificium insectatur.

Vuirtembergenses. Vuirtembergenses in libro, quem de sua religione, ac fide ediderũt, & omnes ad vnum huius temporis hæretici, sacrificium hoc negligunt, contemnunt, & irridẽt. Sed primùm ex illis quæram, vtrùm propriũ aliquod sit nostræ religionis sacrificium? Dei laudes dicunt illi, ac pectus erga Deũ charitatis, & amoris plenum, quod imprimis Deus amat, & à nobis postulat sacrificium: & ob eam rẽ Christianos omnes sacerdotes esse dicũt, quòd sit omnium munus, huiusmodi sacrificia facere. Sed nos non communia, sed propria religionis nostræ sacrificia quærimus: ista verò cum quæcũque nobis sunt religione communia. Nam ipsa nos natura huiusmodi sacrificia docet: quare naturali, & scripta lege constituta sunt. Reddemus tibi vitulos labiorum nostrorum dixit Oseas. Et sacrificium Deo spiritus contribulatus pronunciauit Dauid. Aut igitur concedant, proprio sacrificio religionem nostram carere, aut dare oportèt aliquod eius proprium sacrificium. Si primũ dent, constat eos absurdissimos, impios, & temerarios esse. Ipsa enim natura, quæ Deum esse ostendit, religionem pariter, & eius colendi rationem docet. Et sicut religio Dei cultum, & ceremoniam affert natura sua: ita specialis religio, specialem cultum, & ceremoniam. Nullaq; vnquã fuit tam barbara, & immanis natio, quæ simul ac Deum esse cognouerit, propria ei sacrificia non instituerit, quibus eum aut iratum placaret, aut eius beneficia promereretur. Id quod facilè cognoscitur ex historijs, non Romanorum, & Græcorum dicam, quorum erant respublicæ præstantiore stabilitæ consilio, sed Scytharum, & Indorum, & aliarum gentium barbararum, apud quas non vulgò sacerdotes erant, sed certi homines sacerdotium inibant. Nam sicut Regiæ dignitatis est, certos habere ministros: ita ad Dei spectat reuerentiam, certos homines sacris faciendis præesse. Quare quod barbarus, & Scytha non faceret, vt specialium, & solennium sacrificiorum religione vacaret, vt sacerdotes nullos certos haberet, incredibile est in eaid re pub. fieri, quæ Dei Opt. Max. consilio sit constituta. Quocirca dandum est aliquod eius proprium sacrificiũ, vt vniuersa eius erga Deum religio constet. Nam licet religionem sacramenta constituant, eam tamen perfectam non efficiunt. Fit enim perfecta religio & his ceremonijs, quæ ad hominum delenda peccata, eorumve sordes tollendas pertinent, quò dignè sacra faciant: & ijs, quæ ad Deum colendum, & obseruandum spectãt: in quas duas partes vetusta illa, & antiquata religio distributa fuit. Sacramenta verò omnia in hominum purificatione, & sanctificatione versantur. Quare supereſt illa præcipua pars, qua Deum, à quo toti pendemus, colamus, subiratum mitigemus, alienatumque reconciliemus, quod certis quibusdam sacrificijs fieri necesse est. Nulla verò alia in religione nostra aduersarij esse docebunt, nisi sacrosanctam Eucharistiã, quæ oblata Deo, veri sacrificij rationem habet. Nam inter nos, Caluinumque cõuenit lib. suo de institutione Christianæ religionis, sacrificium esse rem bonam oblatam Deo. At Eucharistia,

Quod sacrificiũ proprium religionis Christianæ aduersarij putent.

Laudes & charitas erga Deũ non est proprium nostræ religionis sacrificium.

Osee. 14.

Psal. 50.

Omnes vel barbaræ nationes quæ Deũ esse cognouerunt, propria ei sacrificia instituerunt.

Dandum est propriũ aliquod nostræ religionis sacrificium.

Quibusnam rebus perfecta fiat religio.

Nullũ est proprium nostræ religionis sacrificium nisi Eucharistia.

Quid sit sacrificium.

stia, qua ex parte verum habet Christi corpus inclusum, omnium rerum optima est, & Deo offerri potest. Si Deo igitur offeratur, verum erit sacrificium. Quod autem Deo offerri possit, ex eo facilè intelligi licet, quòd à Christo ipso fuerit oblata. Nam supremo illo vitæ suæ mortalis die, bis seipsum immolasse, Deoque obtulisse religiosè credimus. Primò, vltimum celebrans cum discipulis suis conuiuium specie panis, & vini se ipsum æterno Patri offerens: secundò, vitam pro nobis in Cruce fundens. Verùm immolationem, & oblationem hanc libenter nobis aduersarij concedunt: illam verò vehementer abnegant. Eam tamen non obscurè tres classici docent, & locupletes veritatis testes, Matthæus, Lucas, & Paulus. Cùm enim panem in corpus suum conuerteret, Lucas dixisse ait; Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Illud autem verbũ, datur, quòd instans tempus significet, minimè ad eius pertinet futuram mortem. quare aliam oblationem significat, qua tunc pro illis offerebatur. Paulus etiam. 1. ad Corint. 11. etsi vetus interpres vertat futuro tempore, pro vobis tradetur; Græcè instanti etiam tempore dicitur κλώμενον, destruitur. Idem apud tres Euangelistas, Matthæum, Marcum, & Lucam Græcè fit, vt instanti tempore dicant ἐκχυνόμενον funditur: tametsi noster interpres reddat fundetur. Sed facilè fortasse, id est, librariorum negligẽtia commissum est vt, i, trãsierit in, e. Quare non dubito, quin illis enunciationibus ad vnum omnibus ad præsens tempus spectantibus, illam, quam dico primam oblationem, Christus significauerit. Idque ita fieri debere apertissimo argumento conuincam. Nam Christus fuit sacerdos secundum ordinem Melchisedec, vt Dauid Psalmo. 109. testatur canens ei; Tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedec. id quod Paulus confirmat dicens; Vbi præcursor pro nobis introiuit Iesus, secundum ordinem Melchisedec Pontifex factus in æternum. Animaduertamus igitur ordinem, rationemque sacerdotij Melchisedec, vt ex ea intelligamus rationem sacerdotij Christi. De Melchisedec nihil aliud sacra scriptura narrat, quàm illud Geneseôs; Melchisedec Rex Salem proferens panem, & vinum: erat enim sacerdos Dei altissimi: benedixit ei, & ait; benedictus Abraham Deo excelso, qui creauit cœlum, & terram: & benedictus Deus excelsus, quo protegente hostes in manibus tuis sunt, & dedit ei decimas ex omnibus. Quæ historia nullam propriam eius sacerdotij rationem tradit, præter illam, quòd panem, & vinum protulerit. Nam illud quòd Abrahæ benedixerit, quòd ab illo decimas acceperit, communia sunt ei cum alijs sacerdotibus. Nam Leuiticus sacerdos, & decimas à populo accipiebat, & ei benedicebat, ac fausta precabatur. Illa illa certè propria ratio, & conditio est sacerdotij Melchisedec: quòd non boues, nõ hircos, & arietes Deo immolauerit, sed panem, & vinum obtulerit. Quare vt Christus sacerdos dicatur secundum ordinem Melchisedec, panem, & vinum Deo obtulisse oportet. Quod nunquam ab illo factũ esse aduersarij monstrabũt, nisi quãdo panem in corpus, vinumq; in sanguinem suum conuertit. Quæ & hac de causa (vt cap. 11. exposuimus)

Bis seipsum Christus immolauit.

Christus in cœna seipsum obtulit.

Locus Matthæi, Marci, & Lucæ, & Pauli declaratur.

Christus fuit sacerdos secũdum ordinẽ Melchisedec Heb. 6.

Quæ fuerit ratio sacerdotij Melchisedec.

Gen. 14.

Vt Christus sit sacerdos secundum ordinem Melchisedec, panẽ, & vinum obtulisse oportet.

& quod ſpecies panis, & vini reliqua ſit, panis, & vinum in ſacra ſcriptura vocantur. Conſequens igitur eſt, ſe Chriſtum Deo tunc ſpecie panis, & vini obtuliſſe, quando ad illam mirificam pugnam cũ peccatis, & morte erat proceſſurus, tantamque illis cladẽ illaturus, ſicut Melchiſedec panem Deo, & vinum obtulit, quando Abraham ab illa, cum quatuor regibus pugna, victor redibat. Verum igitur eſt quod nos dicimus, ſe bis Chriſtum obtuliſſe: ac proinde Euchariſtiæ oblationem verum eſſe ſacrificiũ, quòd rei bonæ oblatio Deo facta ſit. At dicunt aduerſarij, Melchiſedec non Chriſti ſacerdotium, ſed Chriſtum retulit. Sed id putare ridiculum, & planè ſcripturæ contrarium eſt. Nam Dauid Chriſtum vocat ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedec. Paulus etiam ait; Si ſecũdum ordinem Melchiſedec exurgat alius ſacerdos, qui non ſecundum legem mandati carnalis factus eſt, ſed ſecundum virtutem vitæ inſolubilis: conteſtatur enim; Quoniam tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Quare ſi Dauid Chriſtum appellat ſacerdotem ſecundum ordinem Melchiſedec, idque Paulus etiam confirmat, & in hanc ſententiam Dauidem interpretatur, illa via aduerſarij elabi non poſſunt, ſed aut nobis debent aſſentiri, aut Paulo, & Dauidi planè repugnare. Sed adhuc ijs ſe arctiſſimis vinculis diſſoluere conantur dicentes, כֹּהֵן *cohen* non ſolum ſacerdotem, ſed etiam principem ſignificare. Quamobrem Melchiſedec (dicunt) Chriſti principatum, non ſacerdotium imitatus eſt. Sed nos concedimus, vocem Hebræam, & ſacerdotem, & principem ſignificare: planiſſimè tamen conuincemus illo à nobis citato loco, non principem, ſed ſacerdotem declarari. Et vt illa argumenta præteream, quæ magna quidem ſunt, quod illa munia Melchiſedec attribuũntur, quæ in alium, quàm ſacerdotem non conueniunt; quòd benedixerit Abraham; quòd ab eo decimas acceperit: illud tamen vehementiſsimum, & quod nullo modo explicari poteſt argumentum eſt, quod Paulus vbique nomen illud de hac re loquens, ſacerdotem interpretatur. Capite enim. 6. ad Hebræos ait; ſecundum ordinem Melchiſedec ἀρχιερεὺς factus, quæ vox non principem, ſed Pontificem Maximum ſignificat, & capitu. 7. Opus eſt ſecundum ordinem Melchiſedec alium ſurgere ἱερέα; quod verbum ſacerdotem ſolùm ſignificat, quo verbo reddidit etiam illud Pſalmi; Tu es ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedec. Quare licet vox כֹּהֵן *cohen* ambigua ſua natura ſit; quòd alio Dei oraculo explicata ſit, nullus relinquitur ambiguitati locus. Quare dubium non eſt, quin Chriſtus panem, & vinum. id eſt, ſe ipſum ſpecie panis, & vini Deo patri obtulerit. Quocirca ſpecies panis, & vini dum Chriſtũ tegunt, verũ, & excellentiſsimum ſacrificium eſſe poſſunt. Sed Zuinglius primus Heluetiorum ſe ductor, & Oſiander Nurembergenſium Sycophanta, alia ſe ratione explicare conantur dicentes, הוֹצִיא *hozi* non obtulit, ſed protulit ſignificare: Melchiſedec autem non Deo, ſed Abraham propter pugnam fame cõfecto panem, & vinum protuliſſe. fateor verbum הוֹצִיא *hozi* potiùs proferre, quàm offerre ſignificare: ſed

Sacerdotem Melchiſedec cum Chriſti ſacerdotio cõparatur.

Melchiſedec Chriſti ſacerdotium retulit.

Hebr. 7.

Hæreticorum vergiuerſatio.

Melchiſedec fuiſſe ſacerdotem.

Zuinglij, & Oſiandri vergiuerſatio.

Melchisedec panem & vinum obtulisse Deo.

sed protulit ad offerendum Deo, non ad tribuendū Abrahamo. Quoniam nihil ille (contrà quàm isti dicunt) cibo indigebat: superauerat enim Abraham quatuor Reges, qui prædas ex multis vrbibus egerant. Quare dubiū non est, quin magnam secum ciborum copiam, vt tanto exercitui sufficeret, ferrent, præterilla, quæ rapuerant, cùm totvíros, & vrbes compilarent. Sacra etiam scriptura apertè dicit, Abraham, & eius socios finita pugna comedisse. Narrat enim Abraham regi Sodomorum dixisse vniuersas exuuias offerenti; Nihil se velle reportare, exceptis ijs, quę comederunt iuuenes. Quare si serui eius comederant: nihil erat, quod Melchisedec panem, & vinum ad eos pascendos proferret: sed vt Deo illud offerendo, gratias pro tanta victoria ageret. Deinde si panem, & vinum Deo non obtulit; quæ conditio, quæ propria ratio eius sacerdotij fuit; in quo Christū est imitatus? quod nullo ipsi modo exponere possunt. Est aliud præterea sententiæ nostræ testimonium in Daniele; quo loco Angelus cum Daniele de captiuitate loquens, quam est Ecclesiæ Antichristus importaturus, nuntiās illius initium ait; A tempore cùm ablatum fuerit iuge sacrificium, & posita fuerit abominatio in desolationem. Iuge sacrificium in Ecclesia ab Antichristo tollendum nullum, nisi Eucharistia est. Nam preces, laudes diuinas, pia in Deum, beneuola, & religiosa pectora, nūquam vlla tollet Ecclesiæ calamitas: siquidem erunt tempore illis, qui non Antichristo cedent; sed magno, & constanti animo resistent. Dicit enim Christus, propter electos breuiabuntur dies illi. & eodem capite. Daniel dicit, In tempore autem illo consurget Michael princeps magnus, qui stat pro filijs vestris. Erunt igitur temporibus illis electi, erūt Dei filij. Ex quo fit, vt preces, laudes, & charitas erga Deum, non de futura sint: præsertim cùm Christus promiserit, se nobiscum futurū vsq; ad consummationem seculi. Neque vocaretur Ecclesia ab Esaia ciuitas gētium robustarum, si contingere posset, vt vlla calamitate ita superaretur, atque vastaretur, vt nullus, qui eam defenderet, superesset. Quare iuge sacrificium, quod Antichristus diebus illis omnino tollet, Eucharistia est, quam christiani multis laboribus, & ærumnis hâc, atque illâc dissipati, agitati, atque vexati, conficere, ac celebrare vel non valebunt, vel non audebunt, ne tantæ aduersariorum multitudini ludibrio, & opprobrio sit. At aduersarij hoc loco se expedire conantes respondent, calamitatē illam, de qua loquitur Daniel, eandem esse, quam illam, de qua loquitur Christus apud Matthæum: quippe qui nō nulla capitis huius Danielis verba recitat, vt illud, Abominatio desolatiōnis, quæ non ad Antichristi tempora pertinet, sed ad ea potiùs, quibus Romani funditùs Ierosolymas euerterunt. Quod ex capite illo. 24. Matthęi probant. Nam Christus in hunc venit sermonem, quia discipuli magnificam ei templi ædificationem ostendebant; quibus dixit, Videtis hæc omnia; amen dico vobis non relinquetur lapis super lapidem, qui non destruatur. Lucas etiam. c. 21. verba de eadem calamitate faciens; Quum autem videritis (ait) circundari ab exercitu Ierusalem, tunc scitote, quia propè est desolatio eius. Quare apertè dicunt isti Matth. Lucas, & Daniel de exitio

Esaiæ. 35.

Antichristus tollet Eucharistiam.

Hæreticorū tergiuersatio.

Dan. 12.

Matt. 24.

Iuge sacrificiū Ecclesiæ Eucharistia est.

Erūt in Ecclesia qui Antichristo resistant.

Matt. 24.

Luc. 21.

loquuntur Ieroſolymis à Romanis comparato. Ex quo concludunt, iuge illud ſacrificiũ nõ eſſe Euchariſtiam, ſed agnum, qui quotidiè more, & inſtituto veteri in templo immolabatur: tẽplo vero à Romanis ſolo æquato, funditùs ſublatum eſt. Sed veram horum locorum interpretationẽ homines iſti non aſſequuntur. Fateor enim ſermonem, de tempeſtate tempore Antichriſti futura, Chriſtum ex illa duxiſſe procella, quæ tempore Romanorum erat futura. Eſt enim in ſacra ſcriptura vſitatiſsima docẽdi ratio, vt ex vno ſermone, alius trahatur ſimilis: vt Dauid de Salomone loquens Pſal. 44. & 72. delabitur in ſermonem de Chriſto: cuius Salomon imago, & figura fuit. & multis alijs Pſalmis damna ſua, & incommoda deſcribens, in ſermonẽ venit de ęrumnis, atque moleſtijs, quas Chriſtus perpeſſus eſt. & Eſaias multa de Chriſto dicit excitato ſermone à Rege Ezechia, Cyro, & alijs: ipſeque Daniel capitulo. 9. cum Deum precaretur obnixè, vt gentiles ſuos Iſraelitas Babylonia captiuos redimeret, nunciatum ei eſt, quando vniuerſum hominum genus morte, & inferno redimendum erat. Et capit. 11. cùm loqueretur de Antiocho Epiphane, ac de malis, quæ ab eo Iſraelitico populo inferenda erant, in ſermonem de Antichriſto incidit, & de calamitate ab eo Eccleſię adferenda: multa enim dicuntur, quę nullo modo, in Antiochum cõueniunt; & aptè in Antichriſtum cadunt. Et hæc abominatio in deſolationem, id eſt, vaſtitatem afferens, de qua capit. 12. mentio fit, non eſt eadem, quæ illa, de qua in capit. 9. inductus eſt à Daniele ſermo. Nam hæc capitis noni ad Romanos labefactantes Iudæam pertinet: Illa verò capitis duodecimi ad Antichriſtum Eccleſiam vaſtantem ſpectat: id que clariſsimo indicio eſt. Nam clades, quam à Romanis acceperunt Iudæi, vſque ad hæc tempora durat. Illa verò capitis duodecimi, per tres annos cum dimidio duntaxat, ex quo ablatum fuerit iuge ſacrificium, Daniel apertiſsimè duraturam dicit. Ex quo etiam intelligitur Chriſtum Matth. 24. & Luc. 21. cum de malis tempore Romanorum erupturis agere cœpiſſet, ad ea mala dicendo veniſſe, quæ tempore Antichriſti manatura erant. nam dicit; Et niſi breuiati fuiſſent dies illi, non fuiſſet ſalua omnis caro: ſed propter electos breuiabuntur dies illi. quibus verbis tempus trium annorum cum dimidio à Daniele prædictum tangere videtur. Illa etiam verba, quæ capitu. 12. ponuntur argumento ſunt, Danielem de Antichriſti temporibus fuiſſe locutum, illa inquam; Multi de ijs, qui dormiunt in terræ puluere, vigilabunt; alij in vitam æternam, alij in opprobrium: vt videant ſemper, quæ in Romanorum tempora non quadrant: ſed in Antichriſti tempora. Idem etiam ferè dicunt Matthæus, & Lucas, capitibus illis ſuis citatis. Et tunc videbunt (aiunt) filium hominis veniẽtem in nube cum poteſtate magna, & maieſtate. Quare dubium non eſt, quin Daniel, Matthæus, & Lucas de temporibus Antichriſti citatis locis fuerint locuti: Ex quo planè concluditur, iuge illud ſacrificium, cuius Daniel mentionẽ facit, non eſſe aſsiduũ illud ſacrificium lege veteri ſtatutum, ſed aliud, quod lege noua quotidiè fieri conſtitutum ſit: quod eſſe non poteſt aliud, quàm Eucha-

Matthæi locus difficilis accurate declaratur.

In ſcriptura ex vno ſermone trahitur alius.

Dan. 9.

Non eſt eadẽ abominatio in deſolationẽ capitis. 9. & 12. Danielis.

Daniel Matthæus, & Lucas de temporibus Antichriſti locuti ſunt.

Eucharistia, vt iam demonstrauí. Est igitur Eucharistia, vt Daniel auctor est, sacrificium. De eodem sacrificio
Mal.1.c. loquitur Malachias primo capite, Nō est mihi voluntas (ait) in vobis, & sacrificium non accipiam de manibus vestris: quoniam ab ortu solis vsq; ad occasum nomen meum glorificatur inter gentes, & in omni loco incēsum offertur nomini meo, & sacrificium purum. Quibus verbis planè significat esse populum illum abijciendum & ex gentibus alium recipiendū, qui sacrificium offerret ita purum, vt nullo modo posset contaminari: quale Eucharistia est. Huius equidem sacrificij imago, & figura fuit agnus ille paschalis, sacrificium tantopere lege veteri celebratum: qui postquam immolabatur, ab immolantibus edebatur. Ita Christus verus agnus, qui tollit peccata mūdi; postquam in Missa immolatur, editur ab immolante. Et
Heb.7. Paulus Hebræis scribēs ait, Habemus altare, de quo nō habent potestatem edere, qui tabernaculo deseruiunt. Si habemus altare, sacrificiū igitur etiā habemus. Nam propter sacrificium,
Act.13. altare quæritur. Et in actis scribitur, ministrātibus illis, & ieiunātibus. Græcè dicitur sacrificātibus. Quod de sacrosancta Eucharistia intelligi oportet. Testificatur etiam sententiam nostram Concilium Lateranense, cuius
Concilij Lateranensis. Cap. firmiter de summa Trinitate & Fide Catholica. Decretum citatur. c. firmiter. de summa tinitate, & fide catholica. Vna est (ait) fidelium vniuersalis Ecclesia, extra quam nullus omnino saluatur, in qua idē ipse sacerdos est sacrificium, Iesus Christus; cuius corpus, & sanguis in sacramento altaris sub speciebus panis, & vini veraciter continetur. Et
Sexta Synodus. sexta Synodus. c. 23. cum bis Missæ sacrificium nominasset, tādem de Chrisostomo loquens ait; Aquam vino miscendam tradit, quando incruentum peragi sacrificium oportet ex pretioso, & honorando nostri redemptoris sanguine, & aquę contemperationem attendens, quæ in totius mundi viuificatione effusa est ad peccatorū remissionem. Cōcilium etiam *Concilium Ephesinum.* Ephesinum in epistola ad Nestorium ait. Annuntiates enim secundum carnem mortē vnigeniti filij Dei, incruētam celebramus in Ecclesijs sacrificij seruitutem. Quibus omnibus argumentis apertissimè aduersariorum error destruitur, planissimèque sententia nostra comprobatur. Sequitur vt illorum argumenta & calumnias explicemus. Luterus sic argumentatur. *Luteri argumentum.* Eucharistia est quædam illius sacrosanctæ cœnæ à Christo iamiam morituro celebratæ commemoratio. At nullum tunc Christus sacrificium fecit; sed amoris signū præclarissimum sustulit. sacrificium in cruce modò factum est, quando mortem acerbissimā propter delicta nostra sustinuit. At demonstratum, & explanatum à nobis iam est, in illa cœna suprema Christum sacrificium fecisse, quòd se specie panis, & vini Deo patri obtulisset. Magis id adeo, quòd nō solùm cùm Eucharistiā conficimus cœnam Christi vltimam, sed mortem etiam eius in memoriam reuocamus. Quare duabus de causis Missa sacrificium est; & quod cœnæ, & quod mortis sacrificium exprimit. Illud tamen firmissimum in nos argumentum Calumnio videtur; quod Christus sit perpetuus, & æternus sacerdos. Nihil igitur est, quod alij ei sacerdotes succedant. Hac enim de causa, vt Paulus auctor est, veteri instituto plures facti sunt sacerdotes, quòd cùm mortales

In Missa nō solum cœnam Christi sed etiā mortem eius repræsentamus

Calumnij argumentum.

Heb.7.

tales fuiſſent, opus erat aliũ in demortui locum ſuccedere. Chriſtus verò cùm perpetuis ſit temporibus permãſurus, ſucceſſore non indiget. Detrahimus igitur (inquit ille) de Chriſti dignitate, fidemque Paulo nõ ſolùm id teſtante, ſed etiam probante non habemus, cùm alios ſacerdotes eſſe volumus qui huic ſacrificio præſint. Sed cum iſta iactat Caluinus, non occultè Chriſto contrarius eſt, qui præcepit ad ſui memoriam recolendam Euchariſtiam à nobis confici. Quod ſi nullum apud chriſtianos Caluinus ſacerdotem eſſe vult, eam etiam vult commemorationem à nobis dimitti, quam ipſe Chriſtus ſui fieri præcepit. Nam qui illi faciendæ præeſt, ſacerdotem eſſe oportet. Si verò noſtros nos ſacerdotes demortuo Chriſto ſuccedere putaremus; iuſtè accuſaremur. Minimè tamen eos Chriſti demortui ſucceſſores, ſed viuẽtis miniſtros exiſtimamus. Nam more, & inſtituto veteri, præter ſummum ſacerdotem, erant & alij ſacerdotes: Aaron enim & filij eius ſimul initiati ſunt: & Chriſtus ipſe viuens multos ſuprema nocte ſacerdotes fecit; non vt in locum eius, qui ſemper erat permãſurus, ſufficerentur; ſed vt illius perſonam gerẽtes eius eſſent miniſtri: ita vt eorum totum officium à Chriſto penderet, neque quidquam niſi eius voluntate facerent munere ſuo fungentes. Id ipſum præterea quod facerent à Chriſto imprimis fieret. Ipſe enim imprimis baptizat, confirmat, conficit Euchariſtiam, abſoluit, offert ſacrificiũ, & alia exequitur ſacerdotis munera. Nam eius virtute omnes tanquã eius inſtrumẽta agunt. Antiquis verò Eccleſiæ veteris temporibus, ſummo ſacerdote mortuo, nullum ampliùs ſacerdotij munus præſtabat: neque qui ei demortuo ſuccedebat, ex illius arbitrio, aut voluntate, aut virtute pendebat. Quare nihil Chriſti dignitati detrahimus: neque eum ſummo ſacerdotio (vt ille criminatur) priuamus, quo perpetuo functurum eſſe credimus; quòd eos ei miniſtros adiungamus, qui toti ab eo pendeant, quales & ipſe viuentes delegit. At (inquit Caluinus) Chriſtus, vt Paulus auctor eſt, vna oblatione conſummauit in ſempiternum ſanctificatos. Item ſanctificati ſumus per oblationẽ corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti ſemel, quem igitur ad finem (inquit ille) tot ſacrificia fieri volumus, ſi vno ſacrificio maiora, quàm optare poſſemus, beneficia ſumus conſecuti? Nun quid (ait) non honorificẽtiùs de Chriſto, quàm de arietibus, agnis, & hircis ſentimus? quos quotidiè opus erat mactare. Sed ridiculus non videretur hæc dicens Caluinus, ſi cùm Euchariſtiam celebramus, Chriſtum à nobis mactari putaremus. Sed id eſt valde à noſtra alienum ſententia: quippe qui vnam Chriſti mortem putamus ſuffi cere ad omnium hominum delenda peccata: neque Chriſtum ſemel mortuum ampliùs mori poſſe exiſtimamus. Quare cùm Euchariſtiam confi cimus, illius diuini ſacrificij à Chriſto in cruce facti memoriam tantùm repræſentamus: alterius verò ſacrificij, quod in vltima cœna Chriſtum feciſſe oſtendimus, non ſolùm memoriam excitamus, ſed idem etiam ſacrificium facimus, quod tum Chriſtus fecit. Cùm enim frequenter peccemus, frequenter nobis ſacrificio aliquo opus eſt, quo faciẽdo Deum offenſum placemus, & delicti veniam impetremus, vireſque ad comprimẽdam

Sacerdotes non ſunt de mortui Chriſti ſucceſſores ſed viuentis miniſtri.

Exod. 28.

Chriſtus imprimis baptizat & cõfirmat & cõficit Euchariſtiam.

Caluini argumentum.

Heb. 10.

Idem ſacrificium in Miſſa facimus quod Chriſtus in cœna fecit.

dam libidinem, & Diabolo resistendum recipiamus. Tanta verò fuit liberalitas, & benignitas Christi erga nos, vt sublatis animalium victimis, & bestiarum hostijs, seipsum Ecclesiæ suæ pro victima exhibere voluerit; ita se comparans, vt specie panis, & vini Deo sæpe posset à nobis pro delictis nostris offerri. Nam licet sit ad delenda peccata vis infinita mortis Christi; singulis tamen hominibus nō infinita, sed finita distribuitur mensura. Quare oportebat eam iniri rationē, vt sæpenumerò nobis attribueretur, quò maiores indies tāti beneficij fructus feramus. Et ob eam rem Eucharistia instituta est, qua ipse Christus, qui crucifixus est pro nobis, & mortuus fuit, præsens adest, vt tanti beneficij memoriam assiduè repetentes, magis ac magis simus indies illius participes. Quocirca non Christum quotidiè, vt Caluinus calumniatur, mactare volumus, sed quotidiè mactationis suæ memoriam vsurpare: nihilque meritis illius derogamus, sed illorum quotidiè fructum percipere optamus. Veteres, & antiqui Patres, alios, & alios arietes quotidiè immolabant: nos verò quotidiè eundem Christum offerimus. Quare minimè veteres hostiæ cum nostra sunt comparandæ. Sed alio argumēto Lutherus in nos inuehitur. Eucharistia testamēt̄um est: igitur non est sacrificium. At vt id cuiusmodi sit, germanè ac propriè intelligamus, ex iurisperitis, qui in his rebus multum intelligunt, non ex Lutero veram testamenti definitionem quæramus. Quo modo testamentum definit Vlpianus. l. 1. ff. de testamentis. Testamentum (ait) est nostræ voluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem suā fieri vo-

Volumus quotidie mactationis Christi memoriam vsurpare.

Luteri argumentum.

Quid sit testamentum.

luit. Eucharistia verò sententia non est, sed Christi corpus, ac sanguis. non igitur est testamentum. At Oliander, & Buzerus, Lutherū defendentes aiūt; Eucharistiam esse promissionem remissionis peccatorū, quę idem, quod sententia valet. Nam Christus dixit, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine, qui pro vobis, & pro multis effundetur in remissionē peccatorum. Ineptissimè tamen concluditur ex eo, quod Christus quando confecit Eucharistiam, remissurum se peccata promiserit, Eucharistiam esse promissionem remissionis peccatorum. Nam verbis illis Christus duntaxat, quid facturus erat declarauit is, qui speciebus illis includebatur. & illud denique certissimum argumētum est: Eucharistia est Christi corpus, ac sanguis, ergo nō est promissio remissionis peccatorum. Sed probat Lutherus Eucharistiam esse testamentū, quia Christus apud Lucam dixit, Hic calix nouum testamentum est in meo sanguine. At hæc verba Matthæus, & Marcus interpretatur dicentes, Hic est calix sanguinis mei nouī testamenti: quæ verba latenter retulit Christus ad illa Moysis verba, quando fœdus filij Israel cum Deo percutientes sanxerunt inter se, populum Dei legem seruaturum, Deum terram ei vberrimam daturum, semperque auxilio futurum. Quod fœdus pristino more mactatis victimis ictum est, quarum sanguine Moyses populum aspersit dicens, Hic est sanguis fœderis, quod pepigit Dominus vobiscum super cunctis sermonibus his. adest, hoc est sullo sanguine harum rerum fœdus cum Deo pepegistis. At fœdus quod cum Deo, non Moyse sed Christo vero Deo, & homine le-

Eucharistia non est testamentum.

Oliander, & Buzerus Lutherum defendunt.

Luc. 22.

Eucharistia non est promissio remissionis peccatorum.

Lutherus.

Luc. 22.

Matt. 26.

Mar. 14.

Exod. 24.

Lucæ locus exponitur.

Fœdus per Christum factum cum fœdere comparatur per Moysen facto.

gato

gato nouus populus, & noua Dei Eccleſia fecit, non mactatis hoſtijs, ſed ipſo Chriſto interfecto ſancitum eſt. Cuius ſanguine per baptiſmum aſperſi, fœdere cum eo deuincimur: quod Chriſtus declarauit dicens. Hic eſt calix ſanguinis mei noui teſtamenti. id eſt, ſanguine hoc calice contento, nouum cum hominibus fœdus firmabitur. Heb. 9. Teſtamentũ vocat Chriſtus Paulo interprete, quod Moyſes fœdus appellauit. Et ob eam rem fœdus quòd illud Chriſtus nobiſcũ pactus eſt, teſtamentũ vocatur, quòd Chriſti fuerit morte ſancitum, vt Paulus loco citato explicat dicens; Teſtamentum enim in mortuis confirmatũ eſt; alioquin ondum valet dum viuit, qui teſtatus eſt. Vnde ne primum quidem ſine ſanguine dedicatũ eſt: lecto enim omni mandato legis à Moyſe vniuerſo populo, accipiens ſanguinem vitulorum, & hircorum cum aqua, & lana coccinea & hyſopo; ipſum quoq; librum, & omnem populum aſperſit dicés, Hic ſanguis teſtaméti, quod mandauit ad vos Deus. Quare calix ſanguinis Chriſti non eſt teſtamentũ (vt Luterus opinatur) ſed quo fœdus inter nos, & Deum icitur: quo fœdere nos promittimus legem Dei ſeruaturos: Deus autem vitam nobis præſtiturum æternam. Sed aliud Luterus affert argumentum, vide quam ridiculum! Euchariſtia (inquit) donũ Dei eſt. Ergo ſacrificium eſſe non poteſt. At eodem ego argumento concludam; nullum fuiſſe, neque eſſe poſſe ſacrificium: nam arietes, oues, & boues Dei dona ſunt: Deus enim per Dauidem dicit; Meæ ſunt omnes ferę ſyluarum, iumenta in montibus, & boues. & Paulus; Quid habes (inquit) quod non accepiſti? Quare quæ offerimus, ab eo ſemper accepimus; quibus ipſe contentus eſt: quia nihil præterea habemus. Quare cum Chriſtũ immolamus, conceptis verbis ex Eccleſiæ ſtatuto dicimus; Vnde & memores, Domine, nos ſerui tui Chriſti filij tui, tam beatæ paſsionis; nec non ab inferis reſurrectionis, offerimus præclaræ maieſtati tuæ de tuis donis, ac datis hoſtiam puram. &c. Aliud eiuſdem ridiculum argumentum eſt; eadem (inquit) res ſimul accipi, & offerri, alijſque dari non poteſt: nos autem accipimus Euchariſtiam. igitur illam non offerimus: ac proinde non eſt ſacrificiũ. At veteri lege præter vnum ſacrificium, quod holocauſtum vocabatur, nullũ erat aliud, cuius partem ſaltem ſacerdotes offerentes non perciperent. Illud etiam ſolenne, & antiquis temporibus omnium ſanctiſsimum ſacrificium, agnus inquam paſchalis, qui hoc noſtrum ſacrificium referebat ab offerentibus comedebatur. Quare natura ſacrificij non poſtulat, vt offerens illius particeps non ſit: imo participem eſſe oportere Paulus ſignificat, & in hoc méſam Domini, cum menſa idolorũ comparat; quòd in vtraq; comedatur, & bibatur: qui tamen menſæ idolorum particeps eſſe voluerit, menſæ Chriſti expertem ſe eſſe ducat. Videte (inquit) Iſraelem ſecundum carnem; nonne qui edunt hoſtias, participes ſunt altaris? &c. Quid ergo? quæ immolant gentes, dæmonijs immolant, & non Deo: nolo autem vos ſeruos fieri Dæmoniorum. Non poteſtis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Nó poteſtis menſę Domini participes eſſe, & menſæ dæmoniorum. Obiectãt nobis præterea huius doctrinæ nouitatem dicentes, eſſe recentium Theologorum

Quamobrem Chriſtus fœdus per ſe factum vocet teſtamẽtum.

Calix ſanguis Chriſti eſt quo fœdus inter nos & Deũ icitur.

Luteri argumentum.

Quodaliquid donũ Dei ſit non impedit, quo minus ſacrificium eſſe poſſit. 1. Cor. 4.

Luteri argumentum.

Non poſtulat ſacrificiũ vt offerens illius particeps nõ ſit. 1. Cor. 10.

Non est nouum Eucharistiam sacrificiũ esse putare.

logorum commentum. Sed verba antiquissimæ Synodi Ephesinæ recitauimus, quibus Eucharistiam sacrificium appellat. Apertissimè tamen istos sycophantas mendacij conuincat vetus, & classicus auctor Cyprianus libr. 2. Epist. 3. ad Gelicium, In sacerdote Melchisedec (inquit) sacrificij Dominici sacramentum præfiguratum videmus, secundùm quod scriptura diuina testatur, & dicit; Ecce, & Melchisedec Rex Salem protulit panem, & vinum. Fuit autem sacerdos Dei summi, & benedixit Abraham. Quod autem Melchisedec typum Christi portaret, declarat Spiritus sanctus in psalmis ex persona patris ad filium dicens; Ante luciferum genui te. Iurauit Dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secũdum ordinem Melchisedec. Qui ordo vtique hîc est, de sacrificio illo vtique veniens, & inde descendẽs, quod Melchisedec sacerdos Dei summi fuit, quod panem, & vinũ obtulit, quod Abrahã benedixit. Nam quis magis sacerdos Dei summi, quàm Dominus noster Iesus Christus, qui sacrificium Deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem, quod Melchisedec obtulerat. id est, panem, & vinum, corpus scilicet suum, & sanguinem. Et circa Abraham benedictio illa præcedens, ad nostrum populum pertinebat. Nam dictum est Abrahæ, In semine tuo benedicentur omnes gentes: quod semen Apostolus interpretatur Christum esse. Vt ergo in Genesi per Melchisedec sacerdotem benedictio circa Abraham posset ritè celebrari; præcedit antè imago sacrificij in pane, & vino scilicet constituta. Quam rem perficiens, & adimplens Dominus, panem, & calicem mixtum vino obtulit, & qui est plenitudo, veritatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. & paucis interiectis; Et si in sacrificio quod Christus (ait) est, non nisi Christus sequendus est: vtique id nos obaudire, & facere oportet, quod Christus fecit, & quod faciendum esse mandauit. Et si Iesus Christus Dominus, & Deus noster, ipse summus sacerdos Dei patris, & sacrificium Deo patri ipse primus obtulit, & hoc fieri in sui commemorationem præcepit; vtique ille sacerdos vice Christi verè fungitur, qui id quod Christus fecit, imitatur: & sacrificium verum, & plenum tunc offerri in Ecclesia Deo patri, si sic incipiat offerre, secundùm quod ipsum Christum videt obtulisse. Quotiescunque ergo calicem in commemorationẽ Domini, & passionis eius offerimus, id quod constat Dominum fecisse, facimus. Hactenus Cyprianus. quibus verbis totam hanc doctrinam apertè tradit. Non igitur noua est, sed antiqua; non recenter inuenta, sed ex recessibus vetustatis hausta. Augustinus item ait libro decimosexto de Ciuitate Dei, capitulo vigesimosecundo. In Melchisedec, qui erat sacerdos, primum apparuit sacrificium, quod nunc à Christianis offertur toto orbe terrarum, impleturq; illud, quod longè post hoc factum per Prophetam dicitur ad Christum, qui fuerat venturus in carnem; Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec: qui ordo fuerat auferendus illucescentibus rebus, quæ illis vmbris prænotabantur. Est etiam grauissimum de hac re Senatus Tridentini consultum Sessione vigesimasecunda capi. 1. quod subiicere ad

Cyprianus.

Augustinus.

Concilii Tridentinum.

verbum decreui, vt hæc doctrina tanta auctoritate magis illustretur, & confirmetur.

Quoniam sub priore testamento (ait) teste Apostolo Paulo, propter Leuitici sacerdotij imbecillitatē confirmatio non erat, oportuit Deo Patre misericordiarum ita ordinante, sacerdotem alium secundùm ordinem Melchisedec, surgere, Dominum nostrum Iesum Christū, qui posset omnes, quotquot sanctificandi essent, cōsummare, & ad perfectum adducere. Is igitur Deus, & Dominus noster, etsi semel se ipsum in ara crucis morte intercedente Deo patri oblaturus erat; vt æternam illic redemptionem operaretur: quia tamen per mortem sacerdotium eius extinguendum nō erat, in cœna nouissima, qua nocte tradebatur, vt dilectæ sponsæ suæ Ecclesiæ visibile, sicut hominum natura exigit, relinqueret sacrificiū, quo cruentum illud semel in cruce peragendum repræsentaretur, eiusque memoria in finem vsque seculi permaneret: atque illius salutaris virtus in remissionem eorum, quæ nobis quotidiè committuntur, peccatorum applicaretur; sacerdotem secundùm ordinem Melchisedec se in æternum constitutum declarans, corpus, & sanguinem suum sub speciebus panis, & vini Deo Patri obtulit: ac sub earundem rerum symbolis, Apostolis, quos tunc noui testamenti sacerdotes constituebat, vt sumerent, tradidit, & eisdem, eorumque in sacerdotio successoribus, vt offerrent præcepit, per hæc verba: Hoc facite in meam commemorationem: vti semper catholica Ecclesia intellexit, & docuit. Nam celebrato veteri Pascha te, quod in memoriam exitus de AEgypto multitudo filiorum Israel immolabat, nouum instituit Pascha, se ipsum ab Ecclesia sub signis visibilibus per sacerdotes immolandum in memoriam transitus sui ex hoc mundo ad patrem, quando per sui sanguinis effusionem nos redemit, eripuitque de potestate tenebrarum, & in regnum suum transtulit. Et hæc quidem illa munda oblatio est, quæ nulla indignitate, aut malitia offerentium inquinari potest: quam Dominus per Malachiā nomini suo, quod magnum futurum esset in gentibus, in omni loco mundam offerendam prædixit: & quam non obscurè innuit Apostolus Paulus Corinthijs scribens, cùm dicit; Non posse eos, qui participatione mensæ Dæmoniorum polluti sunt, mensæ Domini participes fieri: per mensam altare vtrobique intelligens. Hæc denique illa est, quæ per varias sacrificiorum, naturæ, & legis tempore similitudines figurabatur: vtpote quæ bona omnia, per illa significata, velut illorum omnium consummatio, & perfectio complectitur. Et quoniam in diuino hoc sacrificio, quod in Missa peragitur, idem ille Christus continetur, & incruentè immolatur, qui in ara crucis semel seipsum cruentè obtulit: docet sancta Synodus, sacrificium istud verè propitiatorium esse, per ipsumque fieri; vt si cum vero corde, & recta fide, cum metu, & reuerentia, contriti, ac pœnitentes ad Deum accedamus, misericordiam cōsequamur, & gratiam inueniamus in auxilio oportuno. Huius quippe oblatione placatus Dominus gratiam, & donum pœnitentiæ concedens, crimina, & peccata etiam ingentia dimittit. Vna enim eademque *Cap. 2.*

est

est hostia, idemque nunc offerens sacerdotum ministerio, qui seipsum tũc in cruce obtulit, sola offerendi ratione diuersa. Cuiusquidẽ oblationis cruentæ (inquam) fructus, per hanc incruentam vberrimè percipiuntur: tantùm abest, vt illi per hanc quouis modo derogetur. Quare non solùm pro fidelium viuorum peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus; sed & pro defunctis in Christo, nõdum ad plenum purgatis, ritè iuxta Apostolorum traditionem offertur. Et quamuis in honorem, & memoriam sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare cõsueuerit: non tamen illis sacrificiũ offerri docet, sed soli Deo, qui illos coronauit. Vnde nec sacerdos dicere solet; Offero tibi sacrificium Petre, & Paule: sed Deo de illorũ victorijs gratias agens, eorum patrocinia implorat, vt ipsi pro nobis intercedere dignentur in cœlis, quorũ memoriam facimus in terris. Post quod factum Decretum hos Canones de eadẽ doctrina pronunciauit. Si quis dixerit, in Missa non offerri Deo verũ, & proprium sacrificium; aut quod offerri non sit aliud, quàm nobis Christũ ad manducandum dare, anathema sit. Si quis dixerit, illis verbis, Hoc facite in meam commemorationem; Christum non instituisse Apostolos sacerdotes, aut non ordinasse, vt ipsi, alijq; sacerdotes offerrẽt corpus, & sanguinem suum, anathema sit. Si quis dixerit, Missæ sacrificium tantùm esse laudis, & gratiarum actionis, aut nudam commemorationem sacrificij in cruce peracti, non autem propitiatoriũ, vel soli prodesse sumenti, neque pro viuis, & defunctis, pro peccatis, pœnis, satisfactionibus, & alijs necessitatibus offerri debere, Anathema sit. Si quis dixerit, blasphemiam irrogari sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto, per Missæ sacrificium, aut illi per hoc derogari, Anathema sit. Reiectis igitur insanis aduersariorum opinionibus, doctrinam per manus à maioribus acceptam, Concilijsque traditam, sanctè, ac religiosè amplectentes, Eucharistiam solennẽ Deo, gratissimumque sacrificium esse confiteamur.

Cap. 3.

Can. 1.

Can. 2.

Can. 3.

Can. 4.

CAP. 17. *Pœnitentiam esse sacramentum.*

VErba fecimus de sacramentis illis, quæ ad incolumem statum spectant hominis Christiani. Sequitur vt de alijs sacramentis disseramus, quæ eundem de statu suo motum restituunt: de Pœnitentia, & Extrema vnctione. & primùm de Pœnitentia, quam secũdam tabulam post naufragium Theologi ex Hieronymi sententia vocant: sed in hac appellatione nobis Caluinus resistit dicẽs: quotusquisque est, qui nõ nisi vnum naufragium tota vita fecerit? At vt millies quispiam naufragium faciat, quò, nisi ad pœnitentiam confugiet? Sed Caluinus ait, debet igitur pœnitentia tertia etiã, & quarta post naufragiũ appellari tabula. At vt sæpenumerò quenquam pœniteat, genere (& vt dialecticiloquuntur) specie eadẽ semper pœnitentia est, licet numero inter se variæ pœnitẽtiæ differant: nos autẽ tãquã philosophi, de toto rerũ genere loquimur, non de rebus singulis. Itaq; cùm Hieronymũ sequentes Theologi asserunt, pœnitẽtiam secundã esse tabulam post naufragiũ;

Pœnitẽtia est secunda tabula post naufragium.

Caluinus.

Caluinus.

Vt sæpe quenquam pœniteat genere eadem pœnitentia est.

Baptiſma pro naui eſt iniquis hominibus ad id confugientibus.

non vnam pœnitẽtiam cum alia; ſed pœnitentiam cum baptiſmate comparant: quod quidem pro naui eſt iniquis hominibus in id ſe conferentibus. Nam multam eis gratiam conciliat, & copioſiſsimam omnium ſcelerum veniam largitur, & quaſi reuocat in illum feliciſsimum innocentiæ ſtatum, quo labefactato, & tanta exulcerata gratia, nihil remedij, niſi ſola pœnitentia relinquitur. Quare ſecundum remedium eſt poſt baptiſma: quod quidem baptiſma repeti non poteſt, & ob eam rem ſecunda tabula, pœnitentia dicitur. Tabula quidem, quòd non in tantam gratiam, quantam baptiſma ſua natura reſtituat; neque tam abundantem à Deo criminum veniam obtineat. Hic tamen error Caluini, quòd in nomine verſari videatur, leuis eſſet, niſi in alium pariter turpiſsimum incidiſſet, quo pœnitentiam ſacramentum eſſe negat. in quam hæreſim priùs Nouatiani, deinde Ioannes Vuicleph prolapſi ſunt. At ſacramentum eſt ſignum rei ſacræ ſanctificantis nos; vt in huius libri principio à nobis definitum eſt. Confeſsio verò peccantis, cum ſacerdotis abſolutione coniuncta, eſt ſignum externum, quo criminibus ſoluti homines, ſanctitatem acquirunt. Eſt igitur confeſsio cum abſolutione coniuncta, ſacramentum, quod pœnitentiæ eſſe dicimus. Sed quærit Caluinus; vbi promiſsio pertinens ad hoc ſacramentum ſit. Primùm, ſæpe oſtendimus, & in libro primo multis declarauimus, non opus eſſe in ſacris literis expreſſè omnia poni, vt ſancta, & religioſa habeantur; ſed multa per manus Apoſtolorum, & aliorum maiorum noſtrorum, & Conciliorum decreta ad nos fuiſſe traducta, quæ non minori religione amplectenda ſunt, quàm ea, quæ docet ſcriptura. Deinde, facilè eſt huius ſacramenti Symbolum, & promiſsionem in ſacris literis indicare; cùm Ioannes Chriſtum Apoſtolis dixiſſe ſcribat; Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, &c. Ecce ſymbolum, ex quo elicitur verborum formula, qua ſacramentum hoc adminiſtratur à ſacerdote dicente; Ego te abſoluo. Cùm verò mox Chriſtus ſubiungit; Remittuntur eis. ecce promiſsionem, qua Chriſtus ſe daturum eis veniam promittit, quos abſoluerint Apoſtoli. Sed tergiuerſatur Caluinus reſpondens, his verbis legationem tantùm Apoſtolis dari, vt orbi terrarum de remiſsione peccatorum teſtimonium redderẽt, eamque legationem per Euãgelium deferri, & quidem in Eccleſiam nondum cooptatis. Sed quod iſtud eſt explicationis portentum! Nihil igitur intereſt inter hæc, & illa verba; Prædicate Euangelium omni creaturæ. Quis autem ſibi perſuadeat, eandem ſententiam tam diuerſis verbis enuntiari? Præſertim quod Chriſtus adiungit præterea; Quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo pacto verò Apoſtoli peccata retinere cenſerentur Euangelium prædicando? Aut qua ratione is, qui modò Euangelium exponit, peccata remittere putetur? vt in eum conueniat illud Chriſti promiſſum; Quorum remiſeris peccata, remittuntur ei. Iam verò Chriſtus his verbis dicit; Sicut miſit me pater, & ego mitto vos. Eſt autem Chriſtus à patre miſſus, non ſolùm vt Euangelij præco, ſed etiam vt verus

Cur pœnitentia tabula dicatur.

Caluini hæreſis.

Nouatiani.

Ioannis Vuicleph.

Confeſsio cũ abſolutione coniuncta ſanctitatem parit.

Caluinus.

Nõ opus eſſe in ſacris literis omnia expreſſè poniut religioſa cenſeantur.

Pœnitẽtia ſacrãẽti ſymbolũ & promiſsio ex ſacris literis oſtenditur.

Pœnitẽtiæ ſacramẽti formula.

Caluini tergiuerſatio.

vt verus criminum iudex, qui condemnare, & abſoluere poſſet ſceleris reos. Similis poteſtas igitur Apoſtolis tributa eſt, ſic vt non tantùm Euangelium orbi terrarum proponerent, verùm etiam vt iudices in criminum cauſis conſtituerentur, ad homines vel damnandos, vel crimine liberandos. E Caluino etiam quæram; cur in verbis illis; Euntes prædicate Euangelium omni creaturæ; qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit. qui verò non crediderit, condemnabitur. vel in illis; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Cur inquam in verbis his ſacramenti ſcilicet baptiſmi inſtitutionem cognoſcat; illis verò Ioãnis à nobis proximè citatis, ſacramentum inſtitutum eſſe neget? Nam ſimiliter eludere verba poſſet dicendo, Euangelij legationem Apoſtolis eſſe mandatam, non ſacramentum aliquod conſtitutũ. Præſertim quòd contextus magis huic explicationi fauere videatur: nam hic expreſſè ponitur, Euntes docete. Quod certè mihi magno indicio eſt, non ratione, ſed temeritate ductum hominem petulantem iſtum de religione præcepta dare. Hanc ſententiam confirmat locus ille apud Matthæum; Tibi dabo claues regni cœlorum: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum, & in cœlis. Item Paulus Corinthijs ſcribens; Si quid donaſtis (ait) & ego. nam & quod ego donaui, propter vos in perſona Chriſti. Ac denique hæc hæreſis Concilio Conſtantienſi damnatur. Concilio etiam Florentino, & Tridentino Seſſione. 7. pœnitentia connumeratur in ſeptem ſacramentis, ponitúrque Seſsione decimaquarta huiuſmodi de hoc ſacramento decretum. Dominus autem hoc ſacramentum tunc præcipuè inſtituit, cùm à mortuis excitatus inſufflauit in diſcipulos ſuos dicens; Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta ſunt. Quo tam inſigni facto, & verbis tam perſpicuis, poteſtatem remittendi, & retinendi peccata ad réconciliandos fideles poſt baptiſmum lapſos Apoſtolis, & eorum legitimis ſucceſſoribus fuiſſe communicatam, vniuerſorum Patrum conſenſus ſemper intellexit, & Nouatianos remittendi poteſtatem olim pertinaciter negantes, magna ratione Eccleſia catholica, tanquam hæreticos exploſit, atque condemnauit. Quare veriſimum hunc illorum verborum Domini ſenſum, ſancta hæc Synodus probans, & recipiens, damnat eorum commentitias interpretationes, qui verba illa, ad poteſtatem prædicandi verbum Dei & Chriſti Euangelium annuntiandi, cõtra huiuſmodi ſacramenti inſtitutionem falſò detorquent. Et poſtea hos duos canones in idem propoſitum addidit. Si quis dixerit, in catholica Eccleſia pœnitentiam non eſſe verè, & propriè ſacramentum, pro fidelibus, quoties poſt baptiſmum in peccata labũtur, ipſi Deo reconciliandis, à Chriſto Domino noſtro inſtitutum; Anathema ſit. Si quis dixerit, verba illa Domini ſaluatoris; Accipite Spiritum ſanctum; quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt; non eſſe intelligenda de poteſtate remittendi; & retinendi peccata in ſacraméto pœnitẽtiæ, ſicut Eccleſia Catholica ab initio

Quæſit Apoſtolis data poteſtas.

Marc. 16.

Caluinus ſibi nõ conſentit. Mat. 28.

Caluinus temeritate ductus de religione præcepta dat.

Mat. 16.

2. Cor. 2.

Concilij Conſtantienſe. Concilij Florentinum. Concilij Tridentinum.

semper intellexit, detorserit autem cõtra institutionem huius sacramenti, ad auctoritatem prædicandi Euangelium, anathema sit. Sed Caluinus, speciosius esset (ait) iactare, absolutionem sacerdotis sacramentum esse, quàm pœnitentiam. At sacerdotis absolutio non est sacramentum; sed tantùm forma sacramenti. Vt verò sacramenta consistant, non modò formam, verùm etiam materiam postulant. Quare sacramentum hoc non tantùm ex absolutione sacerdotis, sed etiam ex peccatorum confessione constat: sicut baptisma non solùm ex verbis illis, Ego te baptizo, verùm ex aqua etiam componitur. Vocatur autem sacramentum pœnitentiæ, quod per id scelerum nos pœnitere profiteamur, & quod ad vlciscenda delicta nostra sit institutum. Verùm Caluinus ait, baptisma sacramentum pœnitentiæ ab Augustino vocatur in libro de fide ad Petrum capitulo. 30. Marcus etiam scribit prædicasse Ioannem baptismum pœnitẽtiæ in remissionem peccatorum. Fateor ita vocari baptisma, non quòd non aliud sacramentum pœnitentiæ, quàm baptisma sit, sed quòd necessaria sit pœnitentia ante baptisma in ijs, qui ætate progressi illud suscipiunt. Tum etiam quod sit baptisma natura sua ad tollenda flagitia institutum, sicut & pœnitentia. Longè tamen inter baptisma, & pœnitentiæ sacramentum, de quo nunc disputamus, interest, vt Concilium Tridentinum Sessionis 14. capitulo. 2. docet. Cæterùm (ait) hoc sacramentum multis rationibus à baptismo differre dignoscitur: nam præterquam quòd materia, & forma, quibus sacramenti essentia perficitur, longissimè disidet: constat certè baptismi ministrum iudicem esse non oportere: cùm Ecclesia in neminem iudicium exerceat, qui nõ priùs in ipsam per baptismi ianuam fuerit ingressus. Quid enim mihi (inquit Apostolus) de ijs, quę foris sunt, iudicare? secùs est de domesticis fidei, quos Christus Dominus lauacro baptismi sui corporis membra semel effecit. Nam hos si se postea crimine aliquo contaminauerint, non iam repetito baptismo ablui, cùm id in Ecclesia catholica nulla ratione liceat: sed ante hoc tribunal, tanquam reos sisti voluit, vt per sacerdotem sententiam, non semel, sed quoties ab admissis peccatis ad ipsum pœnitentes confugerint, possent liberari. Alius est præterea baptismi, & alius pœnitentiæ fructus. Per baptismum enim Christum induẽtes, noua prorsus in illo efficimur creatura, plenam, & integram peccatorum omnium remissionem consequentes: ad quam tamen nouitatem, & integritatem per sacramentum pœnitentiæ, sine nostris magnis fletibus, & laboribus, diuina id exigente iustitia, peruenire nequaquam possumus, vt meritò pœnitentia laboriosus quidam baptismus à sanctis Patribus dictus fuerit. Est autem hoc sacramentum pœnitentiæ lapsis post baptismum ad salutem necessarium, vt nondum regeneratis, ipse baptismus. Et Cano. 2. ait idem Concilium; Si quis sacramenta confundens, ipsum baptismum pœnitentiæ sacramentum esse dixerit, quasi hæc duo sacramenta distincta non sint, atque ideo pœnitentiam non rectè secundam post naufragium tabulam appellari, Anathema sit.

Caluinus.

Pœnitẽtiæ sacramentum non tantũ ex absolutione sed ex confessione constat.

Cur appelletur pœnitentiæ sacramentum.

Caluinus.

Augustinus.

Marc. 1.

Cur baptisma pœnitentiæ sacramentum vocetur.

Differt inter baptisma & pœnitẽtiæ sacramentũ

Concilij Tridentinum.

CAP. 18.

CAP. 18. *Non rectè pœnitentiam in partes ab aduerſarijs diſtribui: rectè verò à catholicis.*

DEmonſtrauimus pœnitentiam ſacramẽtum eſſe: nunc de eius diuiſione diſſeramus. In qua re multùm à noſtris aduerſaris diſcrepamus. Ac primùm intelligere oportet, hanc huius ſacramenti diuiſionem, quam ponimus, non eſſe generis in ſpecies; quæ diuidendi ratio ex parte formæ eſſe ſolet: cùm verò ſit vna tantùm huius ſacramenti forma, ſic vt nullas amplectatur alias; hunc non patitur diuidendi modum: ſed diuiſio hæc eſt totius in partes, ex quibus cõponitur, & integrum, fit atque infractum, vt ſi corpus humanũ in caput, pectus, brachia, fœmora, & tibias diuideremus: quæ partitio ratione materiæ fit. Quærimus igitur nunc eas huius ſacramenti partes, ex quibus illud compleatur, & integrum omnino ſit. Quæ diſputatio in alijs ſacramentis non fuit difficilis: quoniam illorum materiã ſemper rem aliquam externam eſſe docuimus, quæ non variam, & multiplicem rationem haberet; cuiuſmodi eſt aqua, materia baptiſmatis; oleum, balſamumq; vnà mixtum, materia confirmationis: panis, & vinum, materia Euchariſtię. Huius autem ſacramenti materia ſunt actiones humanæ, quatenus tales, id eſt à libero hominis arbitrio profectę, quę varijs, multiplicibuſque modis eſſe ſolent affectæ. Caluinus igitur docet, duas eſſe pœnitentiæ partes, mortificationem, & viuificationem: quas intelligit ipſe, vt in ſacra ſcriptura ſignificantur; vt mortificatio ſit, per quam carnis, id eſt libidinis effrenatos conatus cohibemus, & refrenamus: viuificatio verò, per quam veniam flagitiorum impetramus; gratiam, & amicitiam Dei, dona Spiritus ſancti, ac denique veram mentis, & animi noſtri vitam. Quod fide obtineri, ac perfici dicit. Ex eius itaq; ſentẽtia, actiones humanæ, ex quibus pœnitẽtiæ materia integra, & infracta cõſtat, ſunt mortificatio, & fides. At hęc mortificatio, quam vocat Caluinus, non ſolùm pœnitentem, ſed etiam virum attingit culpa omni vacantem, & magna virtute præditum, cui ſemper debet eſſe curę, vt libidinem comprimat, & obedire rationi cogat. Ita enim Paulus de ſe dicit; Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo, ne fortè cum alijs prædicauerim, ipſe reprobus efficiar. Pœnitentia verò ſua natura in peccato verſatur, nihilq; ad eum pertinet, qui nũquam in culpa fuit: cuius enim eum pœniteat? Sic Manaſſes cùm precaretur Deum dixit; Domine Deus iuſtorum, non poſuiſti pœnitentiam iuſtis, Abrahę, Iſaac, & Iacob, ijs, qui tibi non peccauerunt, vt recederent à te. Ieremias etiam ait; Nullus eſt, qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo dicẽs, quid feci? Petrus etiam monuit Simonem dicens; Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. Quare ſtultum eſt putare mortificationem eſſe pœnitentię partem, cùm non in peccato, vt pœnitentia, ſua natura verſetur. Mortificatio item vi ſua peccatum cauet futurum, libidinem coercens, ne aliquo eius motu repentè perturbata mens delinquat; ſicut Paulus dixit; Caſtigo corpus. &c. ne cùm alijs prædicauero, ipſe reprobus efficiar: pœnitentia verò non futurum, ſed præteritum peccatũ vindicat. nemo enim dolere dicitur in futuro, ſed in admiſſo

Diuiſio ſacramenti pœnitẽtię non eſt generis in ſpecies, ſed totius in partes.

Mortificatiõ virum etiã attingit culpa vacãtem.

2. Cor. 9.

Iere. 8.

Act. 8.

Cur diuiſio ſacramenti pœnitẽtiæ in partes ſuas nonnihil præter cætera ſacramenta difficultatis habeat.

Caluini inepta diuiſio ſacramenti pœnitẽtiæ.

Mortificationis quod ſit munus.

Mortificatio non est pœnitentiæ pars.

Viuificatio non est pœnitentiæ pars.

missō flagitio. Cùm igitur mortificatio eò, quò pœnitentia, non referatur, eius pars esse non potest. Viuificatio etiam, quam ponit Caluinus, aliam esse pœnitentiæ partem, non minori interuallo ab ea distat, quàm mortificationem distare probauimus. Nam ad eos etiam spectat, qui magna sunt pietate, & sanctitate aucti. Est enim viuificatio, per quam Deo viuimus, & cœlestem vitā traducimus, huiusque seculi delicias, & voluptates contemnentes, ad diuinas tantùm opes, atque diuitias aspiramus, quæ vita vt nobis suppetat, & indies augeatur, pro virili parte optimus quisque contendere debet. Ita Paulus ait; Licet is, qui foris est homo corrumpatur, tamen is qui intùs est, renouatur de die in diem. ecce Paulus testatur operam & mortificationi, & viuificationi dedisse. non igitur ex ijs partibus pœnitentia componitur, quæ positæ vnà pœnitentiam non afferunt, & quæ in eum conuenire possunt, qui nullum pœnitentiæ præstitit officium. Philippus verò Melancton in apologia confessionis Augustanæ, alias affert pœnitentiæ partes, conscientiæ terrores, scelera sua cogitantis, & iram Dei, & pœnas peccantibus statutas, quos terrores ad desperationem homines adigere dicit, nisi fides eos leuaret, quo sustentamur, credētes per Christum veniam peccatorum obtinuisse. quare in duas partes pœnitentiam partitur, in animi terrores metu peccatorum iniectos, & in fidem. Quæ eius sententia magnam præ se gerit stultitiam. Nam multis in locis scriptura inter fidem, & pœnitentiam distinguit, & eas tanquam duas res distinctas à nobis postulat. Nam dicitur apud Marcum, Pœnitemini, & credite Euangelio. Paulusque testificabatur Iudæis, & gentibus pœnitentiam, & fidem in Iesum Christum. Quod si fides esset pœnitentiæ pars, satis esset, aut fidem vnam postulare: nam ipsa secum pœnitentiam afferret: aut solam pœnitentiam requirere, qua fides, tanquam eius pars, includeretur. Sed si hanc opinionem attentiùs consideremus, & ad eius reconditam sententiam disputando penetremus, longè maioris erroris, & stultitiæ plenam esse reperiemus. Nam primùm eiusmodi fidem quærit, vt credat vnusquisque sibi omnia delicta Deum ignouisse per Christum, atque omni iam esse crimine liberum; quę fides, quàm fallax, quàm absurda, & temeraria sit, libro primo satis multis exequuti sumus. Quare omnia argumenta, quæ ibi congessimus, valent etiam aduersus sententiam hanc. Adhuc tamen restat alius turpissimus in ista disciplina error: nam affirmat (vt planiùs ab eo in illa apologia fit,) fidem absolutionem esse, qua sacramentum hoc conficitur: vt cùm quispiam audit Euangelium, & promissionem Christi, debet credere se absolutum esse. Claues autem Ecclesiæ per Petrum concessas, potestatem esse definit annuntiandi Euangelium, quod secum plenam absolutionem importat. At hoc Euangelium, quo terrarum orbi venia peccatorum annuntiatur, iam inde à mundi principio promulgatur, & huiusmodi formidines, quas pœnitentię partē Philippus esse docet, hominibus opponūtur: vt Adæ peccatū increpatur; pœna cōparatur, & postea dicitur, ab eo oriūdū esse, qui serpētis deceptoris caput cōterat. Audit Dauid Nathan reprehendentem,

Quid sit viuificatio.

2. Cor. 4.

Melancton quomodo pœnitentiam diuidat.

Distinguit scriptura inter fidem & pœnitentiam.

Marc. 1.

Act. 20.

Quam fidem in pœnitentibus Melancton requirat.

Melanctonis error turpissimus.

A mundi principio terrarū orbi venia peccatorum annunciatur.

Gen. 3.

dentem, & obiurgantem ipsum: audit & dicentem, Dominus quoque transtulit peccatum tuum. Cùm igitur antequam Christus natus fuisset, fuerint omnes huius sacramenti partes: fuit ergo sacramentum hoc antequam à Christo institueretur. nõ igitur à Christo sunt sacramenta omnia instituta. Quid igitur aduersarij magnis sæpe clamoribus criminãtur, ea nos populis obtrudere sacramenta, quę Christus nũquã instituit? Vtrùm nos tanti sceleris auctores sumus? qui omnia sacramenta à Christo fuisse facta clamamus, ad nosq; per maiorum nostrorum manus esse translata: an qui tam falsam, & stultã doctrinam commentantur, & populis venditare non dubitant? Valet etiam hoc argumentum in Caluinum: Nam antequam Christus apparuisset, viri sancti nauabant mortificationi, & viuificationi operam. Iam verò si ipsa euangelij annuntiatio, absolutio est, non minùs quàm Pontifex maximus quilibet de plebe, atque adeo psytacus garriens aliquod Euangelij verbum, quo spem nostram confirmaret, absolueret: quò quid insaniùs, quid amentiùs dici, aut fingi potest? Quid? nonne claues regni cœlorum dono à Christo datę sunt Petro pro magnifica illa confessione, qua Christum esse filium Dei viui confessus est? Quod si claues nihil aliud sunt, quàm potestas, (vt interpretatur Melancton) exponendi Euangelium, quæ iam diu & Petro, & multis alijs erat concessa: nihil erat quod Christus verbis tam amplis munus illud ornaret, cùm nihil noui dedisset: neque dono tali præmium erat vllum pro tanta confessione solutum. Quæ cum absurda sint, absurdior est huiusmodi de clauibus & de absolutione Melanctonis sententia. Vere igitur pœnitentiæ partes perfectæ, & integræ sunt, in quas à nobis diuiditur, contritio, confessio, & satisfactio. Quæ ita in Concilio Tridentino explicantur sessione. 14. c. 3. Sunt autẽ quasi materia huius sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, cõfessio, & satisfactio. Qui quatenus in pœnitente ad integritatem sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione partes pœnitẽtiæ dicuntur. paucisque interiectis addit. Hæc de partibus, & effectu huius sacramenti sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui pœnitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt. Canone etiam quarto ait; Si quis negauerit, ad integram, atque perfectam peccatorum remissionem requiri tres actus in pœnitente, quasi materiam sacramenti pœnitentiæ, videlicet contritionem, confessionem, & satisfactionem, quæ tres pœnitẽtię partes dicuntur: aut dixerit, duas tantùm esse pœnitentię partes, terrores scilicet incussos conscientiæ agnito peccato, & fidem conceptã ex Euangelio, vel absolutione, qua credit quis sibi per Christum remissa peccata, Anathema sit. Sed in apologia confessionis, erroris nos arguit Melancton, quòd fidẽ in pœnitentię partibus nõ numeremus. Quid est aliud (inquit) negare, quòd fide consequamur remissionem peccatorum, quàm contumelia afficere mortem, & sanguinem Christi? Vide hominis insaniam! perinde quasi nos fidem excludamus. Imo maximè necessariam esse cognoscimus (vt ostendimus libro primo), quippe qui scimus,

Valenti argumẽto Melancton & alij conuincũtur.

Euangelij annuntiatio nõ est absolutio.

Vera pœnitẽtiæ partes.

Concilij Tridentini.

Melanctonis argumẽtum.

mus, ſine fide impoſsibile eſſe placere Deo, vt Paulus ait. & alio loco; Patrem propoſuiſſe nobis filium ſuum propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius. & ipſa ſacramẽti ſuſceptio ſtudium ve, ac ſuſcipiendi votum, ex fide ſua natura proficiſcitur. Nam ſacramẽtum per ſe, vique ſua, quædam fidei, & religionis profeſsio eſt: nec quiſquam hoc ſacramentum celebraret, vel celebrare cuperet, niſi gratiam Dei per illud initurũ ſe crederet. Sed aliud eſt, quod pœnitẽti neceſſarium eſt; aliud, quod pars pœnitentiæ ſit. Pœnitenti etiam charitas erga Deum neceſſaria eſt: imo debet ab ea pœnitẽtia proficiſci. Charitas autem haud pœnitentiæ pars exiſtimatur, ſed illa vera, legitimaque pœnitentiæ pars habetur, quæ ſua vi, atque natura pœnitentiam continet: cuiuſmodi fides nõ eſt, vt demonſtrauimus. Tum vt fidem ad peccatorum veniam adipiſcendam neceſſariam eſſe ſtatuamus, eam nugatoriam, ridiculam, & temerariam eſſe contendimus, quam Melanctonrequirit; vt per Chriſtũ omni crimine abſolutos nos eſſe putemus. Sed argumentatur Melancton; vt hãc doctrinam noſtram euertat, ex nobis quærendo; quando fiat peccatorum remiſsio, in contritione, vel in abſolutione? Fatemur in contritione peccatis liberari, & in Dei gratiam reſtitui. Nam contritio cõtinet abſolutionis deſiderium, & ſtudium, cuius de cauſa Deus peccatis ignoſcit; ſicut is, qui baptiſma oportuno tempore ſe ſuſcepturum ſtatuit, ex baptiſmate vtilitatem capit ad diuinã ſibi charitatem conciliandam. Quid ergo (ait Melancton) opus eſt abſolutione, ſi iam ſunt remiſſa peccata? Perinde quaſi quiſpiam rogaret, quid opus eſt æs alienũ debitorem ſoluere, ſi gratiam creditoris teneat, quod ſe ſoluturum eſſe promiſſerit? imo ea potiùs de cauſa debet ſoluere, quòd ei credita fuerit ſolutio: ita is potius debet abſolutionem ſacerdotis quærere, qui ob eam rem veniam impetrauit, quod eam ſe quæſiturum ſtatuerit. Saltem (dicet aliquis) non liberat ſceleribus ſacerdos, qui virum cõtritum, & quẽ ex animo peccaſſe piget, abſoluit. Sanè quidem liberat; alioqui vera non eſſet ſacramẽti formula; Ego te abſoluo. At iam (ait) ſunt abſoluta. Sed ſunt certè ſoluta propter hanc abſolutionem, quam ſe curaturũ firmiter apud ſe, & conſtanter conſtituerat. Quare magis per abſolutionem, quàm per contritionem peccata abſoluuntur: quia propter vnunquodq; tale, illud magis, vt ex Ariſtotelis ſentẽtia apud logicos in prouerbij conſuetudinem venit: ſicut ſi debitor vinculis liberaretur, quòd pecuniam ſe redditurum promitteret; magis quidem reddens liberatur: nam ſi nõ redderet, iterum in vincula conijceretur. Rurſus noſtram damnat doctrinam Melanctõ, quòd ex ea explicari non poſsit, cur Deus Dauidi pepercerit dolenti; Sauli autem, & Iudæ dolentibus non pepercerit? At facilimè doctrina noſtra hãc expediet quæſtionem: quòd pœnitentia ex vera erga Deum charitate debeat manare, & cum ſpe veniæ impetrandæ per Chriſtum eſſe coniuncta. Charitate erga Deum caruit pœnitẽtia Saulis: nam potiùs timore perterritus in ſuo peccato doluit, quòd regno ſcilicet propter crimen ſuum eſſet ſpoliandus: ſpe verò fuit Iudæ pœnitentia deſtituta, vt ex eius facto improbiſsimo cognoſcitur. Dolor autem Dauidis, & ſpe nixus fuit, & ex charitate,

Rom. 3.

Fidẽ eſſe pœnitentibus neceſſariam.

Aliud eſt quod pœnitẽti neceſſarium eſt: aliud quod pars pœnitentiæ ſit.

Quæ vera ſit pœnitentiæ pars.

Contritione peccatis liberamur.

Cur ſit opus abſolutione etſi peccata fuerint contritione remiſſa.

Quo pacto ſacerdos peccatis liberet eũ qui iam illis contritione liberatus eſt.

Melanthonis argumẽtum.

Cur Dauidi Deus pepercerit dolenti Sauli autem & Iudæ minimè.

charitate, ac pietate profectus. Multa præterea falſa crimina fingit in nos Melanctonis cōmatio. Melanᵹton in illa ſua apologia Auguſtanæ confeſsionis: vt quòd primam gratiam contritione, & attritione mereri doceamus: quòd poteſtas clauiū valeat ad remiſsionem peccatorum, non apud Deum, ſed apud Eccleſiam: & item alia, quæ nos non modò non docemus, ſed falſa, & contra religionem etiam eſſe cenſemus. Criminatur etiam, quòd hæc noſtra doctrina nullam probis hominibus conſcientiæ tranquillitatem afferat. Sed nos eos ſecuros reddere non poſſumus, Eccl. 5. dicente Eccleſiaſtico; De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. Non dubitamus autem quin magnā conſolationem, & animi tranquillitatem Pœnitētia ſacramentum magnam cōſolationē affert. pijs hominibus hoc ſacramētum afferat; ſicut his verbis Concilium Tridentinum. 14. Seſsionis. c. 3. docet. Sanè verò res, & effectus huius ſacramēti, quantùm ad eius vim, & efficaciam pertinet, reconciliatio eſt cum Deo, quam interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc ſacramentum percipientibus, conſcientiæ pax, ac ſerenitas cum vehementi ſpiritus conſolatione conſequi ſolet. Maneat igitur, fixumque ſit, rectè à nobis pœnitentiam in partes eſſe diſtributam: abſurdè verò ab aduerſarijs.

CAP. 19. *Ad veram pœnitentiam neceſſarium eſſe dolorem ſuſceptorum ſcelerum.*

IAm ſingulas pœnitentiæ partes perſequamur: ac primùm de contritione diſſeramus, in qua vehemeter aduerſarij errāt. Luterus enim, & alij aſſeuerant, veram pœnitētiam Luteri error. nullum admiſſorum ſcelerum dolorem ſua natura poſtulare: ſed nouam duntaxat vitam: quòd μετάνοια Græcè, non pœnitentiam, aut dolorem, ſed vnam modò reſipiſcētiam ſignificet. μετανοεῖν verò reſipiſcere. Deinde, quòd abſurdum eſſe iudicant, mœrore affligi ob rem, quam reuocare non poſſumus. Sed id abſurdum non eſſe docet apertè Baruc dicens; Anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudine mali, & incedit curua, & infirma; & oculi deficientes, & anima eſuriens dat tibi gloriam, & iuſtitiam Domine. Non eſt igitur abſurdum, ſed laudabile, honeſtum, & officioſum id, quo Deo iuſtitiam, & gloriam adiudicamus. Paulus etiam ait; Gaudeo, non quia contriſtati eſtis, ſed quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. Quod ſi ob illorum triſtitiam, atque dolorem gaudet Paulus, multumque fructum eis poſtea attuliſſe exponit; non abſurdus ille dolor, ſed bonus, vtilis, & decens eſt. Illa etiam verba, quæ ſtatim conſequuntur, Græcè lecta, Luterum erroris arguunt; & eius argumentum ex vocis explicatione petitum, facilè diluunt. λύπη γὰρ (inquit) κατὰ θεὸν μετάνοιαν εἰς σωτηρίαν ἀμεταμέλητον κατεργάζεται. ideſt, quę ſecundum Deū triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem non pœnitendam operatur. Quare μετάνοια non ſolam reſipiſcentiam, ſed cum dolore coniunctam ſignificat. Nam ſi tantūm reſipiſcētiā declararet, non eſſet è triſtitia profecta; vt Paulus ait. effectus enim non conſtat ſine ſua cauſa. Quid? Si pœnitentia nouam vitam poſtulat; nonne conſequens eſt, vt veterem abijci requirat? quod alia ratione quam dolore, atque mœrore effici nequit: quibus quaſi greſsibus à ſcelere ſe animus reuocat, & ad officium traducit.

Baruc. 2.

2. Cor. 7.

Μετάνοια reſipiſcētiam cū dolore coniunctam ſignificat.

Dolor cur ſit pœnitentibus neceſſarius.

traducit. Quod ſi bona perſequi honeſtum eſt, pariter mala fugere erit honeſtum. Dolore etiam, atque mœrore Dei offenſionem vindicamus, & Dei iuſtam, ac meritam iram in nos ipſos expromimus. Et hac de cauſa honeſtum eſſe ducimus nos lachrymis, & triſtitiæ tradere: non quòd reuocari poſſe putemus, quæ ſemel geſta ſunt. Quare vera illa eſt à Theologis tradita pœnitentiæ definitio, nempe quod ſit virtus, qua non ampliùs peccare ſtatuentes Deum, quem rebus omnibus anteponimus, offendiſſe dolemus. Sed Luterus alio loco dicit, ſe minimè negare, contritionem eſſe pœnitentię partem. Non ſibi conſtat igitur, cùm ea, quæ dudum narrauimus, affirmet. Subijcit nihilominus, putare ſe teſtimonijs ſacroſanctæ ſcripturæ hanc partem non poſſe oſtendi. At nonne ſatis planè docetur locis illis Baruc, atque Pauli proximè citatis? Eam etiam docet Dauid apertiſsimè Pſal. 31. dicens; Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea: dum clamarem tota die: quoniam die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua, conuerſus ſum in ærumna mea, dum configitur ſpina. Quæ verba ſi leguntur Hebraicè, magna quidem amplificatione explicant quantus ille dolor fuerit, quem propter peccatũ ſuſcepit, ait enim: כִּי הֶחֱרַשְׁתִּי בָּלוּ עַצְמָי בְּשַׁאֲגָתִי כָּל הַיּוֹם כִּי יוֹמָם וָלַיְלָה תִּכְבַּד עָלַי יָדֶךָ נֶהְפַּךְ לְשַׁדִּי בְּחַרְבֹנֵי קָיִץ *ci heherasti balu hazamai beſaagoti col haiom ci ioma᷑ valai la ticbad hala, tadecha nepac ceſadi be harbone caiz*, id eſt, dũ tacerem, extabuerunt oſſa mea eiulatu meo quotidiano. Quoniam dies nocteſq; grauis mihi erat manus tua, meuſque ſuccus conuerſus eſt in ſiccitates æſtiuas. hoc eſt, cùm tacitus mecum peccati magnitudinem cogitarem, magno clamore fletu vires omnes amiſi. Oſſa enim vires appellat Hebraico more: Et dies nocteſq; vehementer vindicationem tuam timebam: quam vocat manum Hebraica etiam phraſi; quòd manu fieri videatur. Tantoque ſum eius metu perculſus, vt macie torridus, tanquam calamus æſtiuus, & ariſta fuerim. Qui locus planiſsimè docet, quanto languori homines propter peccatum dari ſe debeant. Significat etiam bonum, & honeſtum eſſe poſſe pœnæ timorem, quẽ Luterus, vt ſtatim dicemus, damnat. Quid? nunquid illud Pſalmi contritionem non declarat? Sacrificium Deo ſpiritus contribulatus: cor contritum, & humiliatum Deus non deſpicies. Niniuitæ etiã, Petrus, & Magdalena exemplo nobis excellentiſsimo huius contritionis fuerunt. Quanto verò ſe luctui, & angori Niniuitæ tradiderint, Ionas propheta multis narrat. De Petro verò Matthæus ait, quod fleuit amarè. De Magdalena Lucas ſcribit, lachrymis Chriſti pedes rigaſſe. Quare contritio poteſt ſacræ ſcripturę teſtimonijs & exemplis probari. Extatque de hac re grauiſsimum Concilij Tridentini Decretum Seſſione. 14. c. 4. Contritio (ait) quæ primum locum inter dictos pœnitentis actus habet, animi dolor, ac deteſtatio eſt de peccato cõmiſſo, cum propoſito non peccandi de cætero. Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic contritionis motus neceſſarius, & in homine poſt baptiſmum lapſo, ita demum præparat ad remiſsionem peccatorũ, ſi cum fiducia diuinæ miſericordiæ, & voto præſtandi reliqua cõiunctus ſit, quæ ad ritè ſuſcipiendum hoc ſacramen-

Pœnitentiæ deffinitio.

Luterus non ſibi conſtat.

Teſtimonijs ſcripturæ demonſtratur contritionem eſſe pœnitentiæ partem.

Pſal. 31.

Pſalmi locus exponitur.

Matt. 27.

Concilij Tridentinum.

cramentum requirũtur. Declarat igi tur ſancta Synodus, hanc contritionem non ſolùm ceſſationem à pecca to, & vitæ nouæ propoſitum, & inchoationem, ſed veteris etiam odiũ continere: iuxta illud. Proijcite à vobis omnes iniquitates veſtras, in quibus præuaricati eſtis, & facite vobis cor nouum, & ſpiritum nouũ. Et certè qui illos ſanctorum clamores conſiderauerit; Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Laboraui in gemitu meo, lauabo per ſingulas noctes lectum meum. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ: & alios huiuſmodi generis; faciè intelliget, eos ex vehementi quodam anteactæ vitæ odio, & ingenti peccatorũ deteſtatione manâſſe. Docet præterea, etſi cõtritionẽ hanc aliquãdo charitate perfectã eſſe contingat, hominẽq; Deo reconciliare priuſquã hoc ſacramẽtũ actu ſuſcipiatur: ipſam nihilominus reconciliationẽ ipſi cõtritioni, ſine ſacraméti voto, quod in illa includitur, nõ eſſe aſcribedam.

CAP. 20. *Honeſtum eſſe pœnæ metu reſipiſcere.*

IS T alia imperfecta contritio, quam Theologi probantes, attritionẽ nominant: quæ eſt quidam de peccato dolor, à pœnæ potiùs metu, quàm à charitate profectus. Quod genus doloris Lutero non probatur, in eumq; maledicta congerit, & magnis cõuitijs inſectatur dicens; Cõtritio quæ paratur per diſcuſsionẽ, collectionẽ, & deteſtationẽ peccatorum; qua quis recogitat annos ſuos in amaritudine animæ ſuæ, põderãdo peccatorũ grauitatẽ, multitudinẽ, fœditatẽ, amiſsionẽ æternæ beatitudinis, & acquiſitionẽ æternæ dãnationis; hæc contritio facit hypocritã, imo magis peccatorẽ. Sed ſi hominis iſtius peruerſum ingeniũ iam diu exploratum nõ habuiſſem, mirarer quidem quòd tanta petulãtia dãnaret, quod ipſa vehementer rerũ natura cõmendat. Nã mali declinatio tam naturalis, atq; in ſita noſtris animis eſt, quàm boni appetitio: imo amor ipſe, & boni cupiditas, fugã quãdam, & à malo receſſum continet. Quis vnquã dãnauit eum, qui dãna, pericula, & detrimeta declinaret? Tunc metus in culpa ponitur, cùm ab officio deterret. Quis autem eũ timorẽ vnquã vituperauit, quòd ad virtutẽ, & honeſtas actiones impellat? cuiuſmodi iseſt, qui homines à ſcelere reuocat. Quod ſi metus hic iniquus eſt, iniquè igitur agit, qui quauis illum ratione incutit: eſt enim criminis, & flagitij cauſa. quod quid aliud eſt putare, quàm Deum, & eius nuntios, & prophetas omnes in crimen vocare? Nam millies in ſuis diuinis oraculis minas iactat, formidines opponit, pericula intẽdit, calamitates affert, fortunis ſpoliat, interficit, perdit, euertit, & omni ſupplicio conſtringit, vt timore homines perculſi peccare deſinãt, ac frugi fiant. Iniqua eſſet illa cõditio ab ipſo Deo populo ſuo per Eſaiã oblata; Si volueritis, & audiêritis me, bona terræ comedetis: quod ſi nolueritis, & me ad iracũdiã prouocaueritis, gladius deuorabit vos. & illa; Quod ſi nõ audiêritis me, nec feceritis omnia præcepta mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea cõtempſeritis, vt nõ faciatis ea, quæ à me cõſtituta ſunt, & ad irritũ perducatis pactũ meũ; ego quoq; hoc faciã vobis; viſitabo vos velociter in egeſtate, & ardore, qui conficiat oculos veſtros,

Mali declinatio naturalis omnibus eſt.

Varijs modis Deus hominẽ bus metũ incutit.

Eſa. 1.

Leu. 26.

Lutheri hæreſis.

ſtros,& cõſumat animas veſtras, &c. Iniquum etiam fuit illud Ionæ vaticinium,quod Deo iubente vaticinatus
Ion. 3. eſt; Adhuc quadraginta dies, & Nini ue ſubuertetur.peruerſa fuit illa Niniuitarum pœnitẽtia,qui huius acerbi nuntij timore perterriti, à cibo ſe per aliquot dies temperantes, in ſordibus iacuerunt. At ea Deus placatus iram mitigauit, ac ſententiam mutauit.placuit igitur ei talis pœnitẽtia. Impius ergo Luterus eſt, qui audet improbare id, quod Deo vehemẽter probatur. Quod ſi in tam turpi, atq; temeraria perſiſtat ſententia, illud ſimiliter mitiſsimum Dei conſilium
Iere 36. reprehendet,quod Ieremias,vt populũ à ſceleribus abduceret, ipſum ſuſcepiſſe narrat,cũ dixiſſet ei, Tollevolumẽ libri, & ſcribes in eo omnia verba, quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael, & Iudam,& aduerſum omnes gentes: à die qua locutus ſum ad te, ex diebus Ioſiæ vſque ad diem hanc: ſi forte audiente domo Iuda vniuerſa mala,quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſque à via ſua peſſima,& propitius ero iniquitati, & peccato eorum. Illud etiam principium prædicationis Ioannis Baptiſtæ, quo ad memoriam homines iræ Dei reuocabat,vituperare Luterus non verebi
Eccl. 7. tur. At vt eius memores ſimus Eccleſiaſticus monet,ne ab officio deſciſcamus; Non te reputes (ait) in multitudine indiſciplinatorũ. Memento iræ, quoniam nõ tardabit. humilia valdè ſpiritum tuum: quoniã vindicta carnis impij,ignis,& vermis. Poſſem alia multa ſacroſanctæ ſcripturæ loca cõmemorare, quibus pœna,ac ſupplicij memoria repræſentatur,quò nos à vitijs,atque peccatis deterreant. Quare dubium non eſt, quin honeſtus ſit, atque vtilis flagitioſis hominibus pœnæ metus,quò peccandi voluntatem abijciant. Nam ſi huiuſmodi nõ pellatur voluntas,licet eam pœnæ metu homo non expromat; non eſt metus eius laude, ſed vituperatione dignus. Hoc enim modo Concilium Tridentinum laudauit contritionem è metu natam dicens; Illam contritionem imperfectam,quæ ex gehẽnæ,& pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccandi excludat,&c. Quod cuiuſmodi ſit exponit optimè D. Thomas.2.2.art.4.eiuſmodi enim debet eſſe metus, qui poſsit in Deum referri, licet non ſit expreſsè relatus. Quare qui ſui tantùm commodi rationem ducens, ſuumq; emolumentum ſpectans, ſcelus facere prętermittit; huiuſmodi prætermiſsio nullo modo poteſt ad Deum referri: quoniam eſt iam ad alium finẽ, nimirum ad hominis vtilitatẽ relata. Quare quem ita ſceleris ſui piget, & quia ob id, ſi perpetraret, ſupplicio afficiendus foret; Secus autem non eum pigeret: hic certè pœnitentiam ad ſuam refert vtilitatem: neque peccati omnino pellit amorẽ, licet magis ſuppliciũ deteſtetur, quàm peccãdi voluptatẽ amet. Nec metus eſt cauſa qua ad dolendũ mouetur, ſed finis cui totũ dolorem deſtinat. Metus autẽ cauſa debet eſſe mouẽs, non quæ finis rationẽ habeat, ne impediat quò minùs in Deũ poſsit referri. Quem verò ita peccaſſe tædet, vt ſupplicij metu eiuſmodi ſceleris odiũ concipiat, quod poſſet ſublato ſupplicio manere; tum ſupplicij metus, licet ad Deum explicata mente non referatur, poſſet tamen ſua natura referri: vt quia peccati pœna à Deo ſeparat. Quare talis metus non eſt vituperandus ſua natura, ſed

Quis pœnæ metus vituperandus ſit.

Quis pœnæ metus ſit laudandus.

Pœnæ metus non finis ſed cauſa mouẽs eſſe debet vt honeſtus ſit.

ſed laudandus: non tam honeſti finis cauſa, cùm eum explicatè nō ſpectet; quàm quòd honeſti facinoris, nēpe pœnitendi, criminiſq; cauendi cauſa ſit. Quo fieri facilè poterit, vt locum charitati, ac perfectæ pœnitentiæ paret, quæ optimum finem per ſe, vique ſua currant. Eſt enim aptiſsima Patris noſtri Auguſtini ſimilitudo, quæ citatur de pœnitentia. diſtin. 2. Can. ſicut ſeta. qua huiuſmodi timorem cū ſeta comparat ſutoris, quę licet per ſe non valeat ad coria conſuenda, valet tamen ad fila, quibus conſuantur inducendum: ita licet huiuſmodi timor non valeat ad diuinam amicitiam conglutinandam; valet tamen ad introducendam charitatem, qua verè ad Dei adiungamur amicitiam, & ob eam rem hunc timorem Dauid initium ſapientiæ eſſe dicit. Sed clamat Luterus à ſe Caſianum ſtare: locum tamen nullum citat: verùm ſine dubitatione additur de ſuo. Nam Caſianus multis locis nobiſcum ſentit, vt collatione. 3. capi. 4. vnum modum ponit vocationis ex neceſsitate deſcendere, dum homo metu reſipiſcit. & collatione. 11. capit. 6. gehennæ metum rem vtilem eſſe ſignificat. & lib. 4. capitul. 39. multis probat timorem, quem ille vocat ſeruilem, principium eſſe diuinæ reconciliandæ gratiæ. Probat alia ratione ſententiam ſuam Luterus: quia quicquid extra charitatem fit, peccatum eſt, dicente Paulo; Si charitatem non habeam, factus ſum velut æs ſonans. Sed falſum eſt quod ponit Luterus. nam opem ferre inopi, licet extra charitatem fiat, non eſt peccatum. Paulus autem tantùm ſignificat, quod etſi linguis hominum, & Angelorum loqueretur. id eſt, licet res multas vtiliſsimas, & cognitione dignas populis exponeret, eſſet tamē charitate deſtitutus hortandis ad pietatem hominibus eis quidem vtilitatem afferret, ipſe tamen nullam vtilitatem perciperet: quia nihil apud Deum quiſpiā ſine charitate meretur. Falſum etiam eſt quod addit, hypocriſim eſſe, quicquid ex toto corde nō fit, ideſt, quod non ex corde (vt exponit ipſe) charitate perfecto naſcitur. Sed vult etiam argumentis demonſtrare ſecundam ſuperioris dicti ſui, quod recitauimus, partem: huiuſmodi ſcilicet contritionem magis peccatorem facere. quòd Paulus ſcribat; Per legem abundare peccatum. Virtutem peccati legem, quæ teſtimonia valdè à propoſito aberrant. nam tantùm ſignificāt, legem feciſſe, vt libido, quam vocat peccatum, vires ſuas oſtenderet legi reſiſtendo, vt libro ſuperiori declaraui. Ex qua vera explicatione quo pacto concludetur pœnę metum magis peccatorem facere? Sed dicit iſte, qui in culpa eſt, quo modo legem nō oderit, qui culpam prohibet? Sed licet id forte contingat, cum re quiſpiam peccato ſe delectat, & in eius cogitatione hæret: at non ſemper id vſu venit. Nam fieri poteſt, vt animū in re alia honeſta occupet, atq; etiam cogitans quanta mala peccatum afferat, illud oderit, & legem amplecti velit. Quare dubiū nō eſt, quin hæc imperfecta contritio, honeſta ſit, quod Concilium Tridentinū Seſsione. 14. ca. 4. ſtatuit dicens. Illam verò contritionem imperfectam, quæ attritio dicitur; quoniam vel ex peccati turpitudinis conſideratione, vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, ſi voluntatem peccādi excludat cum ſpe veniæ, declarat non

Auguſtini pulcra ſimilitudo.

Pſal. 110.

Luteri argumentum.

1. Cor. 13. *Nō quidquid extra charitatem fit, eſt peccatum.*

Pauli locus exponitur.

Luteri error.

Luteri error.

Rom. 5.

1. Cor. 15.

Luteri argumentum.

Concilium Tridentinum.

solùm non facere hominem hypocritam, verùm etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsum, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantùm mouentis, quo pœnitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. Et quamuis sine sacramento Pœnitentiæ per se ad iustitiam perducere peccatorem nequeat; tamen cum ad Dei gratiam in sacramento pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitæ ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrârunt. Quamobrem falsò quidam calumniantur catholicos scriptores, quasi tradiderint sacramentum pœnitentiæ absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Sed & falsò docent, Contritionem esse extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam. Et Can. 5. Si quis dixerit, eam contritionem, quæ paratur per discussionem, collectionem, & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animæ suæ, ponderando peccatorum suorum grauitatem, multitudinem, fœditatem, amissionem æternæ beatitudinis, & æternæ damnationis incursum, cum proposito melioris vitæ, non esse verum, & vtilẽ dolorem, nec præparare ad gratiam, sed facere hominem hypocritam, & magis peccatorẽ: demum illam esse dolorẽ coactum, & non liberum, ac voluntariũ, anathema sit. Et Sessione sexta Cano. 8. Si quis dixerit, gehennæ metũ, per quẽ ad misericordiã Dei de peccatis dolendo confugimus, vel à peccãdo abstinemus, peccatum esse: aut peccatores peiores facere, Anathema sit.

CAP. 21. *Confessionem à Christo fuisse institutam, & necessariam esse.*

SEquitur vt de Confessione, alia huius sacramenti parte differamus: quæ vt est valde hominibus christianis necessaria; ita in ea demolienda magna per hæreticos satellites suos Dæmõ molitus est. Narrauimus iam eam Nouatianos abiecisse. *Nouatiani.* Fuerunt etiã quidã Massylianiani (vt Damascenus libro suo de hæresibus auctor est,) qui Confessionem necessariam esse abnegârunt. *Damascenus* Extitit etiam Petrus Osmensis Salmãticensis sacræ Theologiæ magister, qui docebat, cõfessionem à Christo non fuisse institutam. *Petrus Osmẽsis.* Ioannes verò Vuicleph inutilem esse asserebat homini contrito. *Ioannes Vuicleph.* Vualdenses verò omnino conuellendam esse contendebant. *Vualdenses.* Luterus autem temporibus nostris turpissimis de hac re imbutus erroribus fuit. Primùm, non esse necessarium confiteri peccata sacerdoti, sed satis esse Deo: qui fuit error etiam Iacobitarũ. Deinde tradebat Luterus, non esse confessionem à Christo institutam, sed Ecclesiæ consuetudine introductam: in quo errore versatur etiam Caluinus. *Luteri errores.* *Iacobita.* *Caluinus.* Tradebat prẽterea nihil opus esse peccata omnia mortifera confiteri. Primùm his perfidis hominibus probemus, cõfessionẽ à Christo fuisse institutã: deinde non inutile, sed necesse esse omnia mortifera scelera post baptisma suscepta cõfiteri. Primum autẽ facile colligitur ex eo, quod 17. cap. demonstrauimus, pœnitentiam esse sacramentum: consequens enim est à Christo fuisse institutum; quippe qui solus possit sacramenta constituere.

Solus Chriſtus poteſt ſacramẽtũ inſtituere.

tuere. Ex quo neceſſariò fit, materiã & formam ex quibus ſacramentum componitur, conſtituiſſe. Ipſo enim tantùm auctore, aqua eſt materia baptiſmatis; panis materia Euchariſtiæ; & res alias ſimiliter, quas ſacramẽto rũ materiã eſſe cognoſcimus. At confeſsio neceſſaria eſt huius ſacramenti materia, qua ſublata, omnino cõſtare non poteſt. Nã cõtritionem materiæ partẽ huius ſacramenti putamus, non per ſe: non enim ſua natura cadit ſub ſenſum, vt cadat oportet vera ſacramẽti materia. Eſt enim ſicut Theologi definiũt, ſacramẽtũ ſignũ ſenſibile: contritio autẽ ſua vi ad animũ, & mẽtem ſpectat, non ad ſenſum. Eſt ergo contritio huius ſacramenti materia; quia confeſsionem externam cohoneſtat, ne ſimulatè, ſed ex animo fiat. potiùs ergo confeſsio huius ſacramẽti materia exiſtimanda eſt: ſatisfactio enim celebratũ ſacramẽtũ conſequitur, tãquã eius perfectio, qua ex parte iudiciũ quoddã eſt. Nõ igitur dubiũ eſt, quin confeſsio imprimis ſit huius ſacramẽti materia; cęteraper cõfeſsionẽ, etiã materiæ rationẽ habeãt. Si materia eſt ſacramẽti, colligitur neceſſariò à Chriſto traditã eſſe: ſecus enim ne ſacramentum à Chriſto eſſet acceptum, ac proinde in ſacramentis non deberet numerari, quod quàm falſum ſit, dudũ declarauimus. Quid? nonne quæ Chriſtus locutus eſt hoc ſacramentum conſtituens, apertè indicant ipſum confeſsionem tuliſſe? Accipite (ait) Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt. Iudices igitur Apoſtolos omnium criminũ conſtituit. Quo pacto autem rectum poſſent iudicium reddere, niſi crimina noſſent? & quo pacto cognoſcerent occulta, atque animo, & cogitatione tantummodò ſuſcepta ſcelera, ſi reus ea ipſe non confiteretur? Eo igitur facto, quo peccantes ad vnum omnes apud certos homines reos peccatorum ſuorum eſſe voluit, confeſsionem à criminoſis hominibus poſtulauit. eſt igitur ab eo ſtatuta, ac præcepta confeſsio. Idem declarant illa verba Petro dicta; Tibi dabo claues regni cœlorum: quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis: & quodcunq; ligaueris, erit ligatum. ex quibus verbis idem neceſſarium argumentũ trahi poteſt. Iam verò ex eo, quod Chriſtus Apoſtolis poteſtatem dederit faciendi, vel liberandi reos, in hoc ſacramento inſtituendo, perſpicuũ eſt, voluiſſe tanquam iudicium quoddam exerceri, in quo oportet reum confitentem eſſe, vt omnia plana, & perſpicua ſint, ne aliquo mendacio tantum ſacramẽtum violetur. Confeſsionis etiam Iacobus verus Chriſti diſcipulus mentionem fecit dicens, Confitemini alterutrum peccata veſtra. Quod verò ſit neceſſarium confeſsionem ſtudio ſaltẽ, & deſiderio facere eum, qui poſt baptiſma crimẽ aliquod graue cõmiſit, ex eiſdẽ locis neceſſaria demõſtratione facilè concluditur. ex quo error Luteri quãtus ſit intelligetur affirmantis (vt diximus) non oportere mortifera peccata omnia cõfiteri. Nã is, qui grauiter peccauit, neceſſe habet delicti veniã impetrare, vt in Dei gratiã redeat: eam verò impetrare nõ poteſt, niſi prius Apoſtoli, aut eorum vicarij delicta eius cognoſcant, dicente Chriſto; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. At ipſi nihil nec debẽt, nec poſſunt remittere, niſi prius

Cur contritio pars ſit ſacramenti pœnitẽtia.

Confeſsio imprimis materia eſt ſacramenti pœnitẽtia.

Chriſtus confeſsionem inſtituit.

Ioan.20.

Mat.16.

Iac.5.

Neceſſarium eſſe crimina poſt baptiſma ſuſcepta confiteri.

Lutherus.

Ioan.20.

prius cuiuſmodi ſit, cognitum habeant, & ęquo ſuo iudicio ponderet. Debet igitur is, qui ſibi quidpiã condonari poſtulat, aut in eorum iudiciũ venire; aut ſaltem vadimonium promittere. Hoc verò iudicium exerceri non poteſt, vt proximè oſtendi, niſi reus confiteatur. Oportet igitur eum reum, qui ſibi vt parcatur, optat, vel vnumquodque crimen confiteri, vel præſtituto tempore confitẽdum ſtatuere. Neceſſaria igitur eſt nó modò aliquorum, ſed etiam ſingulorũ peccatorum confeſsio: contrà quàm Lu*Luterus.* terus peſsimè docet. Abſurdũ etiam eſt dimidiam ex Deo veniam quære-*Auguſtinus.* re: vt Auguſtinus ait. Ergo abſurdum etiam eſt alia delicta reticere, & alia vt ignoſcantur, confiteri. Iam verò nemo ſceleribus ſolui vllo modo poteſt, niſi vi ſanguinis Chriſti, quẽ poſuit Deus propitiatorem per fidẽ in ſanguine ipſius. Vis autem ſanguinis Chriſti tota ſacramentis incluſa eſt. *Non poteſt ſcelus expiari niſi ſacramentis ad ſcelus expiandũ inſtitutis.* Nulla igitur re facinus expiari poteſt, niſi ea ei ſacramenta adhibeãtur, quæ ad ſcelera expianda ſunt inſtituta: cuiuſmodi baptiſma eſt, & poſt baptiſma pœnitẽtia. Baptiſma verò ob eã rẽ neceſſariũ eſſe credimus, quòd Chri-*Ioan. 3.* ſtus pronuntiet; Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt introire in regnum Dei. At pari verborum pondere dicit; Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter *Luc. 13.* peribitis. & Ioannes apud Matth. Pœnitẽtiam agite, appropinquabit enim *Matt. 3.* regnum cœlorum. Eſt igitur eis, qui à *Eis qui poſt baptiſma à Deo alienati ſunt eſt non minus neceſſaria pœnitẽtia quã fuerat baptiſma.* Deo alienati poſt baptiſma ſunt, non minùs neceſſaria pœnitentia, quàm fuerat ipſum baptiſma. Pœnitentiam autẽ eam oportet eſſe, quę fuit à Chriſto inſtituta, id eſt, vt ad confeſsionẽ referatur (vt declarauimus) quæ eſt princeps pœnitentiæ pars. Eſt ergo confeſsio, vel confitendi voluntas neceſſaria ei, qui ſcelere quocunq; mortifero, quo ſe poſt baptiſma contaminauerit, ſoluendus eſt. Quæ omnia ita Concilium Tridentinum Seſsione *Concilij Tridentinum.* 14. ca. 5. definit. Ex inſtitutione Sacramenti Pœnitentiæ iam explicata, vniuerſa Eccleſia ſemper intellexit inſtitutam etiam eſſe à Domino integrã peccatorum confeſsionem, & omnibus poſt baptiſma lapſis, iure diuino neceſſariam exiſtere. Quia Dominus noſter Ieſus Chriſtus è terrenis aſcenſurus ad cœlos, ſacerdotes ſui ipſius Vicarios reliquit, tanquam præſides, & iudices, ad quos omnia mortalia crimina deferantur, in quę Chriſti fideles ceciderint: quò pro poteſtate clauium, remiſsionis, aut retentionis peccatorum ſententiam pronuntiẽt. Conſtat enim ſacerdotes iudiciũ hoc incognita cauſa exercere nó potuiſſe, neq; æquitatem quidem illos in pœnis iniungendis ſeruare potuiſſe, ſi in genere duntaxat, & non potiùs in ſpecie, ac ſigillatim ſua ipſi peccata declaraſſent. Ex his colligitur, oportere à pœnitentibus omnia peccata mortalia, quorũ poſt diligentẽ ſui diſcuſsionẽ, cõſcientiã habent, in confeſsione recẽſeri etiam ſi occultiſsima illa ſint, & tãtùm aduerſus duo vltima decalogi præcepta cõmiſſa, quæ nonnũquã animũ grauiùs ſauciãt, & periculoſiora ſunt ijs, quæ in manifeſto admittũtur. nam venialia, quibus à gratia Dei nó excludimur, & in quæ frequẽtiùs labimur, quãquam rectè, & vtiliter, citraq; omnẽ præſumptionem in cõfeſsione dicantur, quod piorũ hominũ vſus demonſtrat, taceri tamẽ citra culpã, multiſq; alijs remedijs expiari poſſunt. Verùm cũ vniuerſa mortalia peccata,

peccata, etiam cogitationis, homines iræ filios, & Dei inimicos reddant, necessarium est omnium etiam veniam cum aperta, & verecunda confessione à Deo quærere. Itaq; dum omnia, quæ memorię occurrũt peccata Christi fideles confiteri studeant, proculdubio omnia diuinæ misericordiæ ignoscenda exponunt. Qui verò secùs faciunt, & sciẽter aliqua retinent, nihil diuinæ bonitati per sacerdotem remittendũ proponunt. Si enim erubescat ægrotus vulnus medico detegere, quod ignorat, medicina nõ curat. Colligitur præterea, etiam eas circunstantias in confessione explicãdas esse, quæ speciem peccati mutãt; quòd sine illis peccata ipsa neq; à pœnitentibus integrè exponantur, neq; iudicibus innotescãt. & fieri nequeat, vt de grauitate criminum rectè cẽsere possint, & pœnam, quam oportet, pro illis pœnitẽtibus imponere. Vnde alienum à ratione est, docere circunstantias has ab hominibus otiosis excogitatas fuisse: aut vnam tantùm circunstantiam confitẽdam esse, nempe peccasse in fratrem. Sed & impium est, confessionem, quæ hac ratione fieri præcipitur, impossibilem dicere, aut carnificinam illam conscientiarum appellare. Constat enim nihil aliud in Ecclesia à pœnitentibus exigi: quàm vt postquam quisque diligentiùs se excusserit, & conscientiæ suæ sinus omnes, & latebras explicauerit, ea peccata confiteatur, quibus se Dominum, & Deum suum mortaliter offendisse meminerit: reliqua autem peccata, quæ diligenter cogitanti non occurrunt, in vniuersum eadem confessione inclusa esse intelligũtur: pro quibus fideliter cum propheta dicimus; Ab occultis meis mũda me Domine. Ipsa verò huiusmodi confessionis difficultas, ac peccata detegẽdi verecundia, grauis quidem videri posset, nisi tot, tantisque commodis, & consolationibus leuaretur, quæ omnibus dignè ad hoc sacramẽtum accedentibus, per absolutionem certissimè conferuntur. Cæterũ quò ad modum confitendi secretò apud solum sacerdotem, etsi Christus non vetuerit, quin aliquis in vindictam suorum scelerum, & sui humiliationem, cùm ob aliorum exemplũ, tum ob Ecclesiæ offensæ ædificationem, delicta sua publicè confiteri possit: non est tamen hoc diuino præcepto mandatum, nec satis consultè humana aliqua lege præciperetur, vt delicta, præsertim secreta, publica essent confessione aperienda. Vnde cùm à sanctissimis, & antiquissimis Patribus, magno, vnanimique consensu secreta confessio sacramentalis, qua ab initio Ecclesia sancta vsa est, & modò etiam vtitur, fuerit semper commendata, manifestè reperitur inanis eorum calumnia, qui eam à diuino mandato alienam, & inuẽtum humanum esse, atque à Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initiũ habuisse docere non verentur. Nec enim per Lateranense Concilium Ecclesia statuit, vt Christi fideles confiterentur, quod iure diuino necessarium, & institutum esse intellexerat; sed vt præceptum confessionis saltẽ semel in anno ab omnibus, & singulis, cùm ad annos discretionis peruenissent, impleretur. Vnde iam in vniuersa Ecclesia, cum ingenti animarum fidelium fructu, obseruatur mos ille salutaris confitendi sacro illo, & maximè acceptabili tempore Quadragesimæ: quem morem hæc sancta Synodus maximè

probat,& amplectitur, tanquam piè, & meritò retinendum. Et can. 6. ita decernit: Si quis negauerit, confessionem sacramentalem vel institutam à Christo, vel ad salutem necessariam esse iure diuino: aut dixerit, modum secretè confitẽdi soli sacerdoti, quem Ecclesia catholica ab initio semper obseruauit, & obseruat, alienum esse ab institutione, & mandato Christi, & inuentum esse humanum, Anathema sit. & can. 7. Si quis dixerit, in sacramento pœnitẽtię ad remissionem peccatorum necessarium non esse iure diuino confiteri omnia, & singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, & diligenti præmeditatione habeatur, etiam occulta, & quę sunt contra duo vltima decalogi præcepta, & circunstantias, quæ peccati speciem mutant: sed etiam confessionem tantùm esse vtilẽ ad erudiẽdum, & consolandum pœnitẽtem, & olim obseruatam fuisse tantùm ad satisfactionem canonicam imponendã: aut dixerit eos, qui omnia peccata confiteri studẽt, nihil relinquere velle diuinæ misericordiæ ignoscendum: aut demũ non licere confiteri peccata venialia, Anathema sit. Et can. 8. Si quis dixerit, confessionem omnium peccatorum, qualem Ecclesia seruat, esse impossibilem, & traditionẽ humanã à pijs abolendam, aut ad eam nõ tenere omnes, & singulos vtriusque sexus Christi fideles iuxta magni Concilij Lateranẽsis constitutionẽ, semel in anno, & ob id suadendũ esse Christi fidelibus, vt non confiteãtur tẽpore Quadragesimæ, Anathema sit. Sed probare molitur Melãcton in apologia confessionis Augustanæ, non esse à Christo cõfessionem institutam. Nam ex verbis Christi à nobis citatis, tantùm (ait ille) colligi potest; Christũ Apostolis potestatẽ dedisse absoluẽdi peccata, nõ autẽ cognoscendi. At qua ducti ratione absoluerẽt quosdã, ligarẽt verò alios, si crimina nõ cognoscerẽt! præsertim dicente Christo; Sicut misit me pater, & ego mitto vos. Accipite Spiritum sanctũ, quorum remiseritis peccata. &c. Christus autẽ missus est non solùm vt seruator, sed etiã vt verus in causis peccatorũ iudex: sicut ipse dixit; Pater nõ iudicat quenquã, sed omne iudicium dedit filio. Iudex autem debet, & scelus, & animum, quòad eius fieri possit, cognoscere eius, qui scelus obiuit. Hæc igitur omnia ad Christum pertinent, ac proinde ad Apostolos etiam, & eorũ vicarios, quibus ipse idem suum munus (vt verbis dudum citatis exposuit) mandauit. Quare oportet eos, qui eodem quo Christus munere funguntur, hominum, quorum sunt iudices, animos postquam peccauerint intelligere, vt eos vel flagitijs liberent, vel obstringant. Sed iactat Melancton huius confessionis, quæ secretò apud vnum presbyterũ fit, nunquam veteres auctores mentionẽ feciſſe: quod magno argumento est, nuper ab Innocẽtio excogitatam fuisse. Tantùm veteres auctores meminisse (ait) publicæ cuiusdã cõfessionis, quę fieri in Ecclesia cõsueuit, vt certa prę-scriberetur satisfactio. At erroris & stultitiæ Melãctonẽ arguant testimonijs suis Dionysius, Origenes, Cyprianus, Leo, Augustinus, Hieronymus, locupletes, & clasici auctores. Beatus Dionysius per literas grauiter increpãs ait; Tu verò, vt tuæ literæ indicãt, procidentem sacerdoti impiũ (vt ais) atq; peccatorẽ, nescio quo pacto contra disciplinæ ordinem astans calce abie-

Melancton.

Ioan. 20.

Christus fuit non solũ missus vt seruator sed etiam vt iudex. Ioan. 5.

Melancton.

Veteres auctores confessionis mentionẽ fecisse.

Dionysius.

abieciſti, cùm ille quidem verecũdè, quod oportuit, fatetur ſe ad peccatorum quærenda remedia veniſſe: neq; exhorruiſti inſuper & ſacerdotẽ optimum lacerare conuicijs, miſerabilem eum dicens, qui pœnitẽtem impium iuſtificaſſet. Origenes in Pſalmum. 37. ait; Vide quod nos edocet ſcriptura diuina: quia oportet peccatum nõ celare intrinſecùs. Fortaſsis enim ſicut ij, qui habẽt intùs incluſam eſcam indigeſtam, aut humores, aut flegmata ſtomacho grauiter, & moleſtè eminentia, ſi vomuerint, releuantur: Ita etiam hi, qui peccauerunt: ſiquidem & occultant, & retinent intra ſe peccatum, intrinſecùs vrgentur, & propemodùm ſuffocantur à flegmate, vel humore peccati. Si autem ipſe ſui accuſator fiat, dum accuſat ſemetipſum, & confitetur, ſimul euomit delictum, atque omnem morbi cauſam digerit. Tantummodò circunſpice diligentiùs, cui debeas confiteri peccatũ tuum: proba priùs medicum cui debeas cauſam languoris exponere, qui ſciat infirmari cum infirmante, flere cum flente, qui condolendi, & compatiendi dederit diſciplinam: vt ſi quid ille dixerit, qui ſe priùs eruditum medicum oſtẽderit, & miſericordem, ſi quid conſilij dederit, & facias, & ſequaris. Si intellexerit, & præuiderit talem eſſe languorem tuum, qui in conuentu totius Eccleſiæ exponi debeat, & curari, ex quo fortaſsis & cæteri ædificari poterũt, & tu ipſe facilè ſanari, multa hoc deliberatione, & ſatis perito illius medici conſilio procurandum eſt. Quibus verbis planè diſtinxit Origenes inter publicam, & ſecretam confeſſionem. Et ſanctus martyr Cyprianus de ijs, qui corde tantùm peccauerant, Hi (ait) quàmuis nullo ſacrificij, aut libelli facinore cõſtricti ſunt: quoniã tamẽ de hoc vel cogitauerunt, hoc ipſum apud ſacerdotes Dei dolenter, & ſimpliciter confitentes, exomologeſim conſcientiæ ſuę faciunt, animi ſui pondus exponunt: ſalutarem medicinam, paruis licet, & modicis vulneribus, exquirunt. & paulò pòſt. Confiteantur ſinguli, quæſo vos fratres, delictum ſuum, dum adhuc qui delinquit in ſeculo eſt, dum admitti cõfeſsio eius poteſt, dũ ſatisfactio, & remiſsio facta per ſacerdotes apud Dominum grata eſt. Diuus autem Hieronymus ait explicans verba Chriſti apud Matt. Sacerdos pro officio ſuo cùm peccatorum audierit varietates, ſcit quis ligandus ſit; quiſve ſoluendus: ſicut tempore legis non pronunciabat quis mũdus, quisve immũdus eſſet, niſi inſpecto colore & puſtulis, & multa ſignorum varietate. Diuus autem pater Auguſtinus lib. 20. c. 9. de ciuitate Dei ſic interpretatur illud Ioannis Apoc. 20. Et vidi ſedes, & ſedentes ſuper eas, & iudicium datum eſt. Non hoc (inquit) interpretãdum eſt de vltimo iudicio dici; ſed ſedes præpoſitorum, & ipſi præpoſiti intelligendi ſunt, per quos Eccleſia nunc gubernatur. Et iudicium datum nullum melius accipiendum videtur, quàm id, quod dictum eſt; Quæ ligaueritis in terra, ligata erũt & in cœlo; & quæ ſolueritis in terra, ſoluta erũt & in cœlo. Magnus autem exceſſus, magnum crimẽ aduerſus Dominum committit, qui eum contemnit, & leges præuaricatur, propter quod ipſe offenſus, iuſtam querimoniam habet aduerſus ſeruum ſuum. Si igitur mandatum eſt; Si offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater

Origenes. *Hieronymus* Matt. 16. *Auguſtinus.* *Cyprianus.*

fratertuus habet aliquid aduerſum te, relinque ibi munus tuum, & vade priùs recõciliari fratri tuo: multò magis ſi aduerſus nos aliquid habeat Dominus noſter, propter quod grauiter ſit nobis offenſus, oportet culpam cognoſcere, & ei reconciliari. Leo Pontifex Maximus in epiſtola, quæ eſt ad vniuerſos Campaniæ Epiſcopos, vetans publicam cõfeſsionem fieri, ſubiungit. Sufficit enim illa cõfeſsio, quę primùm Deo offertur; tum etiam ſacerdoti, qui pro delictis pœnitẽtium precator accedit. Tũc enim demum plures, ad pœnitentiam poterunt prouocari, ſi populi auribus non publicetur conſciẽtia confitentis. Multa poſſem aliorum etiam antiquorum auctorum teſtimonia proferre, ſed ex his ſatis apertè intelligitur, non eſſe (vt Melancton ait) nuper inuentam ſed antiquis temporibus religioſè celebratam confeſsionem. Caluinus tamen adhuc idipſum probare conten dit ex hiſtoriæ Tripartitæ lib. 9. c. 35. qua narrat Zozomenus, Nectarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum, Conſtitutum in Conſtantinopoli confitendi ritum ſuſtuliſſe. Quo facto triumphat Caluinus dicés, ſi lata eſſet à Chriſto confitendi lex, nullo modo potuiſſe ab vllo homine abrogari. Sed vt plenè huius rei hiſtoriam ſciamus, Socratem, qui factum idem narrat, conſulamus: ſic enim ſcribit lib. 5. cap. 19. de Theodoſij Senioris, & Sircij Papæ tẽporibus, quibus Nectarius Epiſcopus fuit Conſtantinopolitanus. Viſum eſt eodem tempore, qui pœnitentibus in Eccleſijs deputati fuerant tollere: idq; ob eiuſmodi cauſam. Ex quo tempore Nouatiani ab Eccleſia ſeparati fuerunt, ac receſſerunt, eò quòd cum illis, qui in perſecutione Decij prolapſi fuerant, communicare nollent; Epiſcopi addiderũt Eccleſiarum canoni vtique veteri, & in omnibus Eccleſijs iam obtinenti, presbyterum certum quendam pœnitentibus conſtitutum, vt qui poſt baptiſmum relapſi eſſent, peccatum ſuum coram illo confiterentur. Canon hic etiam in alijs hæreſibus durat: ſoli Homuſiani & illis in fide cõſentientes, Nouatiani presbyterum pœnitentię reiecerunt. Nouatiani quidem, ne initio quidem hanc adiectionem receperunt. Qui verò Eccleſijs iam præſunt, quod diu ſeruauerunt, ſub Nectario Epiſcopo mutârunt occaſione ſceleris in nobilem matronam à Diacono perpetrati. Ex quibus verbis benè perſpicitur, quem morem Nectarius abrogaſſet, non confitendi quidem: nõ enim ita eſſet iniquus, cum pius haberetur: nec cæteri Epiſcopi, ac Pontifex Maximus æquo id animo tuliſſent: ſed id tantùm antiquauit, quod erat quaſi huius diuinæ legis appẽdix, vt omnes chriſtiani certo cuidam presbytero confiterẽtur. Quod erat ab Epiſcopis ſcitum, quòd homines hæreſi Nouatianorũ, qui confeſsionis religionem explodebant, nonnihil infecti remiſſio res erant facti in peccatis confitendis, quàm ſuam mentem facilè celabant, cùm plures eſſent, qui confeſsiones audirent: quiuis enim exiſtimare poterat, ſi non ſibi, alteri tamẽ vnumquemque ſua flagitia aperuiſſe. Ne igitur vllus eſſet tergiuerſandi locus, conſtitutum eſt, vt narrant Zozomenus, & Socrates, vt vnus presbyter omniũ confeſsionibus præeſſet. Tum moris etiam fuit, vt ijdem auctores ſignificant; vt crimina confitentis per Epiſcopum, aut alium in populi concione recitarentur. Vnde ſcelus illud

Leo.

Caluinus.

Zozomenus in hiſtoria Tripartita.

Nectarij Epiſcopi Conſtantinopolitani factum explicatur.

Socrates.

à Do-

à Diacono edito, matrem scilicet familias violâsse, cum magna totius plebis perturbatione auditum fuit. qua ratione Nectarius ductus, noluit vt deinceps vnus tantùm cõfessionibus audiendis præesset, & illam criminum manifestationem fieri vetuit. Quare confitendi religio semper in Ecclesia manfit. *Caluinus.* Chrisostomum prẽterea Caluinus testem appellat multa illius loca citans, quibus detrahere confessioni videtur. *Chrisostomus.* Peccata (Chrysostomus inquit) tua dicito, vt deleas illa. Si confunderis alicui dicere quæ peccasti, dicito quotidie in anima tua. Non dico vt confitearis conseruo tuo, qui exprobret, dicito Deo, qui curat ea. Peccata tua super stratum confitere, vt ibi sua mala quotidie conscientia tua recognoscat. Item. Nunc autem neq; necessarium est præsentibus testibus confiteri, cogitatione tua fiat delictorum exquisitio: fine teste fit hoc iudicium, solus Deus te confitentem videat. Non te in seruorum tuorũ theatrum duco: non hominibus peccata tua detegere cogo: repete coram Deo conscientiam tuam, & explica. Ostende Domino præstantissimo medico tua vulnera, & pete ab eo medicamẽtum: ostende ei, qui nihil opprobret, sed humanissimè curet. Item: caue homini dixeris, ne tibi opprobret: nec enim conseruo est confitendum, qui in publicum proferat, sed Domino, qui tui curam gerit, qui & humanus est, & medicus, ostendes vulnera. Posteaquè Deum loquentem inducit. Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes: mihi soli dic peccatum tuum priuatim, vt sanem vlcus. *Chrisostomus explicatur.* Sed cum Chrisostomus statim fuerit post Nectariũ Constantinopolitanus Episcopus factus, his dictis tantùm populo gratulatur, publicam illam confessionem ante fieri solitam, de medio esse sublatam, & illam quæ à Christo fuit instituta, tantùm esse relictam quę, Deo ferè tãtùm fit, dum sacerdos tam sanctè, & religiosè iubetur flagitia, quæ ex confitente audierit, omnia celare. quę Chrisostomi explicatio satis perspicuè eius verba à Caluino citata declarant: vt illa; Nunc autem nec necessarium est præsentibus testibus cõfiteri, & illa: Non te in seruorum tuorum theatrum duco, non hominibus peccata tua detegere cogo. item illa: Non cogo te in medium prodire theatrum, ac multos adhibere testes. *Caluinus.* Huc accedit, quòd multis in locis Chrisostomus religionem confessionis doceat, vt homilia. 3. in Matt. Confessio (ait) peccatorum est testimonium conscientię timẽtis Deum. Qui enim timet iudicium Dei, peccata sua non erubescit confiteri: qui autem erubescit, non timet: perfectus enim timor soluit omnem timorem. Illic enim turpitudo confessionis aspicitur, vbi futuri iudicij pœna non creditur. Nunquid nescimus quia confessio peccatorum habet pudorem? & quia hoc ipsum erubescere pœna est grauis? Sed ideo magis iubet Deus confiteri peccata nostra, vt verecundiam patiamur pro pœna. Nam & hoc ipsum pars est iudicij. Idem docet homil. 26. in Genesim homil. 19. in. 4. c. Genes. homil etiam. 3. & 33. Sed euertere iam Caluinus, Lutherus, & Melancton conãtur alteram huius capitis partem, quam tractandam suscepimus, cõfessionem grauium omnium delictorum esse necessariam. Nam non est alia (Caluinus ait) peccatorum remissio, quàm semper fuit. *Caluinus.*

Sed

Sed antè ſine vllo voto, aut ſtudio cõfeſsionis peccata remittebantur Ezechiele dicente. Quotieſcunque ingemuerit peccator, omnium iniquitatũ eius non recordabor. his ergo temporibus confeſsio nõ eſt neceſſaria. Sed vt lex ceremoniæ, & religionis ritus mutati ſunt à Chriſto: ſic & expiandorum ſcelerum remedia. Anteanullæ nouæ legis ſacramenta erant hominum ſaluti neceſſaria: quia neque lege vlla iuſſa, nec inuenta erant: modò verò nonnulla neceſſaria eſſe credimus: quia & à Chriſto inſtituta ſunt, & ſeueriſsima lege imperata: in quibus confeſsio, vt probauimus, numeratur. *Caluinus.* At Caluinus ait; Chriſtus Magdalenæ, atq; latroni in cruce pendenti ſine confeſsione ignouit. nõ eſt igitur neceſſaria confeſsio. Perinde quaſi nos opinaremur eum, ex quo ſacramenta pendent, ex ſacramentis vllo pacto pendere. Sed Melancton, & *Melancton. Luterus.* Luterus argumentantur, peccata omnia mortifera non eſſe confitẽda: quoniam omnia numerari non poſſunt. Si vera illa improba eorum ſententia eſſet, omnia ſtudia noſtra eſſe peccata, verum id eſſet fortaſſe. Sed nos graue, mortiferumque ſcelus non ita ſæpè ac facilè obiri exiſtimamus: & vt infinita eſſent peccata, nos ad numerum non ita poſtulamus haberi, vt nullum neque deſit, neque ſuperſit: ſed eo numero ſumus contenti, qui poſt diligentem indagationem conſtet, qui non multa difficultate ſuppetit. At aduerſarij obiectant illam Dauidis ſententiam. Delicta quis intelligit, ab occultis meis munda me. Cui nos ſententiæ libenter aſſentimur, & ob eam rem certiſsimũ peccatorum numerum minimè neceſſarium eſſe ponimus: neceſſariam tamen ſingulorum grauium delictorum confeſsionem ex Chriſti inſtitutione eſſe religioſè credimus. Sed aduerſarij dicunt; ex verbis illis Chriſti, ex quibus nobis hanc ſententiam perſuademus, nimirum; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; tantùm concluditur, Apoſtolos poteſtatem habuiſſe abſoluendi: hoc minimè conſequitur, debere nos ab eis abſolutionem petere. Sicut ſi rex cuidam homini apud eum gratioſo poteſtatem feciſſet immunitates, quibus voluiſſet cõcedendi; ob eam rem haud putaremus, debere omnes ab eo immunitatem petere. At ſatis planè concluditur ex verbis illis. Quorum retinueritis, retenta ſunt. Nam debent omnes homines ſuę ſalutis eſſe ſoliciti, ac peccatorum veniam, quibuſcunque rebus potuerint, procurare. Cùm autẽ nulla (vt Chriſtus auctor eſt) reliqua via ſit, niſi vt flagitijs noſtris confitendis, eis à ſacerdotibus ſolui petamus: debent igitur omnes ex Chriſti inſtituto ſcelera ſua cõfiteri, vt abſoluantur: ſecùs enim eis ſine dubitatione erunt aſtricti, dicente Chriſto; Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt.

Hæreticorum argumẽtum.

Ex quibus verbis Chriſti concludatur neceſſarium eſſe peccata cõfiteri.

Quem peccatorum numerum ad confeſsionem habere ſufficiat

CAP. 22. *Non eſſe abſolutum, niſi qui à ſacerdote abſoluitur.*

DE confeſsione egimus: ſequitur vt de ijs, qui confeſsionem audituri ſint, diſſeramus: quos eiuſmodi futuros eſſe conſtat, qui poteſtatem abſoluendi habeãt. Eò enim confeſsio fit, quò ſceleribus liberemur. Sed nõ bene inter nos, & aduerſarios conuenit: qui nam ſint, qui huiuſmodi

Luteri hæresis.

modi potestatem habeant. Luterus enim ad impiam quandam insaniam adactus, id non dubitat asserere; in sacramento pœnitentiæ, ac remissione culpæ, non plus facit Papa, & Episcopus, quàm infimus sacerdos. Imo vbi non est sacerdos, æquè tantùm quilibet Christianus, etiam si mulier, aut puer esset. Itaq; ex belluæ istius sententia, quilibet Christianus hac prędituς est potestate. At hoc sacramentum est tanquam quoddam in christiana republica iudicium, in quo, qui confessiones audiunt, sunt iudices, qui Dei iudicium peccantibus reddunt. Quæ verò vlla tam barbara respub. fuit, quæ nullos habeat delectos iudices, sed quilibet vel vir, vel puer, vel mulier ius possit vnicuiq; dicere? aut qua ratione magis miscerì, ac perturbari vniuersa respub. posset? aut quis credat id, quod in nulla vel barbara repub. acciditsse vnquam auditũ fuit, in ea vsuvenire quæ tam admirabili, & omnino infinita sapientia constituta est? Præsertim quod illa verba, Quorum remiseritis peccata, &c. Apostolis tantùm à Christo dicta sunt: ad illos igitur, & eorũ successores modò hæc potestas spectat: sicut semper ab eius principijs sancta intellexit Ecclesia. Quis enim vnquam audiuit, aut vidit in ea puerum, aut mulierem hoc sacramentũ administrasse? præsertim quòd Paulus in Ecclesia mulierẽ docere non permittat; nedum iudicem esse, & tam sanctum, ac religiosum iudicium exercere permitteret. Quare hoc totum iudicium ad sacerdotes duntaxat nos putamus esse delatum: quibus & illa verba citata dicta sunt, & quibus illa summa potestas collata est, vt panem, & vinum in Christi corpus, & sanguinem conuertant, & è cœlo quasi delapsum in terris præsentem adesse faciant. Ratio igitur est, vt ij potestatem in corpore mystico Christi habeant, quibus tanta in vero Christi corpore concessa est. Sed non quoslibet sacerdotes hoc iure esse ducimus, sed eos tantummodò, qui vel pastores præterea sunt, quosque aliorum attingit gubernatio, vel qui ab eis hoc iudicium ouibus suis reddendi facultatem acceperunt. Hoc enim ipsa rerum natura postulat, vt ij tantùm ius dicant, qui alijs imperant; vel ij, qui ab imperantibus potestatem habent. Quare summa huius iudicij potestas est apud Pontificem Maximũ, cui sunt Ecclesiæ traditæ claues: ipseque potest aliorum omnium potestatem vel contrahere, vel prorogare. quare potest certa crimina sibi iudicanda reseruare, quibus homines alij sacerdotes liberare non poterunt. Ita de alijs omnibus dico, qui alijs huius exercendi iudicij potestatem faciunt. Quis enim dubitauit vnquam quin possit imperij ius pro sua voluntate diuidere is, qui eius potitur? Quare magna Luteri, & aliorum stultitia est, negantium Pontificem Maximum, & Episcopos, & alios præpositos sibi posse nonnullas causas delictorum cognoscendas relinquere, cùm alijs subditis suis huius faciendi iudicij potestatem dant. Sed hunc errorem alio non minori Luterus cõuellit dicens; eum esse absolutum, qui credit se esse absolutum; licet cõtritus non sit, nec seriò ab vllo absolutus. Vnde sequitur, neminem aliũ, sed seipsum quemuis absoluere. At vel sacerdos absoluens mentitur, vel vera dicit pronũtians, Ego te absoluo: si mentitur; mirabile est, ac prodigij

Pœnitẽtiæ sacramentũ est tãquã quoddam in Christianarepub. iudicium.

Tantũ sacerdotes cõfessiones debẽt audire.

Qui sacerdotes potestatẽ habeant absoluendi.

Apud quem summa sit potestas cõfessiones audiendi.

Papã & Epi scopos posse nonnulla delicta sibi cognoscenda relinquere.

Luteri hæresis.

ſimile, hoc ſacramentum à Chriſto inſtitutum ex mendacijs totum eſſe compoſitum. Sin autem vera dicit: verè igitur abſoluit. aſtrictus igitur erat, atque reus, niſi huius ſententia, re vel voto atque ſtudio petita eſſet liberatus. non igitur tantùm ſua vnuſquiſque fide, ſed etiam à ſacerdote eſt abſolutus. Ac denique hæc hæreſis tangit illam, quam multis libri ſecundi capite primo confutauimus; fidem homini Chriſtiano ad ſalutem adipiſcendam ſufficere: & illam, de qua capitulo decimooctauo huius libri diſſeruimus; fidem eſſe pœnitentiæ partem. quare eiſdem argumentis in hanc poſſumus inuehi, quibus illas duas exagitauimus. Sed argumentatur Caluinus; cùm Apoſtolis eſt data poteſtas ligandi, & abſoluendi, dictum fuit eis; Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis peccata, &c. nemo igitur abſoluere, aut ligare poteſt, niſi Spiritus ſancti virtute imbutus ſit. At ſi Caluinus ſignificet, neminem abſoluere poſſe niſi eam habeat Spiritus ſancti virtutem, quæ verbis illis ſignificatur, facilè patimur. Nam licet quiſpiam ita ſacris ſit initiatus, vt vim obtinuerit conficiẽdi Euchariſtiam, niſi ea præterea poteſtas ei fuerit conceſſa, quæ verbis illis declaratur, Accipite Spiritum ſanctum: quorum remiſeritis, &c. nondum poteſtatem abſoluendi habet. Sin autem Caluinus intelligat neminem hanc habere poteſtatẽ, niſi qui priùs Deo reconciliatus, in gratia cum illo fuerit: id abnegamus, & falſum eſſe contendimus: non enim poteſtas adepta per ordinem, improba vita tollitur. At inſtat petendo Caluinus; vtrùm poſsit Spiritus ſanctus errare? facilis tamen reſponſio eſt; errare nõ poſſe. At errant ſacrificuli paſsim indignos abſoluendo: non igitur Spiritus ſancti aguntur virtute: ac proinde non habent hanc, de qua loquimur, poteſtatem, quæ tota Spiritus ſancti virtute conſtat. At errare poſſunt quatenus homines ſunt, qua ex parte hanc non habent poteſtatem: vt inſtrumenta verò ſunt Spiritus ſancti, qua ex parte hæc illis facultas conceſſa eſt, nunquam errabunt: quia inſtrumentum, in quantum huiuſmodi, nihil agit, niſi princeps agens agat, à quo vim, & virtutem accipit. quare Spiritu ſancto non abſoluente ipſe non abſoluit miniſter. Quocirca ſi ſecundum nefarium, & indignum hominem ſententiã prudens, & ſciẽs ferat, in ſuo iudicio dicens, Ego te abſoluo: peſsimè facit, tantum ſacramentum, & tam ſanctum iudicium violans: nam ſine dubitatione mentitur; non enim talis habetur rata ſententia, & hominis potiùs huiuſmodi actio, quàm tanti inſtrumenti eſt: non enim ea eſt ei data facultas, vt hominem abſoluat indignum. Sin autem imprudens fecerit, nihil erratum eſt: nam ea conditione verba intelligi debent, qua ſibi fuit talis poteſtas collata. id eſt, dum dignus ſit qui abſoluatur; ſic vt ſimiliter Deus, cuius agit virtute, abſoluat. Probat autem Luterus, æquè atque Papam, puerum, & mulierẽ abſoluere: quia nullus ſua, ſed illorum verborum virtute abſoluit. ergo à quocunque proferantur, vera exiſtit abſolutio. Sed eadem ratione Luterus probaret, æquè pſytacum, ac Pontificẽ Maximum abſoluere, atq; adeo Euchariſtiã conficere, ſi verborũ tantùm virtus ſpectanda eſt. Quare non ſolùm verbo-

Caluini argumentum.

Caluinus.

Qua ex parte errare poſſunt ſacerdotes abſoluentes & qua ex parte non.

Quo modo intelligẽda ſint verba miniſtri abſoluentis.

Luterus.

verborum, sed etiam est ministri vis ad verum efficiendum sacramentum necessaria: non enim minùs apto ministro, quàm verbis aptis in sacramentis celebrandis opus est. Sicut enim verba; ita & minister instrumentum est. quare vi aliqua affectus esse debet, vt efficiat sacramentum. At dicit Luterus; vna fides, vnum baptisma (vt Paulus ait) ita & vnum pœnitentiæ sacramentum. Quod quidem nos ita putamus, & religiosè credimus, vbicunque præstitum fuerit pœnitentiæ sacramentum, non esse aliud, quàm illud quod Papa præstat: veruntamẽ non solùm verbis illis conceptis verum sacramentum consistit; sed apto etiã, & idoneo ministro, cuiusmodi nec puer, nec mulier est; sed solus sacerdos subditos aliquos habens. At (ait Luterus) casus, qui Papæ reseruantur, humanis potiùs sunt statutis inuẽti, quàm Euangelico mandato positi. At satis est quod diuino statuto omnis, quæ manat per Ecclesiæ præpositos potestas, è Pontifice Maximo, vt libro primo exposuimus, deriuatur. quare potest ille, quod ij, penes quos summa potestas sit, natura possunt, vt maiorem, vel minorem arbitratu suo alijs distribuant potestatem: & ita queant quos voluerint rerum casus sibi cognoscendos, ac iudicandos reseruare. Sed illam sententiam suam; eum qui absoluitur, oportere se absolutum esse credere: ita confirmat Luterus. Secùs enim (ait) liceret dubitare, vtrùm esset absolutus. Quod nos facilè patimur. fit ergo (Luterus ait) vt sacerdoti coràm dicere possemus Christi nomine absoluenti, mentiris: id negamus. nunquam enim sacerdos, qui pro dignitate munere suo fungitur, mentitur, licet non absoluat. Nam semper eius sententia ea conditione fertur, qua diximus, dummodò dignus sit reus, qui absoluatur, id est, dum animo pio absolui petat, & quem anteactæ vitæ pœniteat, & cui certum sit ad frugem se recipere, & à recta sententia non discedere. Sin verò hoc animo non fuerit qui confitetur, licet non absoluatur; vera tamen est sacerdotis sententia secùs opinantis. Nec hac doctrina Christum mendacem facimus (vt Luterus criminatur) Petro dicentem; Quodcunque solueris super terram, erit solutum & in cœlis. Non enim Christus iudicem iniquum his verbis informare voluit, qui iure vel iniuria posset pro libidine sua quoscunque liberare reos: sed qui ius diceret æquũ, rectumque iudicium redderet: quod si præstiterit, verè quodcunque soluerit super terram, erit solutum & in cœlis. At Christus (Luterus ait) propter fidem Magdalenam absoluit dicens; Fides tua te saluam fecit: & Paralyticum dicens; Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. sola igitur fide absoluitur vnusquisque. At vetera ista argumenta sunt iam pridem à nobis libro secundo explicata: licet enim fidei tantùm illorum absolutio attribuatur; multa etiam alia pietatis officia præstiterunt. Nam de Magdalena dicitur, lachrymis cœpisse rigare pedes Domini: & Christus dixit de illa, Remittuntur ei peccata multa, quoniã dilexit multùm. Ac denique alia argumenta, quæ Luterus affert ad demonstrandum, non propter contritionem, & verum de peccatis dolorẽ, sed propter solam fidem peccatorum absolutionem constare, libri

In sacramentis celebrandis nõ minus apto ministro quam aptis verbis opus est.

Luterus.

Luterus.

E Pontifice maximo omnis Ecclesiæ potestas deriuatur.

Luterus.

Semper vera dicit sacerdos absoluens licet reuera nõ absoluat.

Quo animo cõfiteri oporteat.

Quem iudicẽ Christus informare voluerit dicens quodcunque solueris.

Luterus.

Luc. 7.

Non propter solam fidem Magdalena & alij fuerunt peccatis liberati.

ſecundi capite primo à nobis vnà cum multis alijs declarata, & expoſita ſunt. nihil eſt igitur quod eadem ſæpe reuoluamus. Hanc demum ſententiam noſtram Concilium Tridentinum Seſsione decimaquarta cap. 6. ſic docet.

Concilij Tridentinum.

Circa miniſtrum autem huius ſacramẽti, declarat ſancta Synodus, falſas eſſe, & à veritate Euangelij penitùs alienas doctrinas omnes, quæ ad alios quosvis homines, præter Epiſcopos, & ſacerdotes, clauium miniſterium pernicioſè extendunt, putantes illa verba Domini; Quæcunque alligaueritis ſuper terram, erunt alligata & in cœlo: & quæcunque ſolueritis ſuper terram, erunt ſoluta, & in cœlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta ſunt: ad omnes Chriſti fideles indifferenter, & promiſcuè contra inſtitutionem huius ſacramenti ita fuiſſe dicta, vt quivis poteſtatem habeat remittendi peccata, publica quidem per correctionem, ſi correctus acquieuerit; ſecreta verò per ſpontaneam confeſsionem cuicunque factam. Docet quoque etiam ſacerdotes, qui peccato mortali tenentur, per virtutem Spiritus ſancti in ordinatione collatam, tanquam Chriſti miniſtros, functionem remittendi peccata exercere, eoſque prauè ſentire, qui in malis ſacerdotibus hanc poteſtatem non eſſe cõtendunt. Quamuis autem abſolutio ſacerdotis alieni beneficij ſit diſpenſatio, tamen non eſt ſolùm nudum miniſterium pronuntiandi Euangelium, vel declarandi remiſſa eſſe peccata; ſed ad inſtar actus iudicialis, quo ab ipſo, velut à iudice, ſententia pronuntiatur, atque ideò non debet pœnitens adeo ſibi de ſua ipſius fide blandiri, vt etiam ſi nulla illi adſit contritio, aut ſacerdoti animus ſeriò agendi, & verè abſoluendi, deſit: putet tamen ſe propter ſuam ſolam fidem verè, & coram Deo eſſe abſolutum. Nec enim fides ſine pœnitentia remiſsionem vllam peccatorum præſtaret; neque is eſſet, niſi ſalutis ſuæ negligentiſsimus, qui ſacerdotem ioco ſe abſoluentem cognoſceret, & non alium ſeriò agentem ſedulò requireret. Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud expoſcit, vt ſententia in ſubditos duntaxat feratur: perſuaſum ſemper in Eccleſia Dei fuerit, & veriſsimum eſſe Synodus hæc confirmat, nullius momenti abſolutionem eam eſſe debere, quam ſacerdos in eum profert, in quem ordinariam, aut ſubdelegatam non habet iuriſdictionem. Magnoperè verò ad Chriſtiani populi diſciplinam pertinere ſanctiſsimis Patribus noſtris viſum eſt, vt atrociora quædam, & grauiora crimina non à quibusvis, ſed à ſummis duntaxat ſacerdotibus abſoluerentur. Vnde meritò Pontifices Maximi pro ſuprema poteſtate ſibi in Eccleſia vniuerſa tradita, cauſas aliquas criminum grauiores ſuo potuerunt peculiari iudicio reſeruare. Nec dubitandum eſt, quando omnia, quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt, quin hoc idem Epiſcopis omnibus in ſua cuique diœceſi, in ædificationem tamen, non in deſtructionem, liceat pro illis in ſubditos tradita, ſupra reliquos inferiores ſacerdotes auctoritate, præſertim quò ad illa, quibus excommunicationis cenſura annexa eſt. Hanc autem delictorum reſeruationem, conſonum eſt diuinæ auctoritati, non tantùm in exter-

Cap. 7.

in externa politia, ſed etiam coram Deo vim habere. Veruntamen piè admodùm, ne hac ipſa occaſione aliquis pereat, in eadem Eccleſia Dei cuſtoditum ſemper fuit, vt nulla ſit reſeruatio in articulo mortis: atque ideo omnes ſacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibusvis peccatis, & cenſuris abſoluere poſsint: extra quem articulum ſacerdotes cùm nihil poſſint in caſibus reſeruatis, id vnum pœnitentibus perſuadere nitantur, vt ad ſuperiores, & legitimos iudices pro beneficio abſolutionis accedant. Et Canone nono ſic ait. Siquis dixerit, abſolutionem ſacramentalem ſacerdotis non eſſe actum iudicialem, ſed nudum miniſterium pronunciandi, & declarandi remiſſa eſſe peccata confitenti: modò tantùm credat ſe eſſe abſolutum: aut ſacerdos non ſeriò, ſed ioco abſoluat: aut dixerit, non requiri confeſsionem pœnitentis vt ſacerdos eum abſoluere poſsit, Anathema ſit. Et Canone decimo. Siquis dixerit ſacerdotes, qui in peccato mortali ſunt, poteſtatem ligendi, & abſoluendi non habere: aut non ſolos ſacerdotes eſſe miniſtros abſolutionis, ſed omnibus, & ſingulis Chriſti fidelibus eſſe dictum; Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cœlo: & quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta ſunt: quorum verborum virtute quilibet abſoluere poſsit peccata, publica quidem per correctionem duntaxat, ſi correctus acquieuerit; ſecreta verò per ſpontaneam confeſsionẽ, Anathema ſit. Et Canone vndecimo. Siquis dixerit, Epiſcopos nõ habere ius reſeruandi ſibi caſus, niſi quò ad externam politiam, atq; ideo caſuum reſeruationem non prohibere, quò minùs ſacerdos à reſeruatis verè abſoluat, Anathema ſit.

Can. 9.

Can. 10.

Can. 11.

CAP. 23. *Satisfactionem neceſſariam eſſe.*

SEquitur vt de ſatisfactione, tertia, & vltima pœnitentiæ parte diſſeramus. Quam Luterus, Melancton, Caluinus, & Sarcerius reijciunt, atque contemnunt, & contra religionem eſſe iactant; quòd ſicut culpa omnis per Chriſtum, ita & omne ſupplicium condonetur. quare nihil in quo ſatisfactio verſetur relinquitur. At conſtat ex diuinis oraculis, homines nonnullos venia criminum ſuorum impetrata, pœnas multas propter ſcelera ſua pependiſſe. nõ igitur bene concluditur ex eo, quod omne ſit ſcelus expiatum, vniuerſam etiam pœnam eſſe remiſſam. Quod autem ſacris literis conſignatum eſſe dico, inuenire licet Geneſis. 2. &. 3. capite, quo ea ſcribitur pœna, quæ Adamo eſt propter ſcelus ſuum conſtituta: Quocunque die comederis ex eo fructu, morte morieris. Et in ſudore vultus tui, veſceris pane tuo. Mulieri etiam dixit; Multiplicabo ærumnas tuas, & in dolore paries filios. De illo etiam Adæ peccato Paulus ait; Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. Ignouit tamen Deus Adæ, & ad hanc diem multis eius filijs magnum illud crimen per Chriſtũ ignoſcit: Adã tamẽ & omnes eius ad vnũ filios pœnas illas maximas Adæ cõſtitutas ſoluere videmus. Moyſes etiam veniã populo adorati vituli

Luterus. Melancton. Caluinus. Sarcerius.

Multi crimẽ nis venia impetrata, multas propter illud pœnas pependerũt.

Gen. 2. & 3.

Rom. 5.

Pœnas omnes ſoluimus peccati Adæ licet ei Deus ignouerit.

precibus impetrauit: quam veniam Deo concedente, subiungit ipse; Ego autem in die vltionis visitabo, & hoc peccatum eorum. Dum etiam eodem orante Moyse crimen illud maximũ populo condonaret, quod propter famã, quam exploratores attulerunt, desperârit se terram promissam expugnaturum, Dixit Deus Moysi; Dimisi iuxta verbum tuum: attamen omnes qui viderunt maiestatẽ meã, & signa, quæ feci in AEgypto, non videbunt terram, pro qua iuraui patribus eorum, nec quisquam ex illis, qui detraxit mihi, intuebitur eam. Maria item soror Moysis septem dierum lepra, quòd Moysi verbis detraxit, punita est: & Moyse, & Aaron obsecrãtibus pro ea, Deus licet parce ret ei, respondit; Si pater eius spuisset in faciẽ illius: nonne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? separetur septem diebus extra castra, & postea reuocabitur. Moyse etiam, & Aaron ad aquas contradictionis subdubitãtibus de Dei potentia, Deus ignouit: eam tamen ab eis pœnam sumpsit, ne intrarent in terram, ad quam aspirabant, & in qua tranquillã imperij sui sedem populum collocaturum promiserat. Nathan etiam cùm Dauidẽ increparet, & sceleris argueret in Vriam maximi, Dauid respondit; Peccaui: cui rursus Nathan; Dominus quoque transire fecit peccatũ tuum: non morieris; veruntamen filius, qui natus est tibi morietur. & pœnas omnes præterea, quas ei Deus, vt Nathan nunciauit, comparauerat, ab eo persecutus est. Nam & cædes luctuosas filiorum vidit, vrbeque, & regno propè suo pulsus est, & omnes eius vxores filius eius publicè omni vidente, & irridente populo constuprauit.

Num.14.

Num.22.

Num.20.

2.Reg.12.

Quis igitur nisi prius se impium, & perfidum fateatur, tam apertis sacrosanctæ scripturæ testimonijs resistere, & repugnare audeat, negando vlla opus esse post remissam noxam satisfactione? sed operæpretium est animaduertere, quo pacto se Caluinus tam apertis, & manifestis testimonijs expedire posse putet. Distinguit inter vindictas; vt ipse vocat, & castigationes; vindictas pœnas esse dicit, quas Deus ab inimicis expetit: castigationes verò, quas ab amicis, atq; filijs. Sed quid tandem nostra refert, hæc nominum distinctio, si maneat piorum peccata his pœnis vlcisci? ex quo satis causa nostra probatur. At (inquit ille) castigationes in futurum potiùs, quàm in præteritum tempus respiciunt. id est, non vt multam delictorum Deo boni viri persoluant, sed vt inde ad resipiscentiã proficiãt. At nonne mendacium hoc, & Caluini commentum est, planeque literis sacrosanctis contrarium, quæ multis locis testantur, propter commissa flagitia in pios animaduersum esse viros? Nam primùm dubium non est, quin Adam, & omnes eius filij tot vitæ miserias, & ærumnas propter illud nostræ parentis maleficium perferamus: siquidem Paulus ait; Vnius delicto mors regnauit per vnum, & in omnes homines mors pertransijt in quo omnes peccauerunt. Et Nathan Dauidi dixit verbis Dei; Quare contempsisti verbum Domini vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio, & vxorem illius accepisti in vxorem tibi, & interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quamobrem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternum. ac paulò pòst. Quoniã blasphemare

Rom.1.

2.Reg.12.

mare feciſti inimicos nomen Domini, propter verbum hoc, filius, qui natus eſt tibi, morte morietur. Et Moyſi, & Aaron dixit Deus; Quia nó credidiſtis mihi vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael, non introducetis hos populos in terram, quam dabo eis. & in extremo capite. Pergat (inquit Deus) Aaron ad populos ſuos: non enim intrabit terram, quam dedi filijs Iſrael, eò quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Ex quibus locis apertè colligitur, propter præterita peccata probos homines nonnunquam puniri. Nec ſemper pœnas ab eis, vt reſipiſcant, ſumi, ſicut Caluinus aſſeuerat: abſurdum enim eſſet opinari Aaron vt reſipiſceret, mortuum fuiſſe, cùm poſt mortem nullam reſipiſcentiam eſſe contingat. Iam verò ſi Deus ſanctos viros, tanquam filios caſtigat, rarò vſuenire videmus, vt à patribus filij ſine culpa vapulent: frequèter tamen accidit, vt eos propter commiſſa flagitia flagellent, & ſupplicio addicant. Vt igitur Deus ſe patrem erga bonos viros gerat, non conniuere, ſed maleficia eorum vlciſci debet: quemadmodum ipſe per Dauidem ſe facturum pollicetur dicens; Si autem derelinquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis non ambulauerint: ſi iuſtitias meas profanauerint, & mandata mea non cuſtodierint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in verberibus peccata eorum. Huc etiam accedit, quod Deus non ſolùm piorum virorum pater, ſed etiam iudex eſt. Iudicis autem eſt non futura, ſed edita iam maleficia vindicare: Sicut Iob dixit; Deus inultum abire non patitur. Illud etiam abſurdũ eſſe videtur opinari, tantis ſupplicijs, tam acerbis exẽplis Deum futura ne admittant ur maleficia cauere, & admiſſa prorſus negligere, & inulta abire pati. Quare pueriliter ab iſto Sycophanta tantis, tamq; anilibus ineptijs eludimur. Quamobrem aliter tam graue totius ſacroſanctæ ſcripturæ teſtimonium Melancton eludere conatur dicens: has pœnas, quas hæc, & alia loca à ſanctis viris Deum petijſſe commemorant, non ad futurum, ſed ad præſens ſeculum pertinere, quo Deus nõnunquam bonos propter peccata punit. Sed cur non etiam, ad futuram vitam pertineant, cùm iſtiuſmodi ſupplicia potiùs, quàm quæ hoc ſeculo irrogaturi ſint flagitijs, & ſceleribus conſtituta? Nam huius ſeculi mala plures iniqui effugiũt; futuri verò ſeculi nullus vnquam flagitioſus homo vitauit. Si ergo aliqua pœna ſoluenda reliqua eſt, poſt crimen condonatum; veriſimiliùs eſt potiùs illo, quàm hoc ſeculo manere. Sed capite ſequenti hoc longiùs perſequemur, quo de Purgatorio diſputabimus. Nunc verò ſaltem ex eo, quod dat Melãcton, addici ſolere ſupplicio eum, cui Deus ignouit maleficium, & in ſuam gratiam recepit, ſatis conuincitur, homines vel venia peccati impetrata debere ſatisfactioni ſtudere, vel Deum precando, vel pauperibus opitulãdo, vel ſeipſos aliquo cruciatu conſtringendo, quo Dei à ſe vltionem deprecentur. Sic Daniel Nabuchodonoſor prę dicens Dei impẽdentem iram conſuluit dicens; Quamobrem rex, conſilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordijs pauperum, forſitam ignoſcet Deus delictis tuis. Seipſum verò vlciſcendo Achab Dei ſupplicium, quod ei nuntiauerat Elias effugit:

Num.20.

Caluinus.

Pſal.88.

Deus non ſolum pater ſed etiam iudex piorum virorum eſt.

Iob.24.

Melancton.

Futuri potiùs quàm præſentis ſeculi flagitia ſceleribus ſunt conſtituta.

Debere homines vel venia peccati impetrata ſatisfactioni ſtudere.

Dan.4.

3.Reg.21.

fugit : ita enim liber Regum tertius narrat. Itaque cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit veſtimenta ſua, & operuit cilicio carnem ſuam, ieiunauitque, & dormiuit in ſacco, & ambulauit demiſſo capite. Et factus eſt ſermo Domini ad Eliam Thesbitem dicens ; Nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa, non inducam malum in diebus eius. Hac etiam ratione Niniuitæ ab vrbe ſua excidium ſunt
4. Reg. 20. deprecati. Precibus etiam Ezechias vitæ ſuæ tẽpus prorogauit. Quare dubium non eſt, quin ſatisfactio ſit ei, qui maleficiũ edidit, neceſſaria. quod
Concilium Tridentinum. ſic Concilium Tridentinum definit Seſsione. 14. c. 8. Demum quòad Satisfactionem, quæ ex omnibus pœnitentiæ partibus, quemadmodum à Patribus noſtris chriſtiano populo fuit perpetuo tempore commendata; ita vna maximè noſtra ætate ſummo pietatis prætextu impugnatur ab ijs, qui ſpeciem pietatis habent, virtutem autem eius abnegârunt. Sancta Synodus declarat, falſum omnino eſſe, & à verbo Dei alienum, culpam à Domino nunquam remitti, quin vniuerſa etiam pœna condonetur. Perſpicua enim, & illuſtria in ſacris literis exempla reperiuntur, quibus præter diuinã traditionem hic error quàm manifeſtiſsimè reuincitur. Sanè & diuinæ iuſtitiæ ratio exigere videtur, vt aliter ab eo in gratiam recipiantur, qui ante baptiſmum per ignorantiam deliquerint; aliter verò qui ſemel à peccati, & Dæmonis ſeruitute liberati, & accepto Spiritus ſancti dono, ſcienter templum Dei violare, & Spiritum ſanctum contriſtare non formidauerint. Et diuinam clementiam decet, ne ita nobis abſque vlla ſatisfactione peccata remittantur, vt occaſione accepta peccata leuiora putantes, velut iniurij, & contumelioſi Spiritui ſancto in grauiora labamur, theſaurizantes nobis iram in die iræ. Proculdubio enim magnoperè à peccato reuocant, & quaſi freno quodam coercent hæ ſatisfactoriæ pœnæ, cautioreſque, & vigilantiores in futurum pœnitentes efficiunt : medentur quoque peccatorum reliquijs, & vitioſos habitus malè viuendo comparatos, contrarijs virtutum actionibus tollunt. Nec verò ſecurior vlla via in Eccleſia Dei vnquam exiſtimata fuit ad amouendam imminẽtem à Domino pœnam, quàm vt hæc pœnitentiæ opera homines cum vero animi dolore frequentent. Accedit ad hæc, quod dum ſatisfaciendo patimur pro peccatis, Chriſto Ieſu, qui pro peccatis noſtris ſatisfecit, ex quo omnis noſtra ſufficientia eſt, conformes efficimur : certiſsimam quoque inde arrham habentes, quod ſi compatimur, & conglorificabimur. Nec verò ita noſtra eſt ſatisfactio hæc; quam pro peccatis noſtris exoluimus, vt non ſit per Chriſtum Ieſum. Nam qui ex nobis, tanquam ex nobis, nihil poſſumus, eo cooperante, qui nos confortat, omnia poſſumus. Ita non habet homo vnde glorietur, ſed omnis gloriatio noſtra in Chriſto eſt : in quo viuimus, in quo mouemur, in qua ſatsfacimus ; facientes fructus dignos pœnitentiæ : qui ex illo vim habent, ab illo offeruntur Patri, & per illum acceptantur à Patre. Debent ergo ſacerdotes Domini, quantùm Spiritus, & prudentia ſuggeſſerit, pro qualitate criminum, & pœnitentium facultate ſalutares, & con-

conuenientes satisfactiones iniungere: ne, si fortè peccatis conniueant, & indulgentiùs cum pœnitentibus agant, leuissima quædam opera pro grauissimis delictis iniungendo, alienorum peccatorum participes efficiantur. Habeant autem præ oculis, vt satisfactio, quam imponant, non sit tantùm ad nouæ vitæ custodiam, & infirmitatis medicamentũ, sed etiam ad præteritorum peccatorum vindictam, & castigationem. Nam claues sacerdotum non ad soluendum duntaxat, sed & ad ligandum concessas etiam antiqui Patres & credunt, & docent. Nec propterea existimârunt, sacramentum pœnitẽtiæ esse forum iræ, vel pœnarũ, sicut nemo vnquam Catholicus sensit, ex huiusmodi nostris satisfactionibus vim meriti, & satisfactionis Dñi nostri Iesu Christi vel obscurari, vel aliqua ex parte imminui. Quod dum nouatores intelligere volunt, ita optimam pœnitentiam nouam vitam esse docẽt, vt omnem satisfactionis vim, & vsum tollant. Docet præterea, tantam esse diuinæ munificentiæ largitatem, vt non solùm pœnis sponte à nobis pro indicando peccato susceptis, aut sacerdotis arbitrio pro mẽsura delicti impositis, sed etiam, quod maximum amoris argumentum est, temporalibus flagellis à Deo inflictis, & à nobis patienter toleratis, apud Deum Patrem per Christum Iesum satisfacere valeamus. Et in can. 12. secus opinãtes Anathemate multat: Si quis dixerit (ait) totam pœnam simul cum culpa remitti semper à Deo, satisfactionemque pœnitentiũ non esse aliam, quam fidem, qua apprehendunt Christum pro eis satisfeciſſe, Anathema sit. Si quis dixerit, pro peccatis, quò ad pœnam temporalem, minimè Deo per Christi merita satisfieri pœnis ab eo inflictis, & patienter toleratis, vel à sacerdote iniunctis, sed nec sponte susceptis, vt ieiunijs, orationibus, eleemosynis, vel alijs etiam pietatis operibus, atque ideo optimam pœnitentiam esse tantùm nouam vitam, Anathema sit. Si quis dixerit satisfactiones, quibus pœnitentes per Christum Iesum peccata redimunt, non esse cultus Dei, sed traditiones hominum, doctrinam de gratia, & verum Dei cultum, atque ipsum beneficium mortis Christi obscurantes, Anathema sit. Si quis dixerit, claues Ecclesiæ esse datas ad soluendum, non etiam ad ligãdum, & propterea sacerdotes dum imponunt pœnas confitentibus, agere contra finem clauium, & contra institutionem Christi, & fictionem esse, quod virtute clauium sublata pœna æterna, pœna temporalis plerumque exoluenda remaneat, Anathema sit. Sed nobis aduersarij obijciunt huius de satisfactione doctrinæ nouitatem, quòd nec apud vniuersa Dei oracula, nec apud veteres Doctores satisfactionis nomen reperiatur. Nomina tamen nihil curamus; non enim de nominibus, sed de rebus nobis disputatio est. Rei autem, quam hoc nomine declaramus, mentio sæpè in scriptura fit. Nam satisfactionem vocamus officium Deo præstitum ad eius in nos iram mitigandam, & nostris sceleribus comparata supplicia leuanda, aut omnino effugienda. Huius autem rei quis non vidit frequenter sacram scripturã meminisse? Hac enim de causa Noe simul atque ex arca egressus est, Deo fecit sacrificium, vt ex verbis constat, quæ Deus facto sacrificio dixisse sacra scriptura narrat;

Cap. 9.

Can. 12.

Can. 13.

Can. 14.

Can. 15.

Nõ noua sed antiqua est de satisfactione doctrina

Quid sit satisfactio.

Gen. 8.

Odo-

Frequenter ſcriptura ſacra ſatisfactionis mẽtionem facit.

Odoratus(ait) eſt Dominus odorem ſuauitatis, & ait; Nequaquam vltrà maledicam terræ propter homines. Nonne etiam id apertè ſignificant illa verba, quæ Angelus Abimelech dixit, quòd vxorẽ Abrahæ abſtuliſſet? Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te, quia Propheta eſt, & viues. & poſtea ſubijcitur. Orante autem Abraham ſanauit Deus Abimelech, & vxorem, ancillaſq; eius. Quid ſacrificia pro peccato, hoſtiæ pro delicto? quid tot ſanguinis effuſiones, quid ſuffita tanta ceremonia lege veteri inſtituta volunt? quid ſignificãt? niſi vt per ea Deo ſatisfacere, & pœnas ſceleribus ſuis comparatas vt homines declinare, & effugere poſſent: & hac de cauſa ponere manus ſuper hoſtiã ſacrificans iubebatur, vt iſtiuſmodi ceremonia profiteretur, ſe mortẽ dignum eſſe, vt illa hoſtia & morti addicebatur, & interitum ſuũ in illius cædem expiare. Quid ſpectabat? quò pertinebat? quòd altaris cornua ſanguine victimæ inficerentur; quòd reliquus ſanguis ſecundum altaris baſim funderetur; quòd ſepties ſanguinem digito in conſpectu, è regionẽque aſpergeret propitiatorij; quòd ſuffitum poneret ſuper ignem. Num id non explicatur Leuitici. 16. capite his verbis. Vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur. mortem igitur ſuam cum ijs rebus commutabat. quare mentio multa in ſacra ſcriptura ſatisfactionis fit. Quid? vtrùm illa ſatisfactio non eſt Dauidis, cùm ad peſtem à regno ſuo deprecãdam, ædificauit, vt eſt in ſecundo libro Regum, altare domino in arca Areuna, & obtulit holocauſta & pacifica? Et propitiatus eſt Dominus terræ, & cohibita eſt plaga ab Iſrael. De ſatisfactione loquitur etiam Paulus dicens; Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles, & dormiunt multi. Quod ſi noſmetipſos dijudicaremus, non vtique dijudicaremur. Id eſt, ſi nos ſceleranoſtra vlciſceremur, ea Deus non vindicaret. De ſatisfactione locutus etiã fuit Daniel Regi conſilium dans, vt peccata ſua eleemoſynis expiaret. poſſem denique alia multæ ſacroſanctæ ſcripturæ loca proferre, quibus apertè de ſatisfactione agitur: hęc tamen ſatis aduerſarios vel ſtultitiæ, vel perfidiæ arguunt. quare reliquis ſuper ſedebo. Quod verò dicunt, nihil veteres, & bonos auctores de ſatisfactione fuiſſe locutos: argumento eſt horum libros leuiter attigiſſe, & in perfidorum hominum ſcriptis tantùm eſſe volutatos. Veruntamẽ quoniam queritur Luterus à nobis ſanctorum virorum, teſtimonijs eorum citandis, verba præcidi, vt eorum dicta ad noſtram accõmodemus ſententiam, eorum non proferam verba, ſed ad certa loca aduerſarios allegabo, quibus ſanctorum de hac re teſtimonia, quanta voluerint integritate legentes, apertè nobiſcum ſentire videant. Legant Auguſtinum lib. de vera & falſa pœnitentia, præſertim. c. 15. Hieronymum in Malachiam. cap. 4. Ambroſium in epiſtola ad quandam corruptam. Gregorium homil. 34. in Euang. Anſelmus ſatisfactionem definit, eſſe dicens recompenſationem offenſæ cõmiſſæ ad æqualitatem iuſtitiæ. Legant Caſsianum coll. 23. c. 15. Chriſoſtomum homilia. 10. in Matt. & homilia. 14. de pœnit. Origenem homilia. 8. in Leuit. Cyrillum etiam de verbis illis differentem, quibus iubetur

Gen. 20.

Quare qui ſacrificabat ponebat manũ ſuper hoſtiã.

Leu. 16.

2. Reg. 24.

1. Cor. 11.

Dan. 4.

Auctores ſancti ſatisfactionis mentionem faciunt.

Auguſtinus.

Hieronymus.

Ambroſius.

Gregorius.

Caſsianus.

Chriſoſtomus.

Origenes.

betur, vt leprosi se præsentent sacerdoti. Idem persequitur Leo epistola 89. & Theophilactus exponens illud Pauli Rom. 6. Sicut exhibuistis membra vestra. &c. & Isichius libro. 4. in Leuiticũ de lepra verba faciẽs. Quod si tantus, tantorum, & tam antiquorum virorum consensus hanc doctrinam tradit, & persuadere conatur, firmissimo argumento vnicuique esse debet, certissimam, verissimam, & prorsus religiosam esse. Quare intelligent boni viri, aduersariorum telum, quo causam nostram labefactare conabantur, magna vi in eosdem esse conuersum. Sed huic doctrinæ Caluinus obijcit, quòd peccata (vt Paulus, & religio docent) remittantur gratis. quod ille ita intelligi vult, remittuntur, quod nomen nulla solutione expungitur, gratis vt omnis satisfactio tollatur. Sed hanc nos interpretationem reijcimus, & impiam esse ducimus: sed gratis nobis remitti peccata credimus, quòd nullis omnino meritis nostris in Dei gratiam per Christum reducimur, quò ipse benignitatem, & clementiam suam erga nos satis abundè declarat. Quod autem noxa remissa, nonnullas vel in hac, vel in futura vita repetat pœnas, iudicem se esse significat, qui pati nõ debet inulta abire peccata. Patrem etiam esse præse gerit, dum flagellis filios coercet, & à maleficijs auocat, ad odiumque impietatis informat. Ex quo intelliguntur loca illa, quæ satis imperitè in nos Caluinus citat. Ego sum, ego sum, qui deleo iniquitates tuas propter me, & peccatorum tuorum nõ ero memor. item illud. Huic omnes Prophetæ testimonium perhibẽt, remissionem peccatorum nos accipere per ipsum. item illud Pauli:

Leo.
Theophilactus.
Isichius.
Caluinus.
Quid sit gratis peccata remitti.
Cur remissa noxa nonnullas Deus pœnas repetat.
Esa. 43.
Act. 10.
2. Cor. 5.

Deus erat mundum sibi in Christo reconcilians, non imputans propter ipsum hominibus delicta. Ex quibus locis ita colligit argumẽtum Caluinus: si propter Christum remittuntur peccata, nõ igitur propter istas, quas nos vocamus satisfactiones. Sed sicut inepte cõcluderetur, propter Christum remittuntur peccata. ergo non propter sacramenta: quoniam sacramenta vi, ac virtute Christi ignoscunt: sic ridicula est illa Caluini ratiotinatio. Nam satisfactiones hæ non sua tantùm vi scelera expiant, sed vi Christi: partim, quòd sint sacramenti pars, si à sacerdote prescribãtur: partim, quòd ab homine in Dei amicitiam recepto exhibeantur. Vbi enim est amicitia homini cum Deo, ibi eluceat Christi virtus necesse est, sine qua tantam societatem nemo coire potest. Quare satisfactione nostra Deũ propter Christum placamus. Idcirco semper ex sententia nostra, illa constant, quibus nos repugnare Caluinus clamat: si quis peccauerit, habemus aduocatũ apud Patrem, Iesum Christum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris. Scribo vobis filioli, quia remittuntur vobis peccata propter nomen eius. & illud. Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Sed argumẽtãtur aduersarij; Christus & culpam nostram præstitit, & omnium flagitiorum nostrorũ pœnas pependit, dicẽte Esaia; Verè languores nostros ipse tulit, & dolores nostros ipse portauit, & posuit Dominus in eo iniquitatẽ omniũ nostrũm. At tanta Christi satisfactio non temerè dissipatur, sed magno Dei consilio dispẽsatur; sic vt remissiores in prætermittendis sceleribus non reddamur, sed diligentiores in officio simus. Oportet igitur primũ tantæ

Caluinus.
Caluinus.
1. Ioan. 2.
Ioan. 1.
Hæreticorum argumẽtum.
Esa. 53.
Quid nobis opus sit vt Christus languores nostros portet.

tantæ ſatisfactionis participes nos eſſe, & iniquitates noſtras in Chriſto
Eſa.53. (vt ait Propheta) ponere, & languores noſtros ipſum ferre, & dolores noſtros ipſum portare. Non ponuntur autem, non feruntur, non portantur, niſi nõnihil crucis eius nos etiam feramus. Nam & hoc officium à nobis ipſe poſtulat, quò animo grato erga eũ eſſe ſignificemus, plurimiq́ue tantum beneficium facere, ſi & ipſi ſatisfacere non dubitemus. Quemadmodum enim (vt iam expoſuimus) flagitiorũ noſtrorum veniam Chriſtus non impetrat, niſi nos in noſtris delictis doleamus, vt ipſe doluit; ipſum diligamus, vt ipſe prior dilexit nos: ita voluit vt nos etiam ſatisfaciamus, ſicut
Rom.8. & ipſe ſatisfecit. Sic enim Paulus docet Romanis ſcribens; Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui, vt ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Debemus igitur ſatisfactionibus, & doloribus noſtris eum ſatisfacientem, & pro nobis dolentem imitari. Decens etiam, & conſentaneum erat, vt aliquid pœnæ noſtris officijs reſtaret ſoluẽdum, quò vires ſuas magnas gratia reſtituta expromeret. Tum vt animam in rebus optimis exerceremus, quæ vitioſis ante cupiditatibus vacauerat, quẽ-
Rom.6. admodum Paulus Romanos docet dicens; Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem. Obiectat etiam Caluinus
Eze.18. illud Ezechielis; Si iuſtus à iuſtitia deflexerit, omnium iuſtitiarum eius nõ recordabor: ſi impius ab impietate ſua receſſerit, omnium iniquitatum eius non recordabor. Ex quo loco ſic
Caluini argumentum. argumentatur Caluinus: Deus his verbis iuſtum, & iniuſtum æquiparat, ſi vterque fuerit mutatus: igitur ſicut iuſto ab officio deſciſcẽti nihil eſt præmij tribuẽdum; ita & iniuſtus ad frugem rediens, nullo eſt ſupplicio conſtringendus. Verùm non rectè argumentatur Caluinus, cùm pietatem, & impietatem in ea re comparat, in qua valdè inter ſe diſtant. Nam quo pacto iniuſtus poteſt præmiũ priſtinorum ſuorũ meritorũ accipere; cùm huiuſmodi præmium amicitiam Dei includat, cui ipſe inimicus eſt? amicitia verò cum Deo ſua natura non exigit, vt is, cum quo ſit, nulla pœna afficiatur: imo nonnunquam poſtulat, vt ſupplicio coerceatur. Nam magna ſæpè amoris vis amicum cogit, vt ſuum increpet amicum; patrem, vt filium puniat. Quare ridicula eſt Caluini comparatio. At (inquit ille) quid eſt peccatorum non recordari, niſi peccata ad pœnam non poſtulari? quod & alibi (ait ille) dicitur, proijcere poſt tergum, delere inſtar nubis, & demergere in profundum maris. Sed hanc nos expoſitionem reijcimus, ſi Caluinus intelligat ad nullam omnino pœnam poſtulari: ſin autem intelligat non eis pœnis ſcelera eius vindicaturũ Deũ, quæ ſunt impijs comparatæ, facilè patimur, ſed quibus amici cohiberi ſolent. Verùm enimuerò non recordari ſcelerum, eſt non animo alieno, & immutato erga eum propter commiſſa ſcelera eſſe: illud autem delere inſtar nubis, demergere in profundum maris; poteſt optimè ad baptiſma referri, cuius aquis nõ ſolùm culpa, verùm etiam omnis pœna condonatur. Eſt enim baptiſma quaſi quidam chriſtiani hominis ortus: ſicut Chriſtus dixit; Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu ſancto. Ex philoſophorum autem

Argumentũ ex contrarijs petitũ circa pietatem, & impietatem, in qua renõ valeat.

Caluinus.

Eſa. 38 44.

Mich.7.

Quid ſit Deũ ſcelerum non recordari.

Cur baptiſma te omnis peccati pœna cõdonetur.

Cur à nobis ſatisfactio remiſſa culpa poſtuletur.

autem sententia, ortui semper respõdet interitus. Quare occidit omnino peccatum, & hac de causa nihil manet, quod ad id attineat; sic fit vt omnis pœna tollatur, quæ à peccato profecta est. Sic enim Paulus de baptisma te loquitur: Si mortui sumus peccato, quomodo adhuc viuemus in illo? An ignoratis fratres, quia quicunque baptizatis sumus, in Christo Iesu in morte ipsius baptizati sumus: consepulti enim sumus cum illo per baptismum in mortem, vt quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam patris; ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Si enim complantati facti sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. hoc scientes, quia vetus homo noster simul crucifixus est, vt destruatur corpus peccati, vt vltrà non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. In pœnitentia verò quædam quasi morbi sanatio posita est: cùm verò morbus depulsus est, non ita valetudo semper confirmata manet, vt nullę veteris morbi significationes relinquantur, quæ salubri, & moderato cultu, atque victu paulatim curantur. Sic reconciliata per pœnitentiam gratia, & bona mentis valetudine restituta, satisfactione, ac pœnitentiæ fructu, vt Ioannes apud Matthæũ monet, confirmanda est. Sed dicit Melancton; dum satisfactiones nos precando, ieiunando, & parco, ac tenui vitæ cultu præcipimus, pugnare cum illo præcepto videri; Non occides. item, Habete honorem corpori, &c. Vult Deus (ait) vt mirificam omnium partium, ac sensuum naturam Dei imaginem habere, ac continere cognoscamus: ideo diligenter seruari, & tractari vult hominum naturam. At cùm huiusmodi argumentis de re tanta Melancton differit, nonne apertè ludificari, vel potiùs apud Rhetorem quendam veterem declamare, quàm de re grauissima cum Ecclesia tota disputare videtur? Eadem fortè oratione parẽtibus Melancton persuadebit, ne in liberos suos peccantes, acerbi sint: quoniam Dei imaginem gerunt, quæ honorificè tractanda est. Cui nos illud Sapientis dictum opponamus; Noli subtrahere à puero disciplinam. Si enim percusseris eum virga, non morietur. Tu virga percuties eum: & animam eius de inferno liberabis. Ita cùm Ecclesia de satisfactione præcepta dat, non præcipit, vt nobis manus afferamus, sed vt asperiore vitæ cultu, aut alia ratione commissa scelera nostra vindicemus, sicut patres filiorum suorum delicta vlcisci solẽt: quò grauiores pœnas nobis à Deo comparatas effugiamus, ac nos in officio tenentes, maleficio submoueamur. Sed vrget Melancton dicens; Christus cùm Apostolis dixit; Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis: perfectam eis potestatem tribuit, & culpa, & omni supplicio liberandi: si crimine igitur omni soluũt, cur etiã nõ omni pœna liberent? Verùm cũ Apostoli, & cæteri huius sacramẽti ministri nihil sua vi agant, sed tantùm instrumẽta sint primi agentis, id est, Dei virtute absoluentes: ob eam rẽ suæ sentẽtiæ vis cùm absoluunt, Dei voluntate põderãda est, qui noluit vt per hoc sacramentũ omnis pœna, quemadmodũ per baptismũ cõdonaretur. quod sapiẽtissimo cõsilio ob prædictas causas cõtẽdimus esse factũ. At Christus (dicũt) Magdalenã, mulierem adulte-

Rom. 6.

Cur pœnitentiæ sacramento non condonetur omnis pœna.

Mat. 3.

Melanctonis ridiculum argumentum.

Prou. 23.

Melancton.

ram, latronẽ absoluẽs, nullas eis satisfactiones præscripsit. Sed millies hoc ridiculum argumentũ repetitum est, quo ex eo, quod longè maiori virtute præstitum est, concluditur quid minor longè virtus possit efficere. Est enim multò maior virtus Dei, atque potestas, quàm ministrorum omnium, & instrumentorum suorum. Quare meritò ministri huius sacramenti, licet peccatis omnibus absoluant, satisfactionis onus imponunt.

CAP. 24. *Purgatorium esse.*

DE satisfactione hac vita reddẽda ab eis, quos verè sceleris pœniteat, egimus. nunc de illa, quam futura vita præstare necesse est, id est, de Purgatorio differamus. Quod Luterus, & eius discipuli ita esse concedunt, vt secùs existimare contra religionem non sit. Nam ex nullo (ait ille) sacræ scripturæ loco esse, necessaria argumentatione colligi potest. In hoc errore primùm Vualdẽses, & Armenij, & nonnulli Græci versati sunt, Purgatorium esse abnegantes. Veruntamen quantus hic error sit, satis planum fit ex doctrina superiori capite à nobis demonstrata. Nam si pœnæ, atque supplicia nonnulla, condonata culpa restare solent; cùm possit contingere, vt in hac vita, vel morte citiùs occupante, vel negligentiùs homine se gerente, non persoluãtur; aliquem futura vita locum esse oportet, quo pœnæ hæ necessariò soluendæ repetantur. Nam in vita beata nullus dolor, nulla miseria, & animi anxietas esse potest. Infernus autem eos tantùm, qui perpetuis temporibus excruciandi sunt, asseruat. Alius igitur locus dandus est, quo certo tempore animæ dẽtur in cruciatum: quod nos purgatoriũ apellamus. Accedit etiã illa causa, quòd sunt leuia quædam peccata (vt libro superiori probaui) quæ venialia vocamus, quæ diuinam amicitiam non exulcerant: si quispiã igitur è vita discedens, huiusmodi aliquo peccato teneatur; vt frequenter vel hominibus sanctis vsu venit: in quem ille locum recipietur? non in cœlum: nam nihil eò cõtaminatum, nihil vel minima labe infectum introibit: sicut Ioannes in Apocalypsi dicit; Nõ intrabit in eam aliquid coinquinatum. Paulus etiam ait; Christus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea, vt illam sanctificaret, mundãs eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiusmodi: non igitur patebit ad cœlum aditus ei, qui fuerit ijs leuibus delictis infectus. In infernum autem conijci non debet: quippe qui Dei gratiam, & beneuolentiam teneat. Est igitur post mortem locus alius ab his distinctus, quo homines huiusmodi in custodijs tenentur, quòusque eorum labes abstergantur, & idonei reddantur, qui in beatorum numero ponantur. De quo loco Malachias loqui videtur dicens; Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare diẽ aduentus eius? & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis conflans, & quasi herba fullonũ. Et sedebit conflans, & emundans argẽtum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurum, & quasi argentum, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Cùm igitur in hac vita non ita perfectè purgentur semper filij Leui, id est,

Luterus.

Vualdenses. *Armenij.*

Nihil inquinatum introibit. Apo. 21. Ephe. 5.

Mal. 3.

ui, id est, filij Christi: alium esse locũ oportet, quo id muneris expleatur. 1.Cor.3. Quem Paulus apertè tangit dicens; Si quis autem superædificat supra fundamentum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam; vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit: quia in igne reuelabitur, & vniuscuiusque opus quale sit probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit, mercedẽ accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Quo alio loco ardere potest opus, de quo hic loquitur Paulus, quàm in purgatorio? siquidem minimè in inferno potest: non enim in illud conueniret, quod Paulus subiungit; Detrimentum patietur, ipse autẽ saluus erit: sic tamẽ quasi per ignem. *Luterus.* Sed dicit Luterus, hunc ignem, de quo hic Paulus scribit, non vllius purgatorij esse, sed ignem esse tribulationis, & anxietatis, quo viri sancti in hoc æuo conflictantur. Sed huiusmodi explicationem ipse locus duabus sui partibus respuit, cùm dicit; Dies domini declarabit: quia in igne reuelabitur. Dies autem Domini nunquam in scriptura dicitur tempus, quo sancti in miserijs, & ærumnis versantur: sed potiùs cùm reddet vnicuique iudicium anteactæ vitæ. Et in *Augustinus.* hanc sententiam locum hunc Augustinus Enchiridio ad Laurentium; & sermone quarto de commemoratio *Hieronymus.* ne animarum interpretatur. Hieronymus extremo decimooctauo libro commentariorum in Esaiã. *Origenes.* *Gregorius.* Origenes homilia sexta in Exodum. Gregorius lib. 4. dialogorũ. c. trigesimo *Ambrosius.* *Chrisostomus* *Theophilactus.* nono. Ambrosius, & Chrisostomus, & Theophilactus in eũdem Pauli locum. Id etiam apertissimè demõstratur ex eo, quod lib. 2. Machabęorũ. c. 12. de Iuda sancto viro dicitur; Facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymã offerri pro peccatis mortuorũ sacrificiũ, bene, & religiosè de resurrectione cogitans. & paucis interiectis cõcluditur; Sancta ergo, & salubris est cogitatio pro defunctis exorare, vt à peccatis exoluantur. Si defuncti peccatis exoluuntur, nõ in cœlo: nam nihil illuc ingredi potest, quod noxa vlla teneatur: nec in inferno, vbi perpetuæ cum Deo simultates geruntur. necesse igitur est purgatoriũ ponere. Qui locus *Luterus.* tãta vi Luterũ euertit, vt quò se cõuertat nescies, abneget Machabęorum libros in sacrosanctis esse cõnumerandos. Sed hoc eum loco pellit Cõciliũ *Concilium Tridentinum.* Tridentinũ hos duos Machabæorũ libros in numero sacrorũ ponẽs. Hãc *Mat.12.* etiã doctrinam confirmat illa Christi sentẽtia; Qui dixerit verbũ cõtra Spiritũ sanctũ; non remittetur ei nec in hoc seculo, nec in futuro. Cõtigit igitur in futuro seculo aliquã remissionẽ fieri: alioqui frustrà Christus addederet illud, in futuro. Hæc verò remissio vsu minimè venire potest ei, qui in cœlo sit, vbi nihil est quod cõdonetur; nec ei, qui inferno, vbi nihil condonatur. Oportet igitur alium præterea locum esse, in quo delictorum venia impetretur. Quẽ etiã significãt il- *Mat.12.* la eiusdẽ capitis Christi verba; Dico autem vobis, quoniam omne verbũ otiosum, quod locuti fuerint homines, reddẽt rationem de eo in die iudicij. Hoc iudiciũ nemo dubitat, quin post mortem exerceatur. Si reddita igitur tum otiosi verbi ratione, huius criminis leuissimi cõuincatur aliquis, vbi eius pœnas luet? nõ apud inferos. *2.Mach. 12.*

Nam in huiusmodi ergastulo, qui semel conditus fuerit, nũquam emittetur. tam leuem autem ob culpã in perpetuum agi cruciatum non est credibile. Aliquis igitur carcer est, in quẽ deductus post mortem quis, rursus possit emitti. Sed dicit Luterus, Ecclesiam Græcam secùs existimâsse: quare non cogit (vt ipse dicit) religio vt id credamus. Sed testes nos locupletes producemus Ecclesiæ Græcę, qui hãc nostram doctrinam pro testimonio dicãt. Dionysius lib. 7. Ecclesiasticæ hierarchiæ docet, ex Apostolorũ disciplina, preces animabus prodesse eis, quæ dignæ cum è vita migrauerint fuerint: Athanasius quæstione 34. de purgandis animabus quærit. Num sentiunt aliqua beneficia peccatorum animæ, quùm super illis fiunt conuentus, & per actiones bonorum operum, & oblationum? cui ipse respondet quæstioni; Quod si non aliquo beneficio participãret ex illo, nõ vtique in cura, & exequijs fieret commemoratio. Chrisost. homi. 69. Non temerè (ait) ab Apostolis hæc sancita fuerunt, vt in tremendis mysterijs defunctorum agatur commemoratio: sciunt enim illis inde contingere vtilitatem multã. Quare nobiscum potiùs facit Ecclesia Græca. Imo ex tantorum virorum testimonio intelligitur, hanc doctrinam ab Apostolis nobis per manus esse traditam. Hic igitur perpetuus Ecclesiæ mos precandi pro mortuis, argumento est firmissimo, hanc doctrinam esse religiosè credendam: libro enim primo probauimus quantam fidem maiorum nostrorum traditiones habere debeant. Accedit etiam his verbis Cõcilij Florentini Eugenio Quarto Pontifice decretum. Item definimus, si verè pœnitentes in Dei charitate decesserint, ante quã dignis pœnitẽtiæ fructibus de cõmissis satisfecerint, & omissis, eorũ animas pœnis purgatorij purgari.

Luterus.

Ecclesia Græca cognouit purgatoriũ.

Dionysius.

Athanasius.

Chrisostomus

Perpetuus Ecclesiæ mos precandi pro mortuis.

Concilium Florentinum.

CAP. 25. *Animas in purgatorio nec mereri, nec peccare, nec de sua salute timere.*

OStendimus esse religiosè credẽdum purgatorium esse, nunc de ijs, quæ in eo Luterus fieri putat, disputemus. Dicit primùm, animas in purgatorio apud Deum mereri. At ratio meriti postulat, vt ante mortem sit. Nam vitæ cursus est nobis pro militia, in quo de victoriæ præmio oportet contendere: cùm est nobis colluctatio aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum. cuius certaminis vt initium vita est; sic exitus, mors. Ita Paulus cùm morti proximus esse cognouisset, dicebat; Ego enim iam delibor, & tempus resolutionis meæ instat. bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui; in reliquo reposita est mihi corona iustitię, quam reddet mihi Dominus. Nullus igitur post mortem restat actus, ex quo vllum Deo meritũ dare possimus. Item sacra scriptura, & pietatis magistri præcipiunt, vt demus virtuti, & optimis studijs operam, vsque dum animã agamus. Pro iustitia agonizare pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro iustitia ait Ecclesiasticus. & alio loco. Ne verearis vsque ad mortẽ iustificari. Minimè vero hunc nobis iustitiæ terminũ proponerent, si post mortem esset reliquus vllus eius augendæ modus: & ob eam rem monet Ecclesiastes, Quodcunque facere

Luterus.

Ratio meriti postulat vt ante mortem sit.

Eph. 6.

Eccl. 4.

Eccl. 34.

Eccle. 9.

Euāgēlista eius institutionem, & promissionem narrauit? At multa sunt à Christo gesta, atque dicta, quæ non sunt sacris Euangelij literis consignata. scribit enim Ioannes; Multa alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Huius autem sacramenti institutio constat ex verbis Iacobi, à nobis iam citatis: cui licet aduersarij religiosam, & certam fidem nolint habere; habendam tamen esse libro primo planùm fecimus, quòd à Concilio Tridentino in sacris libris numeretur. Quo argumento si aduersarij non sint contenti, demonstrauimus etiam, nullum argumentū reliquum esse, quo ipsi ducti sibi nō temerè persuadeant, vlla Dei oracula apud se esse. Constat etiam huius sacramenti institutio, symbolum, & promissio ex Concilijs, Florentino, & Tridentino, quorum de hac re consulta mox subijciemus. Quare certissimis argumentis adducti, huius sacramenti religionem amplectimur. Sed dicit Caluinus; si ex eo, quod Iacobus ægrotos vngere iubeat, colligunt vnctionem sacramentum esse: cur non aliquam natatoriam Siloe destinant, in qua se certis temporibus qui infirma fuerint valetudine mergant? cur nō mortuis incubāt? quoniam puerum mortuum illi incubando suscitauit Paulus. cur non lutum ex puluere, & sputo sacramentum existimant? At quoniam huiusmodi signa vi suanec peccata condonabant, neque sanitatem afferebant; sed vi tantùm vtentis: vim tamen ad ignoscendum, & ad sanandum in hoc signo dictis de causis esse putamus. Dicit enim Iacobus; Alleuiabit infirmum Dominus, & si in peccatis fuerit, remittentur ei. At, inquit Caluinus, experimur nonnunquam vnctione facta nihil infirmum ægritudine leuari. Sed contrà sæpe expertum est, vehementer leuari, quod cùm vsu venit, non tantùm propter presbyterorum preces, sed etiam propter huius sacramenti virtutem accidit. Si quando verò contingat, vt hāc vtilitatem ægroto non afferat, nihil nostra refert. Non enim existimamus id effecti per hoc semper sacramentum constare: sed illud certissimum eius munus est, vt gratiam Dei conciliet, & peccati vestigia, ac tentationes, si qua fuerint, curet. His etiam Iacobi verbis de sacramenti huius docemur ministro: quem sacerdotem esse oportet. nam dicit; Inducat Presbyteros Ecclesiæ. Presbyteri verò licèt senes ætate Græcis significent; vsu tamen scripturæ, & parentis Ecclesiæ ad sacerdotes significandos est hoc verbum traductum; quo significent, consilio senes, sensuque ac mente matura eos esse debere. Idem etiam vt omnia sibi consentiant huius sacramenti postulat institutio. Ostendimus enim solos sacerdotes esse ministros sacramenti pœnitentiæ: cùm igitur hoc sacramentum illi succedat, & in eadem re vtrunque versetur, in peccatis scilicet remittendis: nam peccatorum reliquiæ, & quasi vestigia ad peccata pertinent; ad eundem ministrum eius administratio spectare debet. Sed ait Caluinus; nolle se ex verbis illis Iacobi sacerdotes, sed Reipu. magistratus, & qui honorē aliquem consecuti sunt, intelligere. Iniquè tamen, & impiè, & contra Ecclesiæ explicationem, vt ex Conciliorum Decretis cognoscitur, intelligit. Tum quid ad Christi Rempublicam huius seculi magistratus attinent, vt eorum

Ioan. 20.

Fidei habenda est epistola Iacobi.

Concilium Tridentinum.

Caluinus.

Quodnam sit certissimū extremæ vnctionis effectū

Quis sit extremæ vnctionis minister.

Caluinus.

ratio in Eccleſiæ proprijs muneribus
Caluini argumentum. fungendis habenda ſit? Sed inſtat Caluinus; Innocentius Pontifex Maximus Auguſtini temporibus omnibus
Sigibertus. chriſtianis conceſsit (vt auctor eſt Sigibertus in Chronicis) vt oleo vterentur, cùm ſibi, ſuiſque opus eſſet. Sed
Innocentius. ego Innocentij verba referam, vt clariùs ex illis, quàm ex Sigiberti Chronicis, eius mens intelligatur. Sic enim in extrema epiſtola ad Decētium Eugubinum Epiſcopū ait. Sanè quoniā de hoc, ſicut de cæteris voluit conſulere dilectio tua: adiecit etiam filius meus Celeſtinus Diaconus in epiſtola ſua, eſſe à tua delectione poſitum illud, quod in Apoſtoli Iacobi epiſtola cōſcriptum eſt; Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros & orēt ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Dñi, & oratio fidei ſaluabit infirmum, & ſuſcitabit illum Dñs. Etſi in peccatis fuerit, remittentur ei. Quod non eſt dubium de fidelibus ægrotantibus accipi, vel intelligi debere, qui ſancto oleo chriſmatis perungi poſſunt, quod ab Epiſcopo cōfecto non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti chriſtianis licet in ſua, aut ſuorum neceſsitate inungendo. Cæterum illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod preſbyteris licere non dubium eſt: nam idcirco de presbyteris dictū eſt, quia Epiſcopi occupationibus alijs impediti, ad omnes languidos ire non poſſunt. Cæterùm ſi Epiſcopus poſtea dignum ducit aliquē à ſe viſitādum, & benedicere, & tangere chriſmate ſine cunctatione poteſt, cuius eſt ipſum chriſma conficere. Ex quibus Innocencij verbis planè cognoſcitur, alios quàm ſacerdotes, vel Epiſcopos huius eſſe ſacramenti miniſtros non intellexiſſe: nam de ijs tantùm loquitur, cùm de miniſtro ſermonem inducit. dicens verò; Cæterùm illud ſuperfluum videmus adiectum, vt de Epiſcopo ambigatur, quod Presbyteris licere non dubium eſt: ſi alios præterea miniſtros eſſe putaret, illos nominaret ad amplificandū, de Epiſcopo ambigendum non eſſe. Cæterùm cum dicit, non ſolùm ſacerdotibus, ſed omnibus vti licere chriſtianis in ſua, aut ſuorum neceſsitate inungendo; planum eſt non de ſuppeditando alijs, ſed de accipiendo loqui. hoc eſt, non ſolùm ſacerdotibus adhibeatur, ſed etiam alijs, de quibus fortè dubitabatur, quòd aliàs vncti non eſſent, vnctione ea, qua ſacerdotes cum initiantur manibus vnguntur. Nam ſi de adminiſtrando ſacramento loqueretur, non diceret, in ſua neceſsitate vngendo: perſpicuum enim eſt, neminem ſibi ſacramentum adminiſtrare poſſe. Quare nō mihi placet cuiuſdam docti, & pij hominis ſententia, qui propter hæc Innocentij verba exiſtimat, quemlibet de plebe hominē, Epiſcopo concedente, poſſe hoc ſacramentum alijs adminiſtrare: neque alterius, qui opinatur Innocētium ſignificaſſe, licere oleo hoc benedicto pro cuiuſq; pia voluntate ad leuādas ægritudines ſine ſacraméto vti. Nunquā enim expedire puto, confundere ſacra profanis, cùm eiuſmodi oleū ab Epiſcopo cōſecratum eſſe oporteat. Veteri etiā lege prohibebatur, ne vllus vnctionis oleo abuteretur, niſi ad id, ad quod fuerat inſtitutū. Quod pari religione in Eccleſiā obſeruandum exiſtimo, ne oleum ſacramentis conficiēdis addictū, & ab Epiſcopo conſecratū, in alium profanū vſum traducatur. Sed iactant aduerſarij, hāc doctri-

Non quemlibet de plebe hominem vel Epiſcopo concedente poſſe extremā vnctionem adminiſtrare.

Exod. 30.

Nō licet oleū extremæ vnctionis in alium vſum profanum traducere.

nam

cere potest manus tua, instanter operare: quia nec opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos, quo tu properas. & Ecclesiasticus ait; Ante obitum tuum operare iusti tiam: quoniam non est apud inferos inuenire cibum. Quid? nunquid non id apertè Christus declarat dicēs; Me oportet operari opera eius, qui misit me, donec dies est: venit nox quando nemo potest operari. opera patris sui vocat officia sibi à patre fieri iussa; sicut alio ipse loco dicit; Sicut mandatum dedit mihi pater, sic facio. Ex quibus officijs infinita eius merita constarent, quibus vniuersum orbem seruaret: quæ officia præstare dicit oportere donec dies est. id est, donec hanc vitam mortalem viueret: nam in nocte, id est, post mortem, nemo quidquam mereri potest. Christi igitur sententia Luterus apertè cōuincitur. Iam verò meritum non solùm ad animum, sed etiam ad corpus debet pertinere, sicut vterq; præmij postea particeps futurus est. & ita Paulus Corinthijs scribit; Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, vt referat vnusquisque propria corporis, prout gesit, siue bonum, siue malū. Nihil ergo anima potest sine corpore apud Deum merere. Ex hoc etiam ineptissimus esse perspicitur alius Luteri error dicentis; animas in purgatorio peccare. Nam si non benè mereri, nec etiā malè mereri possunt. Sed tum dicit ille eas peccare, cùm cruciatus illos, & torméta horrēt. Deo enim iubente adhibentur eis. quare eius volūtati resistere vidētur, cùm ea timēt, atq; formidāt: nam vidētur fugere si possent velle. At hoc est nobis natura insitū, vt malū timeamus, & eius horrore afficiamur: vsq; adeò vt verus ille Deus, & homo Christus vehementer formidauerit, & magno fuerit horrore perculsus: nā cœpit pauere, & tędere Marcus de illo scribit. Non est igitur cōtra volūtatē Dei quod est nobis à natura tributū, & quo Christus, qui patri factus est obediens vsq; ad mortē, affectus fuit. Iam verò animæ in purgatorio conijciūtur, vt à vitijs, & peccatis repurgentur: quod si ibi peccāt, potiùs assiduè inquinarentur, quàm purgarētur. Sed argumēta tur Luterus: perfecta charitas foras mittit timorem, vt Ioānes ait: pugnat igitur cū charitate timor. Ridiculum hominē! perfecta charitas eum secū nō patitur timorē ex Ioānis sentētia, qui facit, & quasi cogit, vt Deo propter eius potētiā obediamus, quò mala, quę nobis posset inferre caueamus: timorē autē calamitatis, atq; miseriæ quē ipsa natura affert, & qui Christū tetigit, nō excludit. Ex hoc sequitur, animas nihil de sua salute timere, contrà quàm Luterus existimat. Nā si nihil ampliùs peccare possunt, non est quod timeant accidere posse quidquā, cur sua salus in discrimē adducatur. Huc accedit, quod simul ac corpore sunt solutæ, fit de anteacta sua vita iudiciū. quare sciunt, quid illis futurū sit, eaq; solū pœna se esse multatas, vt illiusmodi cruciatus in se per aliquod tēpus edātur. nihil igitur amplius mali formidant. Quare ab omni sunt suæ salutis periculo securæ.

Eccl. 14.

Ioan. 9.

Quæ vocat Christus opera patris sui. Ioan. 15.

Marc. 14.

Luterus.

Perfecta charitas quem timorē excludat.

Luterus.

Nihil animas de sua salute timere.

Meritum ad animum debet & ad corpus pertinere. 2. Cor. 5.

Luterus.

Animas in purgatorio non peccare.

Est nobis natura insitum vt malum timeamus.

CAP. 26. *Extremam vnctionem esse sacramentum.*

DEo sacramenta instituta fuisse diximus ad hominē christianum de statu suo deiectū restituendū, ægrotūq; sanādū, & penè ab interitu

vendicandum, Pœnitentiam, atque Extremam vnctionem. de pœnitẽtia egimus: nunc de Extrema vnctione diſſeramus, quæ in eo à pœnitẽtia differt, quòd pœnitentia comparata ſit ad vim inſanabilis morbi depellendam: Extrema verò vnctio, vt animus à morbi veteris veſtigijs, & tentationibus confirmetur. Quapropter pœnitentię ſacramento quocunq; tempore poſſumus, & par eſſet, vti. Quis enim grauiſsima ægritudine cõtinuò liberari non cupiat? cùm tamen ſi vita ſuppetat, poſsimus vel per ſatisfactiones, vel per alia officij munera penitus morbum priſtinum, & eius tentationes ſanare: non alio ſacramento ad id præſtandum nobis opus eſt. At cùm grauis aliqua corporis ægritudo premit, & nos in vitæ diſcrimẽ adducit, non ita facilè ſuperioris ſceleris veſtigia, atque tentationes propter temporis anguſtias leuantur. Nam ſatisfactioni, quæ eſt ſacramenti pars, tunc ſtudere non poſſumus: corporis etiã languor vires animi ad ſe confirmandum remittit. Illud etiam magni quidem momenti accedit, quòd Dæmõ, antiquus hominis hoſtis, cũ iamiam ſentiat illum occumbere morti, réq; in propinquum adductam eſſe diſcrimen, in quo aut victoriam hoſtis ſui reportare, aut victũ cadere oporteat, vehementiùs vrget, & infeſtior eſt. Quare periculum magnum eſt, ne in tanto ſalutis diſcrimine, magnum, & penitus inſanabile ex veterum criminum tentationibus homo detrimentum accipiat. Quocirca in tam graui rerum momento, in quo ſumma rerum defixa, atque poſita eſt, Chriſtus pro ſua miſericordia immenſa nobis adeſſe, remediumq; ſingulare voluit afferre, id inſtituens ſacramẽtũ, quod eſſet maximè ſalutare, & ad id periculum, quod intẽditur propulſandum maximè accommodatum; tum ſanãdis admiſſorum ſcelerum tentationibus; tum ægroto leuando, & aliquantulum recreando, vt ſe poſsit colligere, & rationes ſuas computare. Quam ob rem hoc ſacramentum, quod Extremã vnctionem appellamus, nõ niſi periculoſè ægrotantibus adhibendũ eſt: nam tantùm propter illos inſtitutum eſt. Huius autem ſacramenti inſtitutionẽ ſcribit his verbis Iacobus; Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros Eccleſiæ, & orent ſuper eum, vngentes eum oleo in nomine Domini: & oratio fidei ſaluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus, & ſi in peccatis ſit, remittẽtur ei. Qui locus planiſsimè turpis erroris arguit Lutherum, Caluinum, & alios aduerſarios, qui Vualdenſes, & Heracleonitas, & Ioannem Vuicleph ſequentes hoc ſacramentum non agnoſcunt, & eius virtutẽ irrident. At ſacramẽtum eſſe indicio eſt certiſsimo, quod Iacobus ſcribit; Si in peccatis ſit, remittentur ei. Nã ſi vi huius vnctionis culpæ cõdonantur, nõ poteſt ſacramẽtum non eſſe. Sicut enim nemo poteſt, niſi Deus peccatis ignoſcere: ita nemo niſi ipſe poteſt eam ſigno virtutẽ attribuere, vt ex ſua vi grauia peccata condonet: id enim fieri nequit, niſi vnà gratia diuina imbuat: quod tã immẽſum munus Dei tãtùm infinita virtute expleri poteſt. Nõ dubiũ igitur eſt, quin ex definitione ſacramenti à nobis in huius libri principio poſita, Extremã vnctionẽ cõſtet ſacramentum eſſe: ſiquidẽ eſt ſignum rei ſacræ, ſanctificantis nos. Sed dicunt Vuirtembergenſes, & Caluinus: ſi ſacramentum eſt, & à Chriſto inſtitutum, quis

Ad quam rẽ comparata ſit pœnitẽtia.

Ad quã rem Extrema vnctio comparata ſit.

Cur Extrema vnctio tãtum, morbis adhibeatur.

Extrema vnctio quam vtilitatem affert.

Ex quo ſcripturæ loco cõſtet extrema vnctionis inſtitutio. Iacob. 5.

Lutherus. Caluinus. Vualdenſes. Heracleonitæ. Ioannes Vuicleph.

Cur Deus tãtum ſacramentum inſtituere poſsit.

Vuirtembergenſes. Caluinus.

Euan-

nam trecentenariã (vt illi vocãt) esse, id est, his annis tercentis inuentam.

Beda. Nouã nõ esse extremæ vnctionis doctrinam.

At Beda explicans illa verba Marci. 6. c. Apostolos ægrotos vnxisse, & sanâsse: de hoc sacramẽto verba faciẽs, Ab Apostolis (ait) ad nos vsque esse traductum. Idem Theophilactus, & Hieronymus significant, eundem locum exequentes. Ac denique hanc sententiam nostram confirmant sanctissima Synodi Florentini, & Tridentini Decreta. Concilium Florentinum Eugenio quarto Pontifice ait; Quintum sacramentum est Extrema vnctio: cuius materia est oleum oliuæ per Episcopum benedictum. Hoc sacramentum, nisi infirmo, de cuius morte timetur, dari non debet. Qui in his locis vngẽdus est, in oculis propter visum; in auribus propter auditum; in naribus propter odoratum; in ore propter gustum, vel locutionem; in manibus propter tactum; in pedibus propter gressum; in renibus propter delectationẽ ibidem vigentem. Forma huius sacramenti est; Per istam vnctionem, & suam pijssimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quicquid deliquisti per visum, & similiter in alijs membris. Minister huius sacramẽti est sacerdos. Effectus verò eius est mẽtis sanatio, & in quantum animæ expedit etiam corporis. Concilium verò Tridentinum ità decernit Sessione. 14. Visum est autem sanctæ Synodo præcedenti doctrinæ de pœnitentia adiungere ea, quæ sequuntur de sacramento Extremæ vnctionis: quod non modò pœnitẽtiæ, sed etiam totius christianæ vitæ, quæ perpetua pœnitentia esse debet, consummatiuum existimatum est à Patribus. Primùm itaque circa illius institutionem declarat, & docet, quod clementissimus Redemptor noster, qui seruis suis quouis tempore voluit de salutaribus remedijs aduersus omnia omnium hostium tela esse prospectum, quemadmodum auxilia maxima in sacramẽtis alijs præparauit, quibus christiani seruare se integros, dũ viuerent, ab omni graniore spiritus incommodo possint: ita Extremę vnctionis sacramento finem vitæ, tanquam firmissimo quodam præsidio muniuit. Nam etsi aduersarius noster occasiones per omnem vitam quærat, & captet, vt deiorare animas nostras quoquomodo possit: nullum tamen tempus est, quo vehementiùs ille omnes suæ versutiæ neruos intendat ad perdendum nos penitus, & à fiducia etiam, si possit, diuinæ misericordiæ deturbandos, quàm cùm impendere nobis exitum vitæ prospicit. *Cap. 1.* Instituta est autem sacra hæc vnctio infirmorum tanquam verè, & propriè sacramentum noui testamenti à Christo Domino nostro apud Marcum quidem insinuatum, per Iacobum autem Apostolum, ac Domini fratrem, fidelibus commendatum, ac promulgatum. Infirmatur (inquit) quis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiæ, & orent supra eum, vngentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittentur ei. Quibus verbis, vt ex Apostolica traditione per manus accepta Ecclesia didicit, docet materiã, formam, proprium ministrum, & effectum huius sacramenti. Intellexit enim Ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum. nam vnctio aptissimè Spiritus sancti gratiam, qua inuisibiliter anima ægrotantis ungitur, repręsentat. formam deinde

Concilium Florentinum.

Forma sacramenti extremæ vnctionis

Effectus extremæ vnctionis.

Concilium Tridentinum.

esse

esse illa verba, Per istam vnctionē &c.
Cap.2. Res porrò, & effectus sacramenti illis verbis explicatur; Et oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum Dominus: & si in peccatis sit, dimittētur ei: res etenim hæc gratia est Spiritus sancti, cuius vnctio delicta, si qua sint adhuc expianda, & peccati reliquias abstergit, & ægroti animam alleuiat, & confirmat, magnam in eo diuinæ misericordiæ fiduciam excitādo: qua infirmus subleuatus, & morbi incommoda, ac labores leuiùs fert, & tentationibus Dæmonis calcaneo insidiantis faciliùs resistit: & sanitatem corporis interdum, vbi saluti animæ expedierit,
Cap.3. consequitur. Iam verò quod attinet ad prescriptionem eorum, qui & suscipere, & ministrare hoc sacramentum debent; haud obscurè fuit illud etiam in verbis prædictis traditum. Nam & ostēditur illic, proprios huius sacramenti ministros esse Ecclesiæ presbyteros. quo nomine eo loco non ætate seniores, aut primores in populo intelligendi veniunt; sed aut Episcopi, aut sacerdotes ab ipsis ritè ordinati per impositionem manuum presbyterij. Declaratur autē esse hanc vnctionem infirmis adhibendam, illis verò præsertim, qui tam periculosè decumbunt, vt in exitu vitæ constituti videantur. Vnde & sacramentum exeuntium nuncupatur. Quod si infirmi post susceptam hāc vnctionem conualuerint: iterum huius sacramenti subsidio iuuari poterunt, cùm in aliud simile vitæ discrimē inciderint. Quare nulla ratione audiēdi sunt, qui contra tam apertam, & dilucidam Apostoli Iacobi sententiam docent, hanc vnctionem vel figmentum esse humanum, vel ritum à Patribus acceptum, nec mandatum Dei, nec promissionem gratiæ habentem: & qui illam iam cessasse asserunt, quasi ad gratiam curationum duntaxat in primitiua Ecclesia referenda esset: & qui dicunt ritum, & vsum, quem sancta Romana Ecclesia in huius sacramenti administratione obseruat, Iacobi Apostoli sententiæ repugnare, atque in alium commutandum esse; & denique qui hanc Extremam vnctionem à fidelibus sine peccato cōtemni posse, affirmant. hæc enim omnia manifestissimè pugnāt cum perspicuis tanti Apostoli verbis. Nec profectò Ecclesia Romana aliarum omnium mater, & magistra, aliud in hac administranda vnctione, quātum ad ea, quæ huius sacramenti substantiam perficiunt, obseruat, quàm quod beatus Iacobus præscripsit. Nec verò tanti sacramēti contemptus absq; ingenti scelere, & ipsius Spiritus sancti iniuria esse posset. Et in can. lic ait. Si quis *Can.1.* dixerit, Extremam vnctionem non esse verè, & propriè sacramentum à Christo Domino nostro institutum, & à beato Iacobo Apostolo promulgatum, sed ritum tantùm acceptum à Patribus, aut figmentum humanum, Anathema sit. Si quis dixerit, sacram *Can.2.* infirmorum vnctionem non conferre gratiam, nec remittere peccata, nec alleuiare infirmos, sed iam cessasse, quasi olim tantùm fuerit gratia curationum, Anathema sit. Si quis dixe- *Can.3.* rit, Extremæ vnctionis ritū, & vsum, quem obseruat sancta Romana Ecclesia, repugnare sententiæ beati Iacobi Apostoli, ideoq; eum mutandum, posseque à christianis absque peccato contemni, Anathema sit. Si quis di- *Can.4.* xerit, presbyteros Ecclesiæ, quos beatus Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, nō esse sacer-

sacerdotes ab Episcopo ordinatos, sed ætate seniores in quauis communitate, ob idque proprium Extremæ vnctionis ministrum non esse solum sacerdotem, Anathema sit.

CAP. 27. *Ordinem esse sacramentum; & varios esse ordines.*

DE iis sacramentis egimus, quæ sunt è cuiusque re, nempe quibus homo in christianã vitã primùm reuocatur, & eam auget, atque confirmat, nutrit, atque colit: deinde sanat si in morbum aliquem pro humana conditione inciderit. Sequitur vt de illis sacramẽtis differamus, quæ è Republica sunt, ad communemque hominum vtilitatem spectant. Quæ vt duplex est; ita duo sunt sacramẽta ad eam procurandam instituta. Primum Ordo est, per quem homo potestatem accipit ad christianam Rempub. quatenus talis est, id est, quatenus ad res, quæ supra naturam sunt, aspirat propagandam, & gubernandam, & eius munia administranda. Alterùm verò, Matrimoniũ, quo naturalis humanę sobolis propagatio legitimè, ac pro dignitate fit. Primùm de Ordine differamus, deinde de Matrimonio. De quare prima nobis cum aduersarijs controuersia est; Vtrùm Ordo sit sacramentũ. quod planè Luterani negãt: eos tamẽ perspicuè erroris cõuincit ipsa sacraméti definitio à nobis in huius libri principio posita. Nam Ordo est signum rei sacræ à Christo institutum sanctificantis nos. Est enim & gratiæ, quam nobis conciliat, & eius potestatis maximæ, quam diximus, indicium. Quod autem per hoc signum diuinam gratiam ineamus, testatur Paulus Timotheo scribẽs; Noli negligere gratiã, quæ data est tibi per Prophetiam, cum impositione manuum presbyterij. & alio loco; Admoneo te, vt resuscites gratiam, quæ in te est per impositionem manuum mearum. Hæc manus impositio Ordinem significat: nam hac ceremonia ipse celebratur. quæ cùm signum sit sub sensum cadens, gratiam, & diuinam amicitiam adiungens, constat sacramentum esse. Certo præterea argumento est, huiusmodi signum magnam venerationem habere, quòd fuerit ab Apostolis, non nisi ieiunijs, & precibus adhibitis celebratũ. Narratur enim in Actis, Apostolos ieiunantes, & orantes Paulo, atque Barnabę manus impositisse, & cùm septem illos Diaconos fecerũt Apostoli, orantes manus eis imposuisse scribitur. Paulus etiam monet Timoth. ne temerè, & quibuscunque manus imponat. Quare dubium non est, quin dignitatem, & religionem habeat hæc manuum impositio, quod nos sacramentum Ordinis appellamus. Quod quidem non solùm ab Apostolis, sed etiam à Christo celebratum est, cùm Apostolis in extrema cœna corpus eis, & sanguinem suum tribuens dixit (vt Paulus narrat). Hoc facite quotiescunque bibetis in meam commemorationem. quibus verbis eis potestatem fecit, Eucharistiam conficiendi: qui est maximus in Christiana Republica dignitatis gradus. Quare pro explorato est, vim etiam eis nouã, vel maiore gratia ineũda, ad tantum munus gerẽdum attributam fuisse. Nam si fuit Saul in virum alium mutatus (vt est in primo Regum) quando est à Deo Rex constitutus, vt optimè regnum administraret: quò magis id credendum est in Apostolis initiãdis maxima

Ordo, & matrimoniũ ad cõmunem hominũ vtilitatem spectant.

Quid sit Ordo.

Luterani.

Ordinẽ sacramentum esse.

1. Timo. 4.

Per Ordinem diuinã gratiam immus. 2. Timo. 1.

Ordo quomodo ab Apostolis celebrabatur. Act. 13. Act. 6.

1. Timo. 5.

Ordo à Christo celebratus est.

1. Cor. 11.

Vis per Ordinem ad tantũ munus gerendum præstatur.

1. Reg. 10. b

maxima eos auxiſſe gratia, vt tantum munus pro dignitate explerent; quo non oues, & boues (vt olim) ſacrificant; ſed corporis, & ſanguinis Chriſti ſacrificium faciunt. Facultatem etiam tribuit eis Chriſtianæ Reipublicæ gubernandæ, & iuris ei dicendi cùm dixit; Accipite Spiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis; & quorum retinueritis, retenta ſunt. quæ adminiſtratio ſingulare Dei auxiliũ poſtulat; quod Deum minimè denegaturum credendum eſt eis, quos ad tantum officium cooptaret. Abſurdum igitur eſt id ſignũ ſacramentum eſſe negare, quo diuina quædam facultas vi ſua præſtatur, maxima initur gratia: quod Chriſtus nõ modo inſtituit, ſed etiam celebrauit, & quo toties Apoſtolos vſos fuiſſe traditur. Huc accedit Concilij Florentini Decretum ita eſſe decernentis, & huius ſacramenti materiam & formam docentis. Sextum (ait) eſt ſacramentum Ordinis; cuius materia eſt illud, per cuius traditionem confertur Ordo: ſicut presbyteratus traditur per calicis cum vino, & patenæ cum pane porrectionem. Diaconatus verò per libri Euangeliorum dationem. Subdiaconatus per calicis vacui cum patena vacua ſuperpoſita traditionem: & ſimiliter de alijs per rerum ad miniſteria ſua pertinentium aſſignationem. Forma ſacerdotij talis eſt: Accipe poteſtatem offerendi ſacrificium in Eccleſia pro viuis, & mortuis, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. & ſic de aliorum Ordinum formis. Ordinarius miniſter huius ſacramenti eſt Epiſcopus. Effectus, augmentum gratiæ, vt quis ſit idoneus miniſter. Concilium etiam Tridentinum ita decernit. c. 3. Seſſionis vigeſimæ tertiæ. Cùm ſcripturæ teſtimonio, Apoſtolica traditione, & Patrum vnanimi cõſenſũ perſpicuum ſit, per ſacram ordinationem, quæ verbis, & ſignis exterioribus perficitur, gratiã conferri, dubitare nemo debet, Ordinem eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem ſanctæ Eccleſiæ ſacramentis. Inquit eñ Apoſtolus; Admoneo te, vt reſuſcites gratiam Dei, quæ eſt in te per impoſitionem manuum mearũ. Nõ enim dedit nobis Deus ſpiritum timoris, ſed virtutis, & dilectionis, & ſobrietatis. Et canon. 3. Si quis dixerit (ait) Ordinem, ſiue ſacram ordinationem non eſſe verè, & propriè ſacramentum, à Chriſto Domino inſtitutum: vel eſſe figmentum quoddam humanum, excogitatũ à viris rerum Eccleſiaſticarum imperitis: aut eſſe tantum ritum quendam eligendi miniſtros verbi Dei, & ſacramentorum, Anathema ſit.

Concilium Florentinum.

Ordinis materia.

Ordinis forma.

Ordinis miniſter.

Ordinis effectus.

Concilium Tridentinum.

Alius etiam in hac re verſatur turpiſsimus aduerſariorum error, negantium varios eſſe in Eccleſia Ordines, vllamque inter chriſtianos omnes diſtinctionem. Quod aſſeuerantes apertè ſignificant, velle in Eccleſia miſceri, & turbari omnia, & eius omnino ſtatum conuelli. Qualis enim ea eſſet Reſpub. in qua nullus ordo, nullus eſſet honorum gradus, nihil inter magiſtratus, & quoſcunq; de plebe alios inter eſſet, ſed pari omnes poteſtate eſſent? nullam ſimiliorem tartari, in quo omnia confuſa in tenebris iacẽt, imaginem exprimi poſſe puto. Opponitur etiam temeritati Ordo: qui Ordinem ergo tolli vult, declarat ſe temeritate duci, temeritateque omnia adminiſtrari velle. Detrahit etiã præſtantiſsimum Eccleſiæ decus, & ornamentum. nihil enim eſt, quod maius rebus

Varios eſſe Ordines.

Debent in Repub. eſſe honorũ gradus.

Ordo magnũ rebus lumen affert.

rebus omnibus lumen afferat, quàm ordo: ita vt in ipsa diuinitate, in qua nihil prius, & posterius est, reperiatur, sitq; excellentissimũ decus eius. Est enim in ea ordo relationis, & quẽ Theologi vocant originis, sic vt pater è nulla persona nascatur, neq; procedat; filius tantùm è patre nascatur; & ab vtroque Spiritus sanctus procedat. Inter ipsos Angelos nouem ordines esse credimus, & ita inter se aptos, vt præterquam quod omnes Deum aspectantes beatè viuant; alij tamen alios illustrent, & de rebus nonnullis doceant. In ipsa verò corporis participe natura, quid pulcriùs, quid præclariùs, quàm ipse ordo, quo tota composita est? vt quòd cœli corporibus præstent simplicibus, quæ elemẽta dicimus: ipsa interse elementa alia alijs digniora, & præclariora sint. Animalia item quòd alia viliora, alia nobiliora sint, & quòd homo cæteris dignitate antecellat, eiq; sint natura subiecta, & cõmodis eius inseruiant. Temerariũ ctiã est, Ecclesię hierarchiam respuere, quam tãti Dionysius, & alij admirati sunt, & copiosa, & grauissima oratione illustrárunt: in qua illud eius caput est, & in quo cœlorũ imperiũ magis imitari videtur; quòd sicut Deus varijs Angelorũ ordinibus præest; ita vnus in Ecclesia sit, qui reliquis eius præsit ordinibus. Quã imaginẽ expressissimã inducit, & delere conaturis, qui tã descripto, & cõmendato Ecclesiæ ordini repugnat. Iam verò, Deus in veteri populo collegiũ sacerdotũ varijs gradibus descripsit, in quo summus erat sacerdos, qui cæteris prę erat, cui soli aditum ingredi, & expiare fas erat: cæteris autẽ adytus eius erat intercluſus: alijs sacerdotibus cura sacrificia erãt; alijs Leuitis omnia instrumenta tẽpli portãda dabãtur, quę reliquos de plebe viros tãgere scelus erat. qui rursus inter se onus partiebãtur, certaq́ue onera singulis portanda mandabantur. Extremæ igitur demẽtiæ est, cùm hũc ordinem adeò fuisse descriptum cognoscamus, omnem prorsus ordinem ab eo in Ecclesia nouã repudiari putare. Præsertim, cùm modò non sit arcæ fœderis, & propiatorio, quod sedis Dei vicem gerebat, inseruiendũ: sed Deus ipse sub panis, & vini specie præsens colẽdus, & obseruãdus est: non animalium sacrificia facienda vt olim, sed Deus ipse, Deo pro sacrificio offerendus, & tantæ rei nulli describentur ordines? nemini eius administrandæ partes imponentur? apud nullos certos homines tam sacrosancti negotij cura excubabit? Quis non insanire potiùs, quàm differere credat eum, qui hæc loqui, aut hiscere audeat? Quid? nõne Ecclesia corpus Christi mysticũ est? quale verò illud erit corpus, in quo nulla sit partium apta distinctio? nulla variorum membrorũ descriptio? nõne aut lapidis sanè, aut stipitis erit? nõ humanũ; nõ ad tantã, & tã diuinã rẽpublicã declarãdũ aptũ. At Paulus hũc mirificũ Ecclesiæ ordinem varijs gradibus distinctum, varijsq; muneribus inter se aptũ, ex humani corporis cõpositione demonstrat, dicẽs in Epistola ad Ephesios: Et ipse dedit quosdam quidẽ Apostolos, quosdã autẽ Prophetas, alios verò Euangelistas, alios autẽ pastores, & Doctores ad cõsummationẽ sanctorũ, in opus ministerij, in ædificationem corporis Christi. pauciſq; interiectis subijcit. Veritatẽ aũt faciẽtes in charitate crescamus in illo per omnia, qui est caput Christus, ex quo totũ corpus cõpactum,

In diuinis est ordo.

Inter Angelos nouẽ sunt ordines.

In rerum natura est ordo

Ecclesia corpus Christi mysticũ est.

In quo Ecclesia maxime cœlorum imperium imitatur.

Ephe. 4. c. d

Erat in veteri populo ordine distinctus templi cultus.

& connexum, per omnem iunctură ſubminiſtrationis, ſecundum cooperationem in menſuram vniuſcuiuſq; mẽbri, augmentũ corporis facit in ædificationẽ ſui in charitate. Et in Epi
1. Cor. 12. ſtola prima ad Corinthios ex hac ſimilitudine humani corporis in noſtrã apertè ſententiã diſſerit, eamque demonſtrat dicens; Diuiſiones verò gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Et diuiſiones miniſtrationum ſunt: idem autem Dominus. Et diuiſiones operationum ſunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus. Vni cuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem: alij quidem per ſpiritum datur ſermo ſapientiæ; alij autem ſermo ſcientiæ ſecundum eundem ſpiritum, &c. Hęc autem omnia operatur vnus, atq; idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Sicut enim corpus vnum eſt, & mẽbra habet multa: omnia autem membra corporis cũ ſint multa, vnum tamẽ corpus ſunt: ita & Chriſtus, &c. nam & corpus non eſt vnum membrũ, ſed multa. Si dixerit pes; quoniam nõ ſum manus, nõ ſum de corpore: non ideo nõ eſt de corpore, &c. Si totũ corpus oculus, vbi auditus? vbi odoratus? Nũc autem poſuit Deus mẽbra, vnũquodq; eorũ in corpore ſicut voluit. Quod ſi eſſent omnia vnũ mẽbrũ, vbi corpus? Nũc autẽ multa quidẽ membra: vnũ autẽ corpus. Non poteſt autem oculus dicere manui; Opera tua nõ indigeo. aut iterũ caput pedibus, Non eſtis mihi neceſſarij. Ac tãdẽ in extremo capite ex hac ſimilitudine concludit. Vos autẽ eſtis corpus Chriſti, & mẽbra de mẽbro. Et quoſdã quidẽ poſuit Deus in Eccleſia ſua primùm Apoſtolos, ſecũ dò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, &c. nunquid omnes Apoſtoli? nunquid omnes prophetę? nũquid omnes doctores? Quare dubiũ nõ eſt quin Apoſtolus varios ordines, varia munia in Eccleſia eſſe iudicauerit. Varios etiã fuiſſe miniſtrorum ordines Eccleſia naſcente, ipſa ſacroſancta ſcriptura docet. Nã Epiſcopi Paulus mentionẽ facit in Epiſtola. 1. ad Timot. 3. quo loco docet, cuiuſmodi debeat eſſe Epiſcopi vita. & in Epiſtola ad Titum. 1. presbyterorũ meminit. & in. 1. ad Timoth. 5. monet eum, vt eos per ſingulas Eccleſias conſtituat. De Diaconis ſcribitur in Actis. c. 7. & in. 1. ad Timoth. 3. Et Clemens in Epiſtola ad Iacobum ait; Tales ad miniſterĩ eligantur clerici, qui dignè poſsint Dominica ſacramẽta tractare. Meliùs eſt enim ſacerdoti paucos habere miniſtros, qui poſsint dignè opus Dei exercere, quàm multos inutiles, qui onus graue ordinatori adducãt. Quare nõ poſſunt aduerſarij iactare, nullos in prima Eccleſia fuiſſe ordines, aut tres tantũ. Nam eorũ omniũ, quos Eccleſia his temporibus tractat, meminit Ignatius Ioannis diſcipulus in Epiſtola ad Antiochenos dicens; Saluto ſanctũ presbyterũ veſtrũ, ſaluto ſanctos Diaconos, ſaluto Subdiaconos, lectores, cantores, oſtiarios, laborantes, & exorciſtas. Et in Cano. 42. & 43. Apoſtolorũ horũ etiã ordinũ mentio fit. Et Conciliũ Carthaginẽſe. 4. docet à capite ſecundo vſq; ad nonũ, ſeptẽ ordinibus, quos Eccleſia celebrat, homines initiari, quo pacto (inquã) conſecrãdus ſit Epiſcopus, initiãdus ſit Preſbyter, Diaconus, Subdiaconus, Acolyti, Exorciſtæ, Lectores, & Oſtiarij fiant. Quapropter Concilium Tridentinum Seſsione. 23. capitulo ſecundo, ita ſecundum ſententiam noſtram decernit. Cùm autem diuina res ſit

Varij fuerũt naſcente Eccleſia miniſtrorum ordines.

Clemens.

Ignatius.

Canones Apoſtolorum.

Conciliũ Carthaginẽſe. 4.

Conciliũ Tridentinum.

res sit tam sancti sacerdotij ministerium, consentaneũ fuit, quò digniùs, & maiori cum veneratione exerceri posit, vt in Ecclesiæ ordinatissima dispositione plures, & diuersi essent ministrorum ordines, qui sacerdotio ex officio deseruirent: & ita distributi, vt qui iam clericali tonsura insigniti essent, per minores ad maiores ascenderent. Nam non solùm de sacerdotibus, sed & de Diaconis sacræ literæ apertam mentionem faciunt, & quæ maximè in illorum ordinatione attẽdenda sunt, grauissimis verbis docẽt, & ab ipso Ecclesię initio sequentium ordinum nomina, atque vniuscuiusque eorũ propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolyti, Exorcistę, lectoris, & ostiarij in vsu fuisse cognoscuntur: quamuis non pari gradu. Nam Subdiaconatus ad maiores ordines à Patribus, & sacris Concilijs refertur, in quibus, & de alijs inferioribus frequentissimè legimus. Et Cano. 2. ait: Si quis dixerit, prętер sacerdotium nõ esse in Ecclesia catholica alios ordines, & maiores, & minores, per quos, velut per gradus quosdã, in sacerdotium tendatur, Anathema sit.

CAP. 28. *Non omnes christianos sacerdotes esse, & altiorem dignitatis gradum Episcopos, quàm alios sacerdotes obtinere.*

EX ijs, quæ superiori capite satis necessariò à nobis demonstrata sunt, facilè alius Luteri turpis, & valde pernicioſus error destruitur dicentis; omnes christianos sacerdotio prædítos esse. Nam si sunt (vt ostẽdimus) varij in Ecclesia ordines, varij dignitatis gradus ad sacerdotium relati; non igitur omnes christiani sunt in hoc ordine præstantissimo positi. Quare valent omnia proximè adducta argumenta ad hunc insani, & amentis hominis errorem refellendum. Huc accedit, quòd omni vel scripta, vel nata lege non quibuscunque, sed certis hominibus id muneris loco deferebatur. Lege enim naturali primogeniti sacerdotium inibant: lege verò scripta, Aaron tantùm, & eius posteris hæ partes impositæ sunt: sicut Apostolus scribit; Nec quisquam sumit sibi honorem: sed qui vocatur à Deo tanquam Aaron. Quod ergo natura docet, & lex à Deo lata confirmat, vt certi homines id muneris obeant, minimè putandum est Euangelium dedocere: præsertim cum sacerdotium sit multis partibus dignitate auctum, dignioremque, & grauiorem ministrum requirat. Versaturus enim est, non in mactandis animalibus, sed in faciendo quotidie infinito quodam sacrificio. Item aliter plebem, aliter sacerdotes scriptura nominat: hos vocat pastores; illam verò gregem. Oportet igitur inter gregem, & pastorem in republica distinguere, neque oues cum pastoribus confundere, ita vt omnes pastores esse putemus: quos enim pascent, aut cuius gregis pastores erunt? Item Paulus longè aliter de se, & de alijs ministris, quàm de reliquo populo loquitur. De se, & alijs sui similibus dicit; Dei adiutores sumus: de plebe verò; Dei agricultura estis; se architectum appellat: plebem verò Dei ædificationem esse asserit. Harum igitur rerum differentia, vt dicta huiusmodi intelligi possint, inter Christianos ponẽda est;

Lex, & natura docet vt certi homines sint sacerdotes.

Lege naturali primogeniti sacerdotes erant.

Heb. 5.

Sacerdotium non lege maiori est dignitate auctum.

Aliter plebẽ aliter sacerdotes scriptura nominat.

1. Cor. 3.

Luterus.

nec omnes eadem conditione esse putare. Sed hæc manifesta stultitiæ suæ indicia Luterus subterfugere existimat dicens; licet omnes sacerdotes sint, eos tamen modò hoc munus debere traducere, quibus fuerit à republica mãdatum. Sed quid absurdiùs? Nam potestas, qua sacerdos prẽditus est, vincit omne naturæ vim: est enim Eucharistiæ conficiendæ, in qua vel ipse Luterus concedit Christi corpus adesse præsens. At respublicæ omnes (vna excepta Ecclesia) vires tãtùm naturales habent, & de rebus tantùm ciuilibus agunt. Non igitur ad eas pertinet tantam potestatem dispensare, & in his rebus intelligere, quæ totę mentis, & animi sunt. Illa quoq; causa accedit, quòd tam immensa potestas, Deitãtùm admirabili munere datur. ergo ipsius est, & non reipub. tantum munus mandare: præsertim cùm Paulus (vt recitauimus) dicat; Nec quis quam sumit sibi honorẽ, sed qui vocatur à Deo tãquam Aaron. Quò magis modò vocãdus à Deo est, qui longè excellentius officium, quàm Aarõ præstaturus est? & ita ipse, non respublica Paulum, & Barnabam vocauit (vt est in Actis) dicens, Segregate mihi Saulum, & Barnabam in opus, ad quod assumpsi eos. Et quemadmodũ semel Aaron, & eius posteros vocauit: ita semel etiam Apostolis, & discipulis, & eorum vicarijs has partes imposuit. Quare ij soli, quos ipsi Apostolorum vicarij, id est Episcopi, quibus hæ partes (vt mox probabimus) datæ sunt, discipulorũ vicarios fecerint, sacerdotiũ habebũt; non ij, quos respublica legerit, sicut statim de Barnaba, & Saulo dicitur; Tunc ieiunantes, & orãtes, imponẽteq; eis manus dimiserunt illos. neq; ipsi vllũ amplius reipub. mandatum expectãrunt. Paulus etiã scribit Tito, Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt, corrigas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego disposui tibi. Si à Tito presbyteri constituendi erant; non igitur omnes sacerdotes erant. Si à Tito erant creandi, non oportebat (vt aduersarij dicũt) à republica creari. De Paulo etiam, & Barnaba scribitur in Actis: Et cùm constituissent illis per singulas Ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunationibus, commẽdauerunt eos Domino, in quẽ crediderũt. & Paulus scribit Timotheo. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiã cũ impositione manuum presbyterij. Quò significat apertè, à presbytero, & non à republica sacerdotẽ esse factũ. Idẽ declarat cũ alio loco ei scribẽs ait; Vt resuscites gratiã, quæ in te est per impositionẽ manuũ mearum. Iam verò munus sacerdotis est, vt Eũchariſtiã conficiat, & potestatem habeat ligandi, & soluẽdi criminibus. At Apostoli multò antè christiani fuerũt, quàm has facultates obtinuerint. non igitur simul ac quis christianus est, sacerdos haberi debet. Nã potestas celebrandi Eucharistiã data est Apostolis extremæ noctis cœna, postquam Christus panẽ in corpus, & vinũ in sanguinem suũ conuertit: quæ Apostolis destribuens dixit; Hoc facite in meã cõmemorationem: quibus verbis eiusdem rei faciẽdæ potestas eis tributa est. Ligãdi verò, & absoluẽdi facultas eisdẽ concessa est, cùm post resurrectionẽ (vt Ioannes narrat) dixit eis; Accipite Spiritum sanctum. quorũ remiseritis peccata, remittuntur eis: & quorum retinueritis, retenta sunt. Non ergo idem est christianum fieri, & sacerdotem

Luterus.

Sacerdotis potestas vincit naturæ vim.

Non reipub. partes sunt sacerdotis potestatẽ dispensare.

Heb. 5.

Act. 13.

Tantũ sunt sacerdotes quos Apostolis vel eorum vicarij sacerdotes fecerunt.

Tit. 1.

Act. 14.

1. Tim. 4.

Non simul ac quisquã christianus est sacerdos haberi debet.

Quando fuerit Apostolis data potestas celebrãdi Eucharistiam.

Quando ligãdi & absoluendi.

tem creari. Sed hoc argumento facilè
Luterus quas dicat esse sacerdotis partes. se Luterus expedit dicens: non esse veras sacerdotis partes, vt efficiat Eucharistiam, vt condonet, vel condemnet reos: sed vt doceat, vt legem Dei exponat, secundùm illud Malachiæ dictum: Labia sacerdotis custodiunt scientiam, & legem requirent ex ore eius; quia Angelus Domini exercituũ est. Ex quo colligit ille, christianos omnes tam viros, quàm mulieres, sacerdotes esse: quia christianorum omnium (ait ille) officium est scire, & ex
Hebr. 5. ponere legem Dei. Atqui Paulus proprium sacerdotis munus exponit dicẽs: Omnis namq; Pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs, quæ sunt ad Deum, vt offerat dona, & sacrificia pro peccatis. Et cùm in Exodo, Leuitico, & Numeris Aaron, & filij eius initiati narrãtur, eorumque munus exponitur, frequens sacrificiorum ab eis faciendorum mentio est: nulla verò doctrinæ populo exponendæ. Huc accedit, q̃ multi prophetæ legem Dei exponebant, monebant, & hortabantur populum, qui non erant ex Aaron oriũdi. quapropter nullo modo sacerdotes esse poterant. Paulus etiam probat Christum pontificem fuisse, non ex eo, quod docuit; sed ex eo, quod preces obtulit Deo: quod sui ipsius sacrificium fecit, quod se ipsum obtulit
Heb. 7. Deo. Talis (ait) decebat vt nobis esset Pontifex sanctus, innocẽs, &c. qui nõ habet necessitatem quotidie, quemadmodum sacerdotes priùs pro suis delictis hostias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit semel se offerendo. Et alio loco iterũ Paulus officiũ sacerdotis describit: Omnis (ait) pontifex ad offerẽdum munera, & hostias
Hebr. 8. constituitur. Vnde necesse est, & hũc habere aliquid, quod offerat. Non cõstituitur (inquit) ad docẽdum, sed ad offerendum: non necesse dicit esse habere aliquid, quod doceat; sed quod offerat. Ac de Christo concludit exponẽs in qua re sacerdotij munus imprimis sustinuerit: Christus (ait) assistens pontifex futurorum bonorum per amplius, & perfectius tabernaculum, non manufactum. id est, non huius creationis; nec per sanguinẽ hircorum, aut vitulorum, sed per propriũ sanguinem introiuit semel in sancta æterna redemptione inuenta. Paulus 1. Tim. 5.
Quod sit proprium sacerdotis munus. etiam significat presbyteros aliquos suis temporibus fuisse, qui alios non docerent, ait enim: Qui benè præsunt presbyteri, duplici honore digni sunt; maximè qui laborant verbo, & doctrina. Si maximè qui laborãt verbo, & doctrina: aliqui igitur ijs rebus non laborabant; alioqui illos cũ his non conferret, neque, maximè, diceret, si necessarium esse duceret, omnes presbyteros doctrinæ, & prędicationi incumbere. Impium etiam est *Impiũ est mulieres sacerdotio præditas esse putare.* quod dicit mulieres sacerdotio præditas esse. Nã præterquam quod neq; Eucharistiã cõficere, neq; absoluere, neq; ligare possunt, atq; adeo nec docere; in quo Luterus sacerdotij vim positam esse putat, diuina eis est lege permissum. Nã præstat doctor natu- *Cur mulieribus docere non permittatur.* ra discipulo: esset autẽ quædam quasi naturæ peruersitas, mulierem, quæ natura debet esse subiecta viris, eisdem prẽfici, atque præesse. Qua ratione ductus Paulus Corinthijs scribit; Mulieres in Ecclesijs taceant: non 1. Cor. 14.
Gen. 3. enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut & lex dicit. Si quid autẽ volunt dicere, domi viros suos interrogent. turpe est enim mulieri loqui in Ecclesia. Timotheo etiam scribit:

1.Tim.2. Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio: Adã enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non est seductus, mulier autẽ seducta in præuaricatione fuit. Quam obrem concilium Carthaginense. 4. ca. 99. Mulier (ait) quamuis docta, & sancta, viros in conuentu docere non præsumat. Quod vero Malachias dixit: Labia sacerdotis custodiunt scientiã, & legẽ requirent ex ore eius: intelligendum est, alia esse, quæ sacerdotem decent, alia, quę ei necessaria sunt, vt sacerdos esse censeatur. Decet quidem sacerdotem scientia legis Dei, quem ex munere suo colit, & cui est datus minister: si tamen ea careat, aut ea non imbuat alios, minimè propterea munere suo se abdicare credendum est. Sicut de Episcopo præcipit Paulus, Oportet Episcopum irreprehẽsibilem esse, vnius vxoris virum, sobriũ, prudentem, &c. quibus virtutibus si vacet Episcopus, de officio quidem suo decedit, verè tamẽ est Episcopus. iam enim dudũ aduersarijs probauimus, neminem propter improbos mores ea potestate priuari, quam per ordinem, aut per sacramenti administrationem consecutus est. Verè enim improbus sacerdos baptizat, absoluit, edit Eucharistiã, & alijs officij sui muneribus fungitur. Christus enim discipulis suis dixit, Super cathedrã Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi, quæcunque dixerint vobis, facite, secundum opera eorum nolite facere. Sed Lutetus probare contendit, omnes homines esse sacerdotes, quòd Petrus scribat, Vos estis genus electũ, regale sacerdotiũ. & Ioãnes in Apocalypsi, Fecisti nos Deo nostro regnũ, & sacerdotes, & regnabimus super terrã. Sed eodẽ argumẽto probaret etiã omnes homines esse reges: ac proinde alium alij obedire non debere. Quod cùm absurdissimũ sit, quis non intelligit, absurdissimã etiam esse Luteri argumentationẽ! Sed in eam partem & à Petro, & à Ioanne superiores sententiæ accipiuntur, vt credentes sint regnum Dei: quia ei parent, eisq; ipse leges fert. Sicut populus Dei ex Abraham oriũdus appellabatur, quòd eius leges seruaret, & eius præcepta teneret, ac Deum suum esse crederet. Alieni verò, & infideles regnum Dei dici nõ possunt: quippe qui eum minimè cognoscant, neque eius imperium curent. Ità etiam credentes Dei sacerdotium sunt, quòd inter ipsos hoc munere Christus per ministros suos fungatur, quòd inter ipsos veri sacerdotes eius sint, qui vera ei sacrificia faciant, veroq; eius cultui addicti sint. Alieni populi, sicut neq; regnũ Dei; ita neq; regale eius sacerdotiũ sunt; quoniã nulla extra Ecclesiam vera, ac Deo grata sacrificia fiunt. Et in hanc sententiam Deus ipse (vt est in Exodo) dixit, Si audiêritis vocem meã, & custodiêritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cũctis populis: mea est enim omnis terra. & vos eritis mihi in regnum sacerdotale, & gens sancta. Quæ horum locorum explicatio mihi præter cæteras planior, & germanior videtur. Ex ijs etiam argumẽtis, quibus Ecclesiam mirifico variorum graduũ ordine decorari, ac eius hierarchiam componi probauimus, refutatur alius aduersariorum pernicioſus error, asseuerantium nullum esse discrimẽ inter Episcopos, & alios sacerdotes. In quo errore primùm versatus fuit Arrius, deinde Vualdenses, & postea Marsilius Paduanus, cui subscri-

Conciliũ Carthaginẽse. 4.

Malachiæ locus exponitur.

Alia sacerdotem decẽt alia ei necessaria sunt.

1.Tim.3.

Mat. 23.

Luteri argumentum.

1.Pet.2.

Petri & Ioãnis locus declaratur.

Cur credẽtes regnum Dei appellentur.

Cur credẽtes sacerdotium Dei dicãtur.

Exod.19.

Arrius. Vualdenſes. Marſilius Paduanus.

Ioannes Vuicleph. *Luterus.* subscripsit Ioannes Vuicleph, quem temporibus nostris secutus est discipulus eius Luterus. At vetus sacerdotum collegium ita erat institutum, vt vnus sacerdos cæteris dignitate præcelleret, eisque præesset; ad quem solum aliqua munia pertinebant, sic vt alijs ea fas non esset obire: vt expiatio templi, ingressus in sancta sanctorum. Ergo ita etiam in Ecclesia cõstitutum esse existimandum est, vt tanto sacerdotum numero, alij, qui altiore dignitatis gradu collocati sunt, præsint, quorum partes sint aliqua præstare munera, quæ alij sacerdotes exequi non possint. & ita religiosè credimus, Episcopos maiore esse dignitate, quàm alios sacerdotes, eosque solos posse sacramenta Confirmationis, & ordinis suppeditare. Id quod nullo firmiori argumento demonstrabitur, quàm pristino Ecclesiæ more iam inde ab Apostolorum temporibus, vsque ad tempora nostra traducto. Hic verò summus Ecclesiæ consensus, qui vera per manus huius doctrinæ traditio est; quantam habeat religionem, quantaque ei sit habenda fides, libro primò cùm de traditionibus egimus, satis copiosè demonstrauimus. Ita verò primam Ecclesiam putâsse testatur Anacletus Martyr, qui tertius à Petro Pontifex Maximus fuit, in Epistola de ordinatione Episcoporum, Archiepiscoporum, & Presbyterorum, à Beato Petro Apostolo, & reliquis alijs Apostolis, ac à Beato Clemente nostro prædecessore, & Martyre accepimus: quòd Episcopi Apostolorum Domini, presbyteri quoque septuaginta discipulorum locum tenẽt. Episcopi autem non in castellis, aut modicis ciuitatibus debent cõstitui; sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab Episcopis ordinari, & poni: singuli tamen per singulos suos titulos, ne vilescat nomen Episcopi. Et post pauca; Porrò (ait) Ierosolymitanus primus Archiepiscopus beatus Iacobus, qui & Iustus dicebatur, à Petro, Iacobo, & Ioanne Apostolis est ordinatus, successoribus videlicet dando formam eorum, vt non minùs quàm à tribus Episcopis, reliquis prouincialibus assensum præbentibus, vllatenus Episcopus ordinetur: reliqui verò sacerdotes à proprio ordinentur Episcopo. Docet etiã Eusebius Papa, & Martyr in Epistola ad Episcopos Campaniæ; Episcopos sacerdotes initiare posse: sacerdotes verò minimè Episcopos consecrare valere, soloscq; Episcopos posse confirmare. id quod etiam decernit Concilium Toletanum primum cap. 20. & Hispalense secundũ, capitulo. 7. Dionysius etiam capitu. 1. de cœlesti hierarch. tres distinguit gradus hierarchiæ: in primo collocat Episcopum, quem perficientium vocat: in secundo sacerdotem, quem nominat illuminantium: & in tertio diaconos, quem appellat purgantium. Dubium igitur non est, quin semper in Ecclesia Episcopi cæteris sacerdotibus dignitate præcesserint. Quod alio necessario argumento, Concilij nimirum Tridentini decreto probabo; si paucis ad argumẽta, quibus nos aduersarij oppugnant, respondero. Primùm nos Vuicleph ad Hieronymum allegat exponentem illud Epistolę ad Titum: Huius rei gratia reliquite Cretæ, &c. quo loco longa oratione persequitur, nihil ex Christi instituto differre inter sacerdotem, & Episcopum: sed postea ad Ecclesiæ seditio-

Veteri sacerdotum collegio vnus sacerdos cæteris dignitate præcellebat.

Episcopi maiori sunt dignitate quã alij sacerdotes.

Pristinus Ecclesiæ mos demonstrat Episcopos maiore dignitate esse quam alij sacerdotes.

Anacletus.

Eusebius.

Concilũ Toletanum.

Concilium Hispalense 2.

Dionysius.

Vuicleph argumentum.

Tit. 1.

Hieronymus.

ſeditiones tollẽdas, dum ſe alius Pauli, alius Cephæ nominaret: quòd diuerſi, à diuerſis baptizarentur; ne id eſſet factionis occaſio, lege humana cautũ fuiſſe, vt vnus ſacerdos alijs, qui baptizabant, præeſſet; ex quo Epiſcopi dignitas in Eccleſiã introducta eſt. Sed fatemur ita Hieronymũ ſanctiſsimum virũ putaſſe, cui nos tantorum Pontificũ, conciliorũ, & grauiſsimorũ virorũ ſententias opponimus; quas ſi vidiſſet ipſe, pedibus ac manibus in noſtram iret ſententiã. Citãt præterea multa Pauli loca, quibus Epiſcopos, presbyteros nuncupat: viciſsimque presbyteros, Epiſcopos: vt illud; Oportet Epiſcopũ irreprehenſibilẽ eſſe: quo nomine presbyteros cõprehẽdit. nam mox tranſijt ad Diaconos.

Hæreticorũ argumẽtum.

Non prætermitteret autẽ ſacerdotes, quorum præcipuæ partes in Eccleſia ſunt, ſi Epiſcoporũ nomine minimè cõprehẽſos eſſe putaret. & in Epiſtola ad Philippenſes ſcribit; Paulus & Timotheus omnibus ſanctis, qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconibus, gratia vobis & pax. Cur ſacerdotes, vel presbyteros non etiam ſalutauit, niſi quia eos etiã Epiſcopi verbo declarauit? & cur numero plurali Epiſcopos dixit, cùm non plures, ſed vnũ Epiſcopum Philippis fuiſſe putãdum eſt? Quare dubium non eſt, quin reliquos etiam presbyteros illo verbo intellexerit. Cùm verò Titum monet, vt presbyteros per ciuitates conſtituat; cùm dicit; Presbyteros qui bene præſunt, duplici honore eſſe dignos; Epiſcopi etiam ſignificantur. Sed non rectè còcluditur ex eo, quod hi magiſtratus nomine conueniant, re non diſtingui: præſertim cùm illorum hæc propria nomina non ſint, ſed ex alijs rebus tranſlata. Significat enim Epiſcopus propriè ſpeculator, ab ἐπισκοπεῦμαι, quod ſpeculor ſignificat: fuitque nomen apud veteres Græcos magiſtratus, cuius munus erat panem, & alias res, quæ ad cibum pertinerent, procurare: quo nomine vtitur Cicero ad Atticum libro. 7. Vult (ait) Pompeius me eſſe, quẽ tota hæc Campania, & maritima hora habeat Epiſcopum, ad quem delectus, & negotij ſumma referatur. Cùm igitur aliunde ſit à viris ſanctis hoc nomen petitum, vſurpabatur aliàs ad eum antiſtitem, qui populi curam habebat, & alijs ſacerdotibus præerat ſignificãdum: aliàs ad ſacerdotem, cuius partes erãt cibum è cœlo delapſum proponere. Vſus tamen iam loquentium obtinuit, vt ad Antiſtitem declarandum, qui alios ſacerdotes dignitate ſuperat, tantùm acommodetur. Preſbyter autem propriè ſignificat ſeniorem, quales grauitate morum Epiſcopos, & ſacerdotes oportet eſſe. quare in vtroſque id verbum conuenire poteſt. Sed dicunt aduerſarij, ex veteribus inſtitutis, quibus nos ſententiam noſtram confirmamus, erroris coargui. Nam licet Aaron ex Dei inſtituto ſacerdotium haberet, alij etiam ex eo non oriundi ſacerdotes erant: ſcribitur enim in ſecundo Regum: Filij autem Dauid ſacerdotes erant. Sed nihil iſti niſi errores, & ſtultitiã afferũt. Nã Hebraicè eſt כֹּהֲנִים *cohanim* quod eſt nomẽ ambiguum; aliàs principes, aliàs ſacerdotes ſignificans. Sed loco citato ſignificat principes: quod etiã intellexit vulgatus, & ſacerdotes trãſtulit, vt totam nominis ambiguitatem cõuerteret. Veram autẽ, quã poſui interpretationẽ eſſe, planũ fit ex. 1. Parali. 18. quo idẽ ita narratur: Porrò filij Dauid primi ad manum regis. Ac deniq;

Epiſcopus quid propriè ſignificet.

Epiſcopus quem magiſtratũ apud Græcos declarabat.

Presbyter quid propriè ſignificet.

Hæreticorũ argumẽtum.

Locus ſecundi Regũ expenditur.

1. Paral. 18.

Phil. 1.

Tit. 1.

1. Tim. 5.

Epiſcopus, & ſacerdos nomine apud Paulũ conueniunt.

deniq; ea quæ à nobis hoc capite poſi
Conciliū Tridentinum. ta ſunt, definit Conciliū Tridētinum Seſsione.23.c.4.Quod ſi quis(ait) omnes chriſtianos promiſcuè noui teſtamenti ſacerdotes eſſe, aut omnes pari inter ſe poteſtate ſpirituali præditos affirmet: nihil aliud facere videtur, quàm Eccleſiaſticam hierarchiã,quę eſt vt caſtrorũ acies ordinata, confundere:perinde acſi cõtra beati Pauli doctrinam omnes Apoſtoli, omnes prophetæ,omnes Euangeliſtæ, omnes paſtores,omnes ſint Doctores. Proinde ſacroſancta Synodus declarat, prętereteros Eccleſiaſticos gradus,Epiſcopos,qui in Apoſtolorũ locũ ſucceſſerunt,ad hũc hierarchicũ Ordinẽ præcipuè pertinere,& poſitos,ſicut idem Apoſtolus ait,à Spiritu ſancto regere Eccleſiam Dei, eoſq; presbyteris ſuperiores eſſe,ac ſacramentũ cõfirmationis cõferre,miniſtros Eccleſiæ ordinare,atq; alia pleraq; peragere ipſos poſſe: quarũ functionum poteſtatẽ reliqui inferioris Ordinis nullam habẽt. Docet inſuper ſacroſancta Synodus, in ordinatione Epiſcoporũ, ſacerdotum,& cæterorũ ordinum, nec populi,nec cuiuſuis ſecularis poteſtatis, & magiſtratus conſenſum, ſiue vocationem,ſiue auctoritatẽ ita requiri,vt ſine ea irrita ſit Ordinatio: quin potius decernit eos,qui tantũmodò à populo,aut ſeculari poteſtate, ac magiſtratu vocati,& inſtituti ad hæc miniſteria exercenda aſcendũt,& qui ea propria temeritate ſibi ſumũt, omnes nõ Eccleſiæ miniſtros,ſed fures,& latrones per oſtiũ non ingreſſos habendos eſſe.Et in can.6. Si quis dixerit, in Eccleſia Catholica nõ eſſe hierarchiam, quę conſtat ex Epiſcopis,presbyteris, & miniſtris,Anathema ſit. Si quis dixerit,Epiſcopos nõ eſſe presbyteris ſuperiores,vel nõ habere poteſtatẽ confirmãdi,& ordinãdi:vel eam,quã habent,illis eſſe cum presbyteris cõmunem; vel Ordines ab ipſis collatos ſine populi,vel ſecularis poteſtatis conſenſu, aut vocatione, irritos eſſe:aut eos,qui nec ab Eccleſiaſtica, & Canonica poteſtate ritè ordinati, nec miſsi ſunt; ſed aliunde veniunt, legitimos eſſe verbi, & ſacramẽtorũ miniſtros, Anathema ſit.Et Can.8. Si quis dixerit Epiſcopos, qui auctoritate Romani Pontificis aſſumuntur, non eſſe legitimos,ac veros Epiſcopos, ſed figmentum humanum,Anathema ſit.

Can.8.

CAP.29. Matrimonium eſſe ſacramentum.

SEquitur vt de alio ſacramẽto diſſeramus, quod ad naturalẽ ſpectat Reipub.propagationem; de matrimonio inquã,quod vltimũ habetur ſacramentorũ.Quod varijs qui dem modis ab aduerſarijs tractatur: aliàs illud prædicant, vehemẽter laudant,& virginitati,& cœlibatui prę fẽrũt: aliàs detrahũt, vehementerq; de eius dignitate derogãt.Siquidem nos Luterus,& Caluinus irridet,quòd ſacramentũ eſſe religioſè credamus. At ſacramenta ſigna quędã(vt diximus) ſunt,quæ ſenſui ſubiecta,res ſacroſanctas,& arcanas ſignificãt,& quaſi occultãt, & reconditas habent:vt baptiſma,qua ex parte per illud aqua mergimur,ſignificat cædẽ,& ſepulturam Chriſti;ſicut Paulus ait: Quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus: conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in morte: qua verò ex parte emergimus, reſurrectionem Chriſti refert.

Hæretici variijs modis matrimoniũ tractant.

Sacramenta res arcanas ſignificãt & quaſi recõditas habent.

Rom.6.

Baptiſmatis ritus quid ſignificet.

tum quòd nos è vitijs emergamus,
Rom.6. & ad frugem redeamus. Sicut etiam Paulus docet dicens; Conſepulti ſumus per baptiſmum in morte, vt quo modo Chriſtus ſurrexit à mortuis
Euchariſtiæ ritus quidnã ſignificet. per gloriam Patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus. Hac etiam ex
1.Cor.11. parte vitam beatam repræſentat, ad quam aſpiramus, vt ipſe Apoſtolus ſcribit ſubiungẽs, Si enim complãtati ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. Ita etiam Eucharistia exprimit Chriſti cædem: ſicut Paulus etiã perſtringit dicẽs. Quotieſcunq; manducabitis panem hũc, & calicem bibetis, morte Domini annũtiabitis donec veniat. Qua verò ex parte eius materia eſt panis, & vinũ, ſignificat (vt declarat Auguſtinus) cõmunitatẽ chriſtianorũ, & charitatem quæ debet inter eos intercedere. Idẽ ſi reliqua ſacramenta perſequamur vſuvenire intelligemus. Matrimoniũ autem huiuſmodi etiam eſt, vt prẽter quàm quòd gratiã cõciliet, rerũ ſacra
Ephe.5. rum, & arcanarũ ſymbolum etiã ſit.
Matrimoniũ rerum ſacrarum, & arcanarum ſymbolum eſt. Quod Paulus luculentiſsimè tractat ita Epheſijs ſcribẽs: Mulieres viris ſuis ſubditæ ſint, ſicut Domino. Quoniã vir caput eſt mulieris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ, ipſe ſaluator corporis eius. Sed ſicut Eccleſia ſubiecta eſt Chriſto: ita & mulieres viris ſuis in omnibus. Ecce quomodo in coniugij ſocietate ex Apoſtoli ſentẽtia myſterium continetur coniunctionis inter Chriſtum, & Eccleſiã, vt qua ex parte mulier ſubiecta eſſe, & obedire debet viro, obſequium, & obtẽperatio ſignificetur, quã debet Eccleſia Chriſto: & quatenus vxor, & vir vnũ quaſi corpus, & vna caro cõiugio, & mutua beneuolentia fiunt: ita vt vir caput ſit, mulier verò reliquum corpus; referatur Eccleſiam eſſe corpus Chriſti, Chriſtum verò caput eius, ex quo vita, & quicquid boni habet ad eam manat. Ex qua coniunctione vt charitas, & neceſsitudo magna naturain ter virum, & vxorem naſcitur: ſic ex eo, quod Chriſtus ita fuit cum Eccleſia copulatus, eã vnicè dilexit. Quod myſterium Paulus mox exponit dicens: Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiam, & ſeipſum tradidit pro ea. &c. Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua. Qui ſuam vxorem diligit, ſeipſum diligit: nemo enim vnquam carnem ſuam odio habuit: ſed nutrit, & fouet eam, ſicut & Chriſtus Eccleſiam: quia membra ſumus corporis eius, de carne eius, & de oſsibus eius. Propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit vxori ſuæ: & erunt duo in carne vna. Tangit vnde fuerit Eua informata, ex oſſe nimirum Adæ. & verba, quæ Deus in ea informanda protulerit, vt demonſtret ex hoc, corpus vnum, & carnem vnam, virum, & vxorem eſſe: ac proinde id quod dixerat, debere viros vxores ſuas vt corpora ſua diligere: & ſeipſum diligere, qui ſuam vxorem diligit. Ac tandem concludit, quod nos probare nitimur; ſacramentum hoc magnum eſt; ego autem dico in Chriſto, & Eccleſia. Si ſacramẽtum vocat Paulus coniugiũ; quid ampliùs diſceptamus? aut quid ampliùs à nobis aduerſarij requirunt? Itaq; ex Pauli doctrina, ſicut eſt propter duas res imprimis matrimoniũ inſtitutum: primum, vt tanquã vnum corpus, & vna caro, vir, & vxor ſint: ex quo ſequitur aliud; vt ſe inter ſe vehementer diligãt, ita res duas arcanas, & admirabiles repræſentat. Primùm illam refert eximiam

Matrimoniũ res duas arcanas repræſentat.

eximiam Dei ad hominũ naturę adiũctionem, qua Deus homo factus est: quæ immẽsum amorẽ peperit Dei erga Ecclesiã, ita vt eam sibi spõsam adiũxerit. Cùm igitur tantũ mysterium matrimonio cõtineatur, meritò sacramentũ habetur: Præsertim, quòd ita à Diuo Paulo hoc loco vocetur. Sed dicunt aduersarij, Græcè nõ sacramentum, sed mysteriũ scribi à Paulo, facilè patimur: nihil enim interesse putamus inter mysteriũ, & sacramentum. Sunt enim Græcis mysteria sacra quę dã arcana, quę seclusa latini vocãt. ita à Græcis dictũ quod oporteat μύστας τηρεῖν ἀπορρήτους. idem autem apud Theologos est sacramentũ. Est ergo (vt diximus) matrimoniũ sacramẽtũ, quod mysteriũ, vt aduersarij volũt, ab Apostolo nominetur. Sed dicũt illi; hoc sacramentũ Paulus in Christo, & Ecclesia esse dicit, nõ in nobis. vide hominũ stultitiã! in Christo est res sacra, & arcana ipsa, quã hoc signũ intùs occludit, & adumbrat: sacramentũ autẽ in eis, qui matrimonium celebrãt. Sicut baptismatis mysteriũ, & significationẽ (vt exposuimus) habet cędis, & sepulturæ Christi: est tamẽ hoc sacramentum non in Christo, sed in eis, qui baptismatis suscipiũt: cædes autẽ, & sepultura Christũ attigit. Ita cũ Paulus dicit sacramentũ esse magnũ in Christo & Ecclesia, declarat illã maximã coniunctionẽ, quã hoc sacramentũ significat, inter Christũ, & Ecclesiã imprimis esse. Est etiã matrimoniũ sacramẽtum, quod gratiã significat, quam nobis hoc sacramentũ cõciliat. Nam est magnũ quoddã remedium ad libidinem, & intemperantiã sedandã. Sicut Paulus ait; Quod si non se continent, nubãt: melius est enim nubere, quàm vri. Id autẽ remedij imprimis habere putandũ est, propter diuinũ auxilium, quod per hoc sacramentũ præstatur. Experimur enim alios homines, qui rẽ cũ alienis mulieribus habere cõsueuerunt, nihil ex hac re temperatiores euadere, sed lõgè magis aculeis libidinis pũgi. Paulus etiã dicit, honorabile cõnubiũ in omnibus, & thorus immaculatus. Quare dubiũ nõ est, quin Dei gratia labe purgetur, & sanctũ reddatur: præsertim cùm tantũ, quantũ declarauimus, mysteriũ includat. Dicit etiã Paulus; Sanctificatus est enim vir infidelis, per mulierẽ fidelẽ; & sanctificata est mulier infidelis, per virũ fidelẽ; alioquin filij vestri immundi essẽt: nunc autẽ mũdi sunt. Cùm igitur hęc sanctitas ex matrimonio percipiatur, gratiam sine dubitatione cõciliat. Cuius rei illud firmissimũ argumentum est, quod Conciliũ Florentinũ dicit; Septẽ Ecclesię sacramẽta cõtinere gratiam, & illã dignè suscipiẽtibus cõferre: numeratq; matrimoniũ in septem Ecclesiæ sacramẽtis. & Conciliũ Tridẽtinum Sessione. 7. Can. 6. ita decernit. Si quis dixerit, sacramẽta nouæ legis nõ cõtinere gratiã, quã significãt: aut gratiã ipsam, nõ ponẽtibus obicẽ nõ conferre. &c. Anathema sit. Et in Can. 1. hoc sacramẽtum in numero septem sacramentorũ posuit. Et Can. 7. Si quis dixerit, non dari gratiã per huiusmodi sacramẽta semper, & omnibus, quãtum est ex parte Dei, etiã si rìtè ea suscipiãt: sed aliquãdo, & aliquibus, Anathema sit. Et Cano. 8. Si quis dixerit, ipsa nouæ legis sacramẽta ope re operato nõ cõferre gratiã, Anathema sit. Ex quibus etiã Decretis cõstat, matrimoniũ esse sacramẽtũ: id quod etiã probãdũ suscepimus. nihil ènim sua vi, nisi sacramentũ gratiã adiũgit. Est etiam singulare Decretũ de hoc sacra-

Aduersariorum argumẽtum.

Nihil differt inter mysterium & sacramentum.

Aduersariorum argumẽtum.

Conciliũ Florentinum.

Conciliũ Tridẽtinum.

Matrimoniũ magnũ remediũ est ad libidinẽ sedandam.

1. Cor. 7.

Heb. 13.

1. Cor. 7.

ſacramento à Concilio Tridentino Seſsione vigeſimaquarta cõſtitutum his verbis; Gratiam, quæ naturalem illum amorem perficeret, & indiſſolubilem vnitatem confirmaret, coniugeſque ſanctificaret, ipſe Chriſtus, venerabilium ſacramẽtorum inſtitutor, atq; perfector, ſua nobis paſſione promeruit. Quod Paulus Apoſtolus innuit dicens; Viri diligite vxores veſtras, ſicut Chriſtus dilexit Eccleſiã, & ſeipſum tradidit pro ea. Mox ſubiungens: Sacramentũ hoc magnũ eſt: ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia. Cùm igitur Matrimoniũ in lege Euangelica veteribus cõnubijs per Chriſtum gratiã præſtet, meritò inter nouæ legis ſacramẽta annumerãdum ſancti Patres noſtri, Concilia, & vniuerſalis Eccleſiæ traditio ſemper docuerunt. Et Can. 1. Si quis dixerit, matrimonium non eſſe verè, & propriè vnum ex ſeptem legis Euangelicæ ſacramentis, à Chriſto Domino inſtitutum; ſed ab hominibus in Eccleſiam inuectum, neque gratiam conferre, Anathema ſit.

Aduerſariorum argumẽtum. Sed dicũt aduerſarij; ſacramẽtum oportet eſſe ceremoniã à Chriſto inſtitutã. Matrimoniũ autem antequã Chriſtus veniret, inter homines ſanctè, & religioſè colebatur: atq; adeò fuit ab ipſo Deo ſtabilitum, cùm primis noſtris parentibus benedicens dixit; Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã. Non igitur fuit matrimonium ſignum à Chriſto propoſitũ: ac proinde ſacramentũ eſſe non poteſt.

Gen. 4.

Quid ad vim attineat ſacramenti. Sed non attinet ad ſacraméti rationẽ, vt ceremonia noua, & nũquam ante Chriſtũ audita ſit: ſed vt vim acccepe rit à Chriſto ad animũ ſanandũ, & in Dei amicitiã reducẽdum, & vt ſignũ ſit rei alicuius à Chriſto geſtæ. quæ ómnia cùm ſimul in hoc ſacramento concurrãt (vt probauimus:) nihil amplius poſtulandũ. Antè verò, licet matrimoniũ celebraretur, nõ ea vi prędi tum erat, qua modo eſt: nõ enim gratiam ſua vi conciliabat, neq; ita perfectè adiunctionẽ Chriſti ad Eccleſiam ſignificabat. Nondum enim Deus factus erat homo, neq; ſponſam ſibi Eccleſiam collocauerat. Tum quòd ipſum matrimoniũ valdè exiguã tantæ coniunctionis ſignificationẽ habere poſſet: nam erat viris conceſſum plures vxores habere: at Chriſtus vnã tantùm ſibi cooptauit Eccleſiã. Permittebatur etiã nuntiũ vxori remittere, & aliã ducere: at Chriſtus nunquã Eccleſiam repudiauit, neq; perpetuis temporibus repudiaturus eſt. Quare multùm inter matrimonium à Chriſto inſtitutum, & vetus matrimonium intereſt. Nam modò gratiam ſua vi conciliat, cùm antè non conciliaret: modò expreſſa imago eſt coniunctionis Chriſti cum Eccleſia: nam præſtita iam à Chriſto hæc coniunctio eſt. Tum eam vehementer imitatur: nam neque fas eſt aliam, præterquam vnam vxorem adiungere: neque priori ſuperſtite (vt mox probabimus) aliam ducere. Quod ſi Chriſtus charitatis præceptum meritò, & ſuum, & nouum appellauit; licet ab ipſa natura, & à Deo iam diu datum fuiſſet: quòd cùm vetuſtate propter improbas additas ab hominibus leges quaſi conſenuiſſet, & obſoleuiſſet, illud renouauerit, reſtituerit, & multa, atque præclara illius documenta, & exempla exhibuerit: quò magis matrimonium, & nouum, & à Chriſto inſtitutum exiſtimandum eſt, cùm vt eſt apud Matth. dixerit; Quos Deus coniunxit, homo non ſeparet.

Matrimoniũ antè nõ ea vi prædituũ erat qua modo prædituũ eſt.

Matrimoniũ antè exiguã coniunctionis Chriſti ad Eccleſiam ſignificationẽ habebat.

Matrimoniũ à Chriſto renouatum ſe.

Matt. 19.

CAP. 30.

CAP. 30. *Non esse fas plures habere vxores, vel repudiata priore aliam ducere.*

EXplicuimus matrimonij naturam, qua ex parte sacramentum est, quæ in eius significatione cernitur; ex qua facilis patet aditus ad aliam disceptationē, quæ nobis cum aduersarijs est opinātibus, fas esse plures habere vxores. In quo turpissimo errore Anabaptistæ versantur. quare tota destruitur huius sacramenti sancta, religiosaq; significatio. Nō enim nisi vnam Ecclesiam Christus habuit in matrimonio. quare qui duas sibi adiungeret, tam admirabile mysterium minimè referret. Cuius vsq; adeò studiosus Christus fuisse videtur, vt licētiæ, quæ dabatur olim, vel potiùs permittebatur, priorem vxorē propter adulterium relinquendi, & aliam ducendi, palàm & apertè restiterit, vt est apud Matthæum: de qua re pluribus statim disseremus. Paulus etiā scribit Ephesijs: virum caput esse vxoris, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Caput autem vnum corpus tantùm, ne mōstrum sit, sibi ad gubernandū poscit. Vnius igitur mulieris, nō plurium vir caput esse debet; vt sit etiam sicut Paulus requirit, mulieris caput, sicut Christus caput est Ecclesiæ. Nā vnius tantū Ecclesiæ caput est, sicut ipse dicit in Canticis: Vna est columba mea, perfecta mea, vna est matri suæ, electa genitrici suę. Iam verò vt est in Genesi, & citatur etiam à Paulo; Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem suam, & adhęrebit vxori suę; & erūt duo in carne vna. adhærebit (ait) vxori suæ, non vxoribus. Illud tamen vehementissimè vrget; Et erūt duo in carne vna. Ex duobus tantùm cōiunctionem, & cōmunionem illam constare vult. Subijcit etiā Paulus alia verba, quibus apertè nobiscū sentire declarat; Veruntamen, & vos singuli vnusquisq; vxorē suā, sicut seipsum diligat: vxor autē timeat virū suum. vbiq; cùm de vno viro loquitur, vxorem, & non vxores nominat. Quod si fieri posse credidisset ab vno viro plures vxores adiungi, leuiter illarū saltem meminisset, aut aliqua etiam ratione eas ad concordiam informaret. Nam qui tam immoderatā licentiam hodiè dant, planè rem pernicioſam in domos inducunt, seditionem, atq; discordiam: nunquam enim, aut rarò inter duas vxores conueniret, dū vna quęq; viro suo per se frui vellet, valde que sibi inter se inuiderent. Quod ex Lia, & Rachel; ex Sara, & Agar; ex Anna, & Phenena facilè cognosci potest: adeo vt Abraham sanctissimus ad disidia tollenda cogeretur Agar vxorem suam domo pellere. Quæ autem tam ampla domus, tam stabilis familia esset, quæ mutuis odijs, disidijs, atq; discordijs funditùs non periret? Quid? nōne Paulus id apertissimè Corinthijs scribit dicēs, Vxori vir debitum reddat; similiter autē, & vxor viro. Mulier sui corporis potestatem nō habet, sed vir: similiter autē, & vir sui corporis potestatem nō habet, sed mulier. Nolite fraudari inuicem: nisi forte ex cōsensu ad tempus. Quod si vir (vt ait Paulus) sui corporis potestatem non habet, quo pacto poterit alteri sui copiam, & potestatem facere? Quod si debet vir, ex Pauli etiā sententia, vxori debitum reddere: quo pacto licebit ei ita se nouis nuptijs implicare, vt debitum nullo modo soluere possit? Quod si eodem auctore vxor, & vir

Anabaptistæ

Pluribus vxoribus destruitur sacramēti matrimonij significatio.

Matt. 19.

Eph. 5.

Cant. 6.

Eph. 5.

Magnam seditionē in domos inducūt qui duas vxores permittunt.

1. Cor. 7.

& vir non debent fraudari inuicem, niſi ex conſenſu ad tẽpus: qui fieri poteſt, vt liceat viro palàm vxorem vel inuitam, & renuẽtem alteri æmulæ ſe addicẽdo offendere, atque fraudare? At nobis aduerſarij obiectãt Patriarcharum exẽplum. Sed id quo pacto vſuuenerit, explicat Innocẽtius. c. gaudemus ext. de diuortijs, dicens; Nulli vnquam licuit inſimul plures vxores habere: niſi cui fuit diuina reuelatione conceſſum. Quare Deo annuente, qui ſolus huiuſmodi licẽtiam largiri potuit, Patriarchæ plures vxores duxerunt: quod ea de cauſa factum eſſe exiſtimo, quòd cùm Abraham Deus pollicitus fuiſſet, poſteros ſuos ſicut arenam maris ſe propagaturũ, ſapientiſsimus Deus, qui ſuauiter (vt eſt in Sapientia) diſponit omnia; voluit cauſas ad id humanas etiam adhiberi, & propterea eam Patriarchis facultatẽ cõceſsit, vt veri Dei cultores, quibus erat orbis terrarum vehemẽter deſtitutus, ex eis propagarentur. Deo autẽ non concedẽte, ipſa natura plures vxores habere prohibet. Prohibet etiã ſi nuntius vxori remittatur, aliam ducere. In quo nobis etiam Caluinus, Lutherus, Melancton, & alij aduerſarij reſiſtũt. Sed nobis multa, & perſpicua ſacroſanctæ ſcripturæ loca grauiſsimũ teſtimonium dant: Chriſtus enim (vt narrat Matthęus) à Phariſęis rogatus; Si licet homini dimittere vxorẽ quacunq; ex cauſa, reſpõdit; Non legiſtis, quia qui fecit hominẽ ab initio, maſculum, & fœminã fecit eos, & dixit; Propter hoc dimittet homo patrem, & matrem, & adhærebit vxori ſuę, & erunt duo in carne vna. Itaq; iam non ſunt duo, ſed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non ſeparet. Dicunt illi; Quid ergo Moyſes mãdauit dare libellum repudij, & dimittere? ait illis; Quoniam Moyſes ad duritiam cordis veſtri permiſit vobis dimittere vxores veſtras: ab initio autem non fuit ſic. Ac tandem generaliter pronuntiat; Dico autẽ vobis; quia quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Quod autem omnino & in totum vetet aliã vxorem adiungere priore repudiata, declarant Marcus, & Lucas, qui idipſum ſine vlla exceptione pronuntiáſſe narrant. Marcus enim ait; Quicunq; dimiſerit vxorem, & aliam duxerit, adulteriũ committit ſuper eam. Et ſi vxor dimiſerit virum ſuum, & alij nupſerit, mœchatur. Lucas verò ſic inquit; Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur; & qui dimiſſam à viro ducit, mœchatur. Cùm ergo Chriſtus apertiſsimè dicat diuortium, qua ratione eo vtebantur Iudæi vt aliã ſibi in matrimonio collocarent, non eſſe natura conceſſum, ſed propter duritiam, & contumaciam eorum fuiſſe à Moyſe permiſſum: & ex eo præterea cõcludat illam propoſitionem generalem, vt Marcus, & Lucas teſtantur. Chriſti igitur, & naturæ lege prohibitum eſt omnino, & in totum aliam vxorem priore ſuperſtite ducere. Sed aduerſarij reſpondentes nos vrgẽt, & proferunt totius ſuæ cauſæ robur, ac firmamentum; Chriſtus docens, qui duxerit aliam, mœchatur: planè, & apertè excepit fornicationis cauſam: nam dicit; Quicunque dimiſerit vxorem ſuam, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur. Si hãc cauſam excipit; intelligit ergo hac de cauſa fas eſſe ſuperſtite vxore priore aliã ducere. Quod argumentum adeò vehemens

Innocentius.

Annuẽte deo Patriarchæ plures habuerunt vxores.

Cur plures vxores Patriarchis à Deo concedebãtur.

Non licet ſi nuntius priori vxori remittatur aliã ducere.

Caluinus.

Lutherus.

Melancton.

Matt. 19.

Luc. 16.

Hæreticorũ firmamẽtũ.

hemens quibuſdam catholicis viris, Caietano, Eraſmo, & Caterino viſum eſt, vt eos in aduerſariorũ ſententiam traduxerit. Sed decipiuntur ſanè. Illa enim exceptio non refertur ad illam generalem propoſitionem, qui aliam duxerit, mœchatur: ſed ad illã, de qua Chriſtus à Phariſæis rogatus eſt: ſi licet dimittere vxorem quacunque ex cauſa; Chriſtus autẽ reſpondit; nulla ex cauſa, niſi ob fornicationẽ. Itaq; ſi hanc doctrinam cum ea, quę eſt eiuſdem materiæ apud eũdem auctorem capite quinto coniũgamus, duas quæſtiones eiſdem prope verbis Chriſtus explicauit. alia ea eſt, quam Phariſæi propoſuerũt; Vtrùm liceat vxori nũtium remittere quacunque de cauſa? quam ſic explicat; Omnis qui dimiſerit vxorem ſuam, excepta fornicationis cauſa, facit eam mœchari: vt eſt apud Matthęum capite quinto. ideſt, ad magnam eam mœchandi occaſionem impellit. Nam facilè à virò ſuo deſerta, alijs ſui copiam faciet: quam occaſionem quacunque de cauſa mulieri offerri ſcelus eſt: ob fornicationem verò fieri concedit. Alia quęſtio ea eſt; vtrùm liceat vxore repudiata aliam in matrimonio adiungere; vel repudiatam ab alio vxorem duci. De quo licet non eſſet rogatus: quia tamen ad idem propoſitum ſpectabat, & vtrumque licere Iudæi vulgò putabant; Chriſtus aliter decernit dicens; Quicunq; dimiſerit vxorem ſuam, & aliam duxerit, mœchatur: & qui dimiſſam duxerit, mœchatur. Primam quæſtionem non tetigerunt Marcus, & Lucas; ſed tãtùm ſecundam: & ob eam rem illas propoſitiones, quas attulimus, omnino, & in totum ſine vlla exceptione ſcripſerunt. Non igitur vlli homini fas eſt quidquam excipere ex illo oraculo, quod eſt ſine vlla exceptione generaliter editũ. Quod autem hæc vera Chriſti doctrina ſit, & in hanc partem eius dicta accipienda, grauiſsimum dat nobis teſtimonium Paulus, qui hanc Chriſti doctrinam recitat, & ita explicat dicens; Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio non ego, ſed Dominus, vxorem à viro non diſcedere: quod ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari: & vir vxorem non dimittat. Si dimiſſam vxorẽ ex Chriſti præcepto innuptam iubet manere Paulus; illa quam Chriſtus permittit dimiſsio vxoris ita intelligenda eſt, vt lecti, menſæ, atque domus ſocietas, & communio diſſoluatur; non matrimonij vinculum. Huc etiam accedũt certiſsima Conciliorum Decreta: ita enim Concilium Mileuitanum. c. 17. ſtatuit: Placuit vt ſecundum Euangelicam, & Apoſtolicam diſciplinã nec dimiſſus ab vxore, nec dimiſſa à marito alteri coniungatur; ſed ita maneãt, aut ſibimet recõciliẽtur. Quod ſi contempſerint, ad pœnitentiam redigantur. In qua cauſa legem Imperialem petẽdam promulgari. Et Concilium Florentinum numerans matrimonij commoda ait; Tertium indiuiſibilitas matrimonij, propter hoc, quòd ſignificat indiuiſibilem coniunctionem Chriſti, & Eccleſiæ. Quamuis autem ex cauſa fornicationis liceat thori ſeparationem facere, nõ tamen aliud matrimonium contrahere fas eſt; cùm matrimonij vinculum legitimè contractum perpetuum ſit. Et Concilium Tridentinũ Seſsione. 24. Can. 7. Si quis dixerit (ait) Eccleſiam errare cũ docuit, & docet iuxta Euangelicam, & Apoſtolicam doctrinam, propter adulterium alterius coniugum,

Matthæi locus difficilis accurate exponitur.

Matt. 5.

1. Cor. 7.

Concilium Mileuitanum.

Concilium Florentinum.

Concilium Tridentinum.

gum, matrimonij vinculũ non poſſe diſſolui,& vtrunq;, vel etiã innocentem,qui cauſam adulterio non dedit, non poſſe altero cõiuge viuẽte aliud matrimoniũ contrahere: mœchariq; eum,qui dimiſſa adultera aliam duxe rit, & eam, quæ dimiſſo adultero alij nupſerit, Anathema ſit.Sed obiectãt nobis aduerſarij Ambroſij teſtimonium exponentis.7.caput.1. Epiſtolæ ad Corinthios. Mitto dicere Petrum Lombardum, & Gratianum diſertiſsimos viros affirmaſſe verba, quæ iſti citant, non eſſe Ambroſij, ſed ab aliquo impio viro eius doctrinæ addita: cuius rei non leuis coniectura eſt, quòd in hac re neq; ab Auguſtino,neque ab vllo antiquorum auctorũ reprehendatur Ambroſius,cùm Auguſtinus clamet hãc, quã nos tradimus, eſſe Apoſtoli ſæpe repetitam doctrinam.Nam explicans illud Pauli;Quę ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi: ſi autem mortuus fuerit vir eius,ſoluta eſt à lege viri.igitur viuente viro vocabitur adultera, ſi fuerit cum alio viro.Quod Pauli teſtimonium à nobis planè,interprete Auguſtino ſtat: repetiturq; prima ad Corinthios epiſtola. ait enim Auguſtinus,Hæc verba Apoſtoli toties repetita, toties inculcata, vera ſunt, viua ſunt,ſana ſunt,plana ſunt.Nullius viri poſterioris vxor eſſe incipit, niſi prioris eſſe deſiêrit. Eſſe autẽ deſinet vxor prioris,ſi moriatur vir eius,non ſi fornicetur.Licitè itaque dimittitur cõiunx ob cauſam fornicationis: ſed manet vinculũ prioris:propter quod fit reus adulterij,qui dimiſſam duxerit, etiam ob cauſam fornicationis.

Aduerſariorum argumẽtum. *Ambroſius.* *Petrus Lombarduss* *Gratianus.* *Auguſtinus.* Rom.7. 1.Cor.7.

Cùm igitur Auguſtinus hãc Apoſtoli doctrinam eſſe duxiſſet, mirum eſt non reprehendiſſe Ambroſium ſecùs opinantem. Huc etiam accedit, quòd Ambroſius explanãs illa Chriſti verba apud Lucam; Omnis qui dimittit vxorem ſuam, & alteram ducit, mœchatur: multis argumentis viro ſuadet,ne vxori propter fornicationem nuntium remittat. Pone ſi nubat (ait) neceſsitas illius tuum crimen eſt, & coniugium, quod putas, adulterium eſt. Si adulterium eſt ex Ambroſij ſententia; ex eiuſdem igitur ſententia non licet. Sed id quod ſatis probabiliter dici pro Ambroſio poſſet,miſſum facio, illudque aſſeuero, ſi tam plana Conciliorum de hac re Decreta Ambroſius vidiſſet, aliter certè ſenſiſſet:lõgè enim maius pondus habent,quàm Ambroſij teſtimonium. Sed dicit Eraſmus acerbiſsimum eſſe,virum ſine culpa cogi vxore carere propter eius adulteriũ. Sed nõ cogitur: poteſt enim vxori ignoſcere,& illam in gratiam ſuam reducere.quod ſi non minus id,quàm aliud graue,& acerbum iudicat, non debet Eraſmus cætera doctus ignorare,multa non merito ſuo hominibus incommoda euenire. Hæ ſunt, quod ego ſciam,hęreſes omnes,quæ his ſexaginta annis per Eccleſiam manant: quas neceſſaria demonſtratione deſtruximus. Si quid autem in hac perpetua diſputatione imprudens dixi, quod pijs, & chriſtianis viris non placeat; Deum, & ſanctos eius omnes teſtor, nihil aſſeruiſſe,quod Eccleſiæ Catholicæ,Romanæque doctrinę repugnare vllo modo putârim.

Ambroſius. *Eraſmi argumentum.* *Auctor obtestatione declarat quoniamo hos libros compoſuerit.*

FINIS.

TABVLA SECTARVM NOSTRI TEMPORIS EX NIcolao Prateolo ad verbum excepta.

EVangelicorum igitur, qui Euangelij istius noui quod iactant, doctrinam per Luterum aliosvè adulteratam sectantur, tres classes reperiuntur:

Videlicet, Luterani. Semiluterani. Antiluterani. — Ab anno 1517. vsque ad annum 1567.

PRIMA EVANGELICOrum classis.

Luterani.

1. Illyricani.
2. Maiorani.
3. Antinomi.
4. Mansfeldenses.
5. Ienenses.
6. Osiandriani.
7. Stancariani.
8. Musculani.
9. Iustificatorij.
10. Pfeffingeri.
11. Pastillarij.

SECVNDA EVANGELIcorum classis.

Semiluterani.

1. Interimistæ.
2. Adiaphoristæ.
3. Luterosiandriani.
4. Luterozuingliani.
5. Vbiquetij.
6. Belliani.
7. Heshusij.
8. Melanchthonici.
9. Frontores.
10. Pneumatici.
11. Luteropapistæ.

TERTIA EVANGELIcorum classis.

Antiluterani.

1. Sacramentarij.
2. Zuingliani.
3. Oecolampadiani.
4. Martyniani.
5. Bucerani.
6. Farellistæ.
7. Caluinistæ.
8. Bezanitæ.
9. Boquinij.
10. Richerij, seu Marcionistæ.
11. Valentinistæ.
12. Seruetiani.
13. Alascani.
14. Campanistæ.
15. Hamstedij.
16. Suuencfeldiani.
17. Postellani.
18. Deistæ, seu Trinitarij.
19. Antimariani.
20. Anabaptistæ.
21. Muntzerici.
22. Apostolici.
23. Nudipedes.
24. Spirituales.
25. Cathari.
26. Tacentes.
27. Euchitæ.
28. Euthusiastæ.
29. Adamitæ, seu Adamiani.
30. Mennonitæ.
31. Tibbæ.
32. Maliapi.
33. Liberi.
34. Adiaphori.
35. Hutitæ.
36. Ambrosiani.

- Auguſtiniani. 37.
- Melchioritæ. 38.
- Monaſterienſes. 39.
- Clancularij. 40.
- Manifeſtarij. 41.
- Baculares. 42.
- Scripturarij. 43.
- Ollarij. 44.
- Dauidgeorgiani. 45.
- Batemburgici. 46.
- Pacifici. 47.
- Paſtoricidæ. 48.
- Sanguinarij. 49.
- AEgidiani. 50.
- Libertini. 51.
- Quintiniſtæ. 52.
- Antichriſtiani. 53.
- Dæmoniaci. 54.
- Dæmonicolæ. 55.
- Epicurei, ſeu Athei. 56.

Iſthæc eſt ergò Martini Luteri quinti Euãgeliſtæ genealogia, ſeu poſteritas & ſucceſsio:

Hanc rurſùs Staphylus, libro quẽ de Luteranorum inter ſe concordia edidit, in tres immundos ſpiritus, ſeu bufones partitur:

Nempe, Anabaptiſtas. Sacramentarios. & Homologiſtas, ſeu Confeſsioniſtas: qui Proteſtantes eccleſiaſtæ nuncupantur.

Primus itaque (inquit) ſpiritus immundus ſeu bufo, eſt Bernardus Rotmannus, laicus quidem ille, & indoctus, filius tamen Luteri, & pater Anabaptiſtarum: qui cœpit anno Domini 1524. Ex eo prodiêre.

Anabaptiſtæ.

- Muntzerani. 1.
- Adamitæ. 2.
- Stebleri. 3.
- Sabbatarij. 4.
- Clancularij. 5.
- Manifeſtarij. 6.
- Dæmoniaci. 7.
- Communia habentes. 8.
- Condormientes. 9.
- Eiulantes. 10.
- Georgianidauidici. 11.
- Mennonitæ. 12.
- Polygamiſtæ. 13.

Homologiſtæ.

Secundus ſpiritus immũdus & bufo, eſt Carolſtadius, filius Luteri, & pater Sacramentariorum: qui cœpit anno Domini 1521. Quẽ poſteà Zuinglius & Caluinus ſecuti ſunt.

Eſt autẽ Sacramentariorum multiplex genus. Primò, nouem ſunt Sacramentarię factiones, quas Luterus ipſe in ſua parua cõfeſsione de Cœna Domini, Zuinglianis impingit. Deindè ſex ſunt aliæ, quas Philippus Melanchthõ vult eſſe inter Luteranos: quẽadmodùm in eius Iudicio, quod ante obitum ſuũ ad Rheni electorẽ principem ſcripſit, & anno 1560. Heidelbergæ editum eſt, luculenter ac perſpicuè videre licet. Communiter verò ſunt eæ quæ ſequuntur:

- Significatiui. 1.
- Tropiſtæ. 2.
- Energici. 3.
- Arrabonarij. 4.
- Adeſſenarij. 5.
- Metamorphiſtæ. 6.
- Iſcariotiſtæ. 7.
- Neutrales ſacramentarij. 8.
- Iconoclaſtæ. 9.

Sacramentarij.

Tertius immũdus ſpiritus, ſeu bufo, Melanchthon eſt, pater Confeſsioniſtarum, filius Luteri pſeudoprophetæ, cœpitq; anno Domini 1530. Quorum ſunt contrariæ claſſes.

Primi horũ ſunt Rigidi & Stoici Luterani, qui ſine vllo delectu omnes

Luteri

Luteri absurditates defendunt: adeò quidē rigidè, vt nihil Luterus potuerit aliquandò tam rancidum, fœdumque dicere, quod illi pro sacrosancto & puro Dei Euangelio non prædicēt & tueantur. Sunt autem ij:

Rigidi Cōfessionistæ.

1. Antinomi.
2. Samosatenici.
3. Infernales.
4. Infernales alij.
5. Antidæmoniaci.
6. Amsdorffiani.
7. Antidiaphoristæ.
8. Antosiandrini.
9. Antizuencfeldiani.
10. Anticaluiniani.
11. Manusimpositorij.
12. Bisacramentales.
13. Sacerdotales.
14. Inuisibiles.

Secūda classis Confessionistarū, ea est, in qua sunt Molles illi Philosophi Theologi Vuittebergēses, qui volūt ciuiles & mansueti, omnibusq; suprà dictis (sunt em̄ sectarij pleriq; omnes seditiosi) cordatiores videri, & quoquo modò cū alijs sectis pacē colere, sicut quōdàm Meletiani & Rhetorij. Dūq; ex libro INTERIM aliquantulùm se propiùs ad catholicos adiūgere velle simulant, ex alijs erroribus in alios æquē fœdos, prioribusq; contrarios prolabuntur, alicubi ex Manichæis facti Pelagiani. Sunt autem ij:

Molles Cō fessionistæ.

1. Biblistæ.
2. Adiaphoristæ.
3. Trisacramentales.
4. Quadrisacramentales.
5. Luterocaluiniani.
6. Semiosiandrini.
7. Maioristæ.
8. Pœnitentiarij.
9. Nouipelagiani.
10. Syncretizantes.

Tertia Confessionistarum classis, est ea in qua sunt Extrauagantes. Qui tametsi doctrinam Augustanæ confessionis non obscurè oppugnent, tamen greges istorum prophetarū sub Augustanæ confessionis prætextu, se pro Luteranis gerunt, idque propter auctoritatem principum, qui eidem Confessioni nomen suum dederunt: re ipsa tamen longiùs vagantur à placitis Luteri, quàm cætera turba Confessionistarum. Sunt autem ij:

Extrauagātes Cōfessionistæ.

1. Suencfeldiani.
2. Osiandrini.
3. Stancariani.
4. Antistancariani.
5. Noui Pelagiani.
6. Noui Manichæi.
7. Manichæi & Marcionistæ Caluiniani.

Hæ porrò sectæ, generali appellatione, his nomenclaturis vulgò nuncupantur:

Hæreticorū nostri tēporis vulgaris appellatio.

1. Hugonistæ.
2. Euangelici.
3. Sacramentarij.
4. Sectarij.
5. Idololatræ hæretici.
6. Cacangeli.
7. Sanistæ.
8. Falsi prophetæ, seu pseudoapostoli. De his vide locis suis.

Hæc est ergò Martini Luteri, omnium recentiorum hæreticorum patris, origo & successio, quam quò ad viuum magis cordatus lector cōtemplari possit, viuaciusque atque tenaciùs suæ menti infigere, hac tabella depictam ob omnium oculos ponere operæpretium duximus.

OMNES QVAESTIONVM STATVS, QVI IN HIS libris explicantur, ex quibus noſtri temporis hæreſes omnes facilè cognoſcentur. A. primam. B. ſecundam columnam declarat.

LIBRI PRIMI.

1 *Quo pacto inſtituenda ſit cũ hæreticis diſputatio.* pag. 1. a.
2 *Fidem eſſe neceſſariam.* p. 4. b.
3 *Nemini vnquam fidem negare licere.* pag. 9. b.
4 *Improbos homines ad Eccleſiam pertinere.* pag. 10. a.
5 *Pontificem Maximũ eſſe totius Eccleſiæ caput.* pag. 14. a.
6 *Eccleſiam eſſe viſibilem.* p. 26. a.
7 *Hæreticos homines in Eccleſiæ partibus numerari.* p. 27. a.
8 *Nullam certã fidei, & religionis regulã ab hæreticis tradi.* p. 30. a.
9 *Eccleſiam eſſe veram religionis magiſtram.* pag. 34. b.
10 *Per maiorum traditiones Eccleſiam verè docere.* pag. 36. b.
11 *Eccleſiam per concilia verè docere.* pag. 42. a.
12 *Eccleſiam poſſe res nouas religioſe credendas proponere.* p. 48. a.
13 *Eccleſiam verum eſſe ſacrarum literarum interpretem.* p. 49. b.
14 *Facilè nos religionis noſtræ rationem reddere poſſe, aduerſarios verò minimè.* pag. 52. b.
15 *Eccleſiã leges ferre poſſe.* p. 56. a
16 *Eccleſiam rectè ceremonias inſtituiſſe.* pag. 62. b.
17 *De bona creaturarum imprecatione.* pag. 64. a.
18 *De diebus feſtis.* pag. 65. b.
19 *De canonicis precibus.* p. 67. b.
20 *De Eccleſiæ cantu.* pag. 69. b.
20 *De modo flexis genibus orandi.* pag. 71. b.
21 *De luminibus accenſis.* p. 71. b.
22 *Eccleſiam rectè chriſtianis miniſtrorum ſumptus imperare.* pag. 72. a.
23 *Indulgentiarum theſaurũ in Eccleſia eſſe.* pag. 75. a.
24 *Excommunicationem extremũ eſſe Eccleſiæ ſupplicium.* p. 80. b.

Libri Secundi.

25 *Fidem homini chriſtiano nõ ſufficere, ſed opera etiam eſſe neceſſaria.* pag. 85. a.
26 *Fidem à charitate ſeparari poſſe.* pag. 103. b.
27 *Iuſtos non eſſe nos iuſtitia quæ in Chriſto, ſed quæ in nobis ſit.* pag. 107. b.
28 *Liberum arbitriũ eſſe.* p. 114. b.
29 *In futuro contingenti liberum arbitrium verſari.* pag. 124. a.
30 *Futurũ eſſe contingens.* p. 128. a.

31 Non

31 *Non esse peccatũ quidquid à libero arbitrio nostro proficiscitur. pag.133.b.*
32 *Rectas actiones nõ esse peccata. pag.140.b.*
33 *Solis viribus naturalibus liberi arbitrij non posse quenquam Dei amicitiam sibi conciliare, & eius omnes leges seruare. p.147.b.*
34 *Aliquid in reconciliãda gratia liberũ arbitrium efficere.p.150.a.*
35 *Euangelium esse legem, qua omnes iusti tenentur. pag.154.a.*
36 *Aliquid præter vnã fidẽ in Euãgelio nobis esse præceptũ.p.157.a*
37 *Officia erga homines non hypocrisim esse. pag.158.b.*
38 *Posse nos Dei leges, & præcepta seruare. pag.159.b.*
39 *Verè ad nos legis Dei obseruationem pertinere. pag.162.a.*
40 *Differre inter consilium, & præceptum. pag.163.b.*
41 *Aliquid esse rectum, quod à Christo præceptum non sit. p.154.a.*
42 *Piorum hominum officia vitam æternam merere. pag.154.b.*
43 *Licere in colenda virtute mercedem spectare. pag.168.b.*
44 *Licere meritis suis viro bono confidere. pag.170.b.*
45 *Certum nos habere non posse in gratia esse cum Deo. p.172.a.*
46 *Neminẽ posse certò scire nisi deo reuelãte an sit p̃destinatus.181.b*
47 *Originale peccatũ per vniuersam naturã humanã serpere.p.182.b.*
48 *Differre inter veniale, & mortale peccatum. pag.187.a.*
49 *Aliud præter incredulitatẽ esse peccatum. pag.190.b.*
50 *Deo vota facere piũ esse. p.191.b*
51 *Piũ esse monachorũ statũ.196.b.*
52 *De voto castitatis. pag.201.a.*
53 *De voto paupertatis. pag.205.a.*
54 *De voto obedientiæ. p.206.a.*
55 *De voto virginitatis. p.207.b.*
56 *De ieiunio. pag.211.b.*
57 *Fas esse nonnullos cibos christianis interdici. pag.214.b.*
58 *Deũ sanctissimũ esse p̃cari.218.a*
59 *Fas esse in literarum studijs versari. pag.219.b.*
60 *Licere christianis bellũ gerere. pag.221.a.*
61 *Fas esse hæreticos comburere. pag.224.a.*
62 *Sanctos homines honorare æquũ esse. pag.227.b.*
63 *Fas esse sanctos homines precari. pag.231.a.*
64 *Honestum esse peregrinari, vt in certis locis sctõs p̃cemur.p.236.a.*
64 *Rectè dies festos sanctis esse institutos. pag.236.b.*
65 *Imagines Dei, atque sanctorum adorandas esse. pag.237.b.*
66 *Pium esse templa construere, & ornare. pag.243.b.*
67 *Nonnulla quæ officij munera aduersarij appellant, peccata potiùs esse. pag.248.b.*

Libri Tertij.

68 Sacramẽta eſſe neceſſaria. 253.a.

69 De definitione, forma, numero, & miniſtro ſacramentorũ. p.255.b.

70 Sacramenta nouæ legis gratiam præbere, & in eo differre à veteris legis ſacramentis. p. 262.b.

71 Nonnulla ſacramenta characterem imprimere. p.168.b.

72 Baptiſma eſſe neceſſariũ, & de materia, & forma eius. p. 270.a.

73 Baptiſma ſua vi omne quod eſt verè peccatum auferre. p.274.a.

74 Baptiſma prodeſſe paruulis, & ſine illo ſalutem conſequi non poſſe. p.284.b.

75 Pueros non eſſe poſtquã prudentes ad conſilia fuerint iterum baptizandos. p.288.b.

76 Differre inter Chriſti, & Ioannis baptiſma. p.289.

77 Exorciſmum religionem habere. p.292.b.

78 Confirmationem eſſe ſacramentum. p.293.b.

79 Verũ corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramẽto Euchariſtiæ eſſe. pag.299.a.

80 Panis & vini naturam in Euchariſtia non remanere. p.312.a.

81 Sacramentum Euchariſtiæ adorandum eſſe. p.316.a.

82 Oportere antequam Euchariſtia percipiatur grauia peccata ſacerdoti confiteri. p.318.b.

83 Non oportere omnes vtraq; ſpecie Euchariſtiã ſumere. p.323.b.

84 Euchariſtiam eſſe ſacrificium. p.327.b.

85 Pœnitẽtiã eſſe ſacramẽtũ. p.339.b

86 Non rectè pœnitentiam ab hæreticis in partes diſtribui; rectè verò à Catholicis. p.343.a.

87 Ad veram pœnitentiam neceſſarium eſſe dolorem ſuſceptorum ſcelerum. p.347.a.

88 Honeſtum eſſe pœnæ metu reſipiſcere. pag.349.a.

89 Confeſſionẽ à Chriſto fuiſſe inſtitutã, & neceſſariã eſſe. p.352.b.

90 Non eſſe abſolutum, niſi qui à ſacerdote abſoluitur. p.360.b.

91 Satisfactionem neceſſariam eſſe. pag.365.b.

92 Purgatorium eſſe. p.374.a.

93 Animas in purgatorio, nec mereri, nec de ſua ſalute timere. 376.b

94 Extremam vnctionem eſſe ſacramentum. p.377.b.

95 Ordinem eſſe ſacramentum, & varios eſſe ordines. p.383.a.

96 Non omnes chriſtianos ſacerdotes eſſe. pag.387.b.

97 Epiſcopos altiorẽ dignitatis gradum quã reliquos ſacerdotes obtinere. p.390.b.

98 Matrimonium eſſe ſacramentũ. pag.393.b.

99 Non licere plures habere vxores. pag.397.a.

100 Repudiata vxore non licere aliã ducere. pag.398.a.

FINIS.

INDEX LOCORVM OMNIVM SACROSANCTAE

Scripturæ quæ in his libris citantur. P. paginam. A. primam &. B. ſecundam columnam declarant.

GENESIS.

1 SINT in ſigna, & tẽpora, dies, & annos. p.131.b.
1 Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant valde bona. p.145.a.
2 Hoc nunc os de oſsibus meis, & caro de carne mea. p.315.a.
3 In ſudore vultus tui veſceris pane tuo. p.220.b.
3 Et fecit eis tunicas pelliceas. pag. 251.a.
3 Multiplicabo ærumnas tuas, & in dolore paries. p.365.b.
3 Ipſa conteret caput tuũ. p.344.b.
4 Nonne ſi bene egeris recipies. p. 119.a.
4 Subter te erit appetitus tuus. p. 117.b.
5 Ambulauit Enoc cũ Deo. p.160.a.
5 Iſte cõſolabitur nos ab operibus manuum noſtrarum. p.220.b.
9 Creſcite, & multiplicamini. pag. 210.b.&.325.b.
11 Venite ędificemus turrim. p.85.a.
14 Melchiſedech Rex Salem proferens panem. p.329.b.
17 Tu ergo cuſtodies pactum meũ, & ſemẽ tuum poſt te. p.254.b.
18 Nõ delebo propter decẽ. p.143.b.
18 Vidit tres viros. pag.229.b.
20 Nunc ergo redde viro ſuo vxorem, & orabit pro te. p.370.a.
23 Tolle filium tuum quem diligis & ſacrifica mihi illum. p.236.b
27 Vt benedicat mihi anima tua. p. 64.b.
27 Seruiant tibi populi, adorent te tribus. 229.b.
28 Omnium quę dederis mihi, decimas offeram tibi. p.193.a.
47 Præter agros ſacerdotum. p,74.a.

Exodi.

3 Populum meum. pag.13.b.
4 Ego indurabo cor Pharaonis. p. 138.b.
7 Virga Moyſis deuorauit virgas Magorum. pag.315.a.
9 In hoc ipſum excitaui te vt oſtenderem virtutem meã. p.138.b.
10 Induratum eſt cor Pharaonis non vult, &c. pag.137.a.
19 Si audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactũ meũ. p.390.b.
20 Non facies tibi idolum, nec omnem ſimilitudinem. p.241.a.
22 Non mœchaberis, non facies tibi ſculptile. p.280.a.
25 Facies mihi ſanctuarium. p.245.a.
25 Facies mihi propitiatoriũ. p.239.b
32 Placatus eſt Dominus ne faceret malum quod locutus fuerat. p.232.a.
33 Faciens miſericordias in mille generationes. p.206.a.

Leuitici.

7 Soluantur decimæ Leuitis. pag. 74.b.

16 Vt poſitis ſuper ignẽ aromatibus nebula eorũ & vapor, &c. 370.a
21 Homo de ſemine tuo per familias, qui habuerit maculã. 262.b
23 Peribit anima eius de populis ſuis. pag. 81.b.
26 Non facies tibi idolum, neq; omnem ſimilitudinem. p. 241.a.
26 Quod ſi nõ audieritis me, neq; feceritis omnia præcepta mea. p. 249.b.

Numerorum.

6 Nazaræorum lex. p. 199.a.
6 Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificentur. p. 215.a.
14 Dimiſi iuxta verbum tuum, attamen omnes qui viderunt maieſtatem. p. 566.b.
14 Audiuit Dominus murmurationes veſtras. p. 57.a.
15 Anima, quæ per ſuperbiam aliquid commiſerit. p. 81.b.
16 Prȩcipe vniuerſo populo vt ſeparetur à tabernaculis impiorũ. pag. 81.b.
20 Quia non credidiſtis mihi, vt ſanctificaretis me coram filijs Iſrael. p. 367.a
22 Si pater eius ſpuiſſet in faciẽ eius nonne debuerat. p. 366.b.
25 Confodit vtrunque gladio Phinees. p. 154.b.
30 Si quis virorum votum Domino vouerit. p. 193.a.
30 Si vxor vouerit, & iuramento ſe conſtrinxerit p. 196.a.

Deuteronomij.

4 Non addetis ad verbũ, quod ego loquor vobis. p. 49.a.
5 Cuſtodite, & facite, quæ prȩcipit Dominus Deus vobis. p. 49.a.
12 Quod ego præcipio tibi, hoc tantum facito. p. 39.b.
15 Omnino egens, & mendicus non erit inter vos. p. 205.b.
17 Si difficile, & ambiguum iudiciũ apud te eſſe perſpexeris. p. 39.a.
17 Poſtquam autem ſederit in ſolio regni ſui. p. 249.b.
20 Facies quæcunque dixerint, qui præſunt loco. p. 117.b.
25 Cum votũ voueris Deo tuo. p. 117
30 Elige maledictionem, vel benedictionem. p. 117.b.
32 Dei perfecta ſunt opera. p. 301.a.
33 Interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi. p. 38.b.

Ioſue.

22 Miſſus fuit Eleazarus Sacerdos. p. 19.b.
24 Optio vobis datur, eligite hodie quod placeat. p. 117.b.

Regum primus.

1 Anna votum vouit. p. 193.a.
8 Audi vocem populi in omnibus quæ loquũtur tibi. p. 249.b.
8 Non te, ſed me contempſerunt. pag. 15.a.
10 Mutaberis in virum aliũ. p. 383.b

Regum ſecundus.

8 Filij autẽ Dauid ſacerdotes erant, pag. 392.b.
12 Quare contempſiſti verbum Domini vt faceres malũ in conſpectu meo. p. 366.b
12 Dominus quoque tranſire fecit peccatum tuum. p. 366.a.
22 Oues iſtæ quid fecerunt. p. 79.a.

Regum tertius.

4 Disputabit super lignis à cedro quæ est in Libano. p.220.a.
8 Vt exaudias orationem, quam orat in loco isto. p.236.b.
8 Quem cœli cœlorum capere nõ possunt. p.244.a.
14 Non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui ambulauit post me. p. 161.b.
15 Cor eius perfectũ fuit cum Deo. pag.160.b.
17 Et exaudiuit Deus preces Eliæ, & reuersa est anima pueri. p.218.b
21 Achab Deum valde iratũ sibi placauit ieiunio. p.212.b.
21 Itaq; cum audisset Achab sermones istos. p.367.b.

Regum quartus.

1 Vir pilosus. p.200.b.
2 Mors in olla. p.65.a.
3 Afferte mihi psaltem. p.70.a.
4 Super puerum, & orauit Dominum. p.218.b.
9 Lucos abstulit Ezechias. p.225.a.
13 Cum tetigisset ossa Elisæi reuixit homo. p.230.b.
16 Pone panem & aquam coram eis vt comedant. p.315.a.
20 Obsecro Domine memento quo modo ambulauerim coram te pag.91.b.& 171.a.
20 Rectum fecit coram oculis Domini. p.160.b
22 Colligã te ad patres tuos, & colligeris ad sepulchrũ tuũ. p.235.a.

Paralipomenôn primus.

18 Filij Dauid primi ad manũ regis. pag.392.b.
23 Quatuor mille psaltes ad mane, & vespere canendum. p.70.a.
29 Si quis sponte offert, impleat manum suam. p.118.a.
29 Tua est Domine magnificẽtia, potentia, & gloria. p.132.b.

Paralipomenôn secundus.

16 Oculi Domini contẽplantur vniuersam terram. p.91.b.
31 Præcepit populo habitantium in Ierusalem, vt darent partes sacerdotibus. p.74.b.

Tobias.

4 Eleemosyna ab omni peccato, & morte liberat. p.93.a.
4 Fiducia magna erit coram Deo eleemosyna. p.171.a.
14 Cum orabas, ego obtuli preces tuas. p.231.b.

Esther.

4 Ieiunauit Esther. p.212.b.

Iob.

1 Erat vir simplex, & rectus, & recedens à malo. p.160.b.
1 In omnibus his nõ peccauit Iob. pag.146.a.
5 In sex tribulationibus liberabit. pag.75.b.
5 Voca, si est qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorũ conuertere. pag.231.a.
6 Vtinam apppenderentur peccata mea, quibus iram merui. p. 179.a.& 77.a.
8 Vsquequo loqueris talia, nũquid Deus supplantat iudicium, & deinceps totti caput. p.175.a.
9 Si voluerit contẽdere cum eo, nõ respon-

reſpondebit ei. p.145.b.
9 Verebar omnia opera mea ſciés, &c. p.147.b.
14 Dignũ ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos. p.181.a.
16 Oneroſi conſolatores vos eſtis. pag.223.a.
22 Si reuerſus fueris ad omnipotentem. p.142.a.
23 Deus ſcit vitam meã, & probauit me quaſi aurum. p.180.a.
24 Deus inultum abire non patitur. pag.367.a.
27 Donec deficiam non recedam ab innocentia mea. p.180.b.
28 Si ſimplex fuero hoc ipſum ignorauit anima mea. p.147.a.
42 Iob autẽ ſeruus meus orabit pro vobis. p.231.b.

Pſalmi.

1 In lege eius meditabitur die ac nocte. p.51.b.
2 Seruite Dño in timore. p.225.a.
4 Iraſcimini, & nolite peccare. pag. 135.a.
5 Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. p.134.b.
10 In Domino confido. p.172.a.
14 Domine quis habitabit in tabernaculo tuo. p.89.a.
16 Perfice greſſus meos in ſemitis tuis. p.148.b.
16 Exaudi Dñe iuſtitiã meã, & oculi tui videant æquitatem. p.180.a.
17 Deus meus adiutor meus ſperabo in eum. p.301.a.
17 Retribuet mihi Dominus ſecundum iuſtitiam meam. p.180.a.
18 Teſtimoniũ Dñi fidele, ſapientiã præſtans paruulis. p.51.b.
20 Delicta quis intelligit. p.172.b.
21 Reminiſcetur, & conuertẽtur ad Dominum vniuerſi fines terræ. pag.317.a.
22 Vias tuas Domine demonſtra mihi. p.149.a.
25 Vouete, & reddite Domino Deo veſtro. p.192.195.a.
26 Ego autem in innocentia mea ingreſſus ſum. p.180.a.
30 In te Domine ſperaui. p.171.a.
31 Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates. p.110.b.
31 Quoniam tacui inueterauerunt oſſa mea. p.348.a.
34 Volũtariè ſacrificabo tibi. p.118.a
36 Noli æmulari in malignantibus. pag.93.b.
36 Non vidi iuſtũ derelictũ. p.206.a
38 Obſcurentur oculi eorum ne videant. p.139.b.
45 Deus noſter refugium, & virtus. pag.171.a.
48 Qui confidunt in virtute ſua, & in multitudine diuitiarũ, &c. pag.171.a.
50 Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. p.183.a.
54 Si inimicus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique. p.14.a.
55 Reddam tibi vota mea. p.193.a.
68 Cõfortati ſunt qui perſecuti ſunt me. p.77.a.
76 Voce mea ad Dominũ clamaui. pag.128.b.
77 Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum, & ira Dei deſcendit. pag 174.b,
81 Ego dixi dij eſtis. p.234.b.
86 Domine Deus ſalutis meæ, in die clamaui. p.128.b.
88 Si autem dereliquerint filij eius legem meã, & in iudicijs meis. pag.367.a.
90 Scuto circundabit te veritas eius. pag.75.b.

91 Quoniam in me ſperauit, liberabo eum. p.152.a.
102 Qui coronat te in miſericordia.
110 Initiũ ſapiẽtię timor Dñi. p.351.a
111 In memoria æterna erit iuſtus. p. 236.b.
117 Reddet mihi Dominus ſecũdum iuſtitiam meam. p.138.a.
118 Lucerna pedibus meis verbum tuum. p.51.b.
118 Particeps ego ſum omnium timẽtium te. p.77.a.
118 Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine. p.118.a.
118 In toto corde meo exquiſiui te. p. 160.b.& p.161.b.
118 Greſſus meos dirige ſecundũ eloquium tuum. p.149.a.
118 Ab omni via mala prohibui pedes meos. p.160.b.
118 Da mihi intellectũ, & ſcrutabor legem tuam. p.163.a.
118 Inclinaui cor meum ad faciendas iuſtificationes tuas propter retributionem. p.170.a.
119 Conuertere anima mea in requiẽ tuam. p.180.a.
131 Memento Domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius. p.171.a.
136 Qui cogitauerunt iniquitates in corde. p.136.a.
138 Glorioſus Deus in ſanctis ſuis. p. 229.a.
140 Corripiet me iuſtus, & increpabit me. p.20.a.
141 Voce mea ad Dominũ clamaui. pag.128.b.
142 Non intres in iudicium cum ſeruo tuo. p.145.b.

Prouerbia.

1 Vocaui, & renuiſtis, ego quoque. pag.150.b.
6 Hominis eſt præparare cor, Dei autem gubernare liguã. p.123.a
6 Cor machinãs cogitationes peſſimas. p.136.a.
11 Abominabile Domino cor prauum. p.134.b.
12 Qui confidit in cogitationibus ſuis, inique agit. p.171.a.
12 Iuſtum nõ contriſtabit, quidquid ei acciderit. p.251.b.
15 Odit Deus impium, & impietatem eius.
16 Abominatio eſt Domino via impij. p.134.b.
16 Omnia propter ſeipſum operatus eſt Dominus. p.138.a.
20 Quis poteſt dicere mundum eſt cor meũ, purus ſum à peccato. pag.144.b.
21 Sicut diuiſiones aquarum ſunt. p. 134.b.
23 Noli ſubtrahere à puero diſciplinam: ſi enim percuſſeris eum virga. p.373.b.
27 Agni ſunt ad veſtimentum tuum & hœdi ad agri pretiũ. p.251.a.
28 Beatus vir qui ſemper eſt pauidus. p.128.a.
29 Qui cuſtodit præceptum, non experietur quidquã mali. p.144.a

Eccleſiaſtes.

1 Quid eſt quod fuit ipſum quod futurum eſt. p.131.a.
7 Non eſt homo iuſtus in terra, qui faciat bonum, & non peccet. p.144.a.& 146.a.
8 Quia non profertur cito contra malos ſententia. p.80.a.
9 Nemo ſcit, an odio vel amore dignus ſit. p.174.a.
9 Quodcunq; facere poteſt manus tua inſtanter operare. p.376.b.

Cantica.

4 Capite nobis vulpes paruulas quę demoliuntur vineas. p.226.b.
6 Vna eſt colũba mea perfecta mea vna eſt matri ſuę. p.397.a.

Sapientia.

5 Ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei. p.229.b.
5 Ergo errauimus à veritate, & iuſtitiæ lumen. p.40.b.
11 Non enim impoſsibilis erat manus tua. p.129.a.
11 Nihil odiſti eorum quæ feciſti. p. 134.b.
12 Subeſt enim tibi quãdo velis poſſe. p.129.a.
12 Sed & ijs tanquam hominibus pe perciſti. p.129.a.
14 Odio ſunt Deo impius, & impietas eius. p.281.a.

Eccleſiaſticus.

4 Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia. p.376.b.
5 De propitiatu peccatorum noli eſſe ſine metu. p.347.a. & 90.b.
6 Non te prætereat narratio ſeniorum. p.38.b.
7 Non te reputes in multitudine in diſciplinatorum memẽto iræ. pag.350.a.
8 Ne feſtines recedere à facie Dei. pag.144.a.
13 Qui tetigerit picem, inquinabitur ab ea. p.13.a.
14 Ante obitum tuum operare iuſtitiam. p.377.a.
15 Deus ab initio conſtituit hominem, & reliquit eum. p.117.b.
17 Deus creauit de terra hominem ſecundum imaginem ſuam fecit illum. 119.a.
18 Non verearis vſque ad mortem iuſtificari. p.166.a.
19 Qui citò credit, leuis eſt corde. p. 7.b.
26 Omnis ponderatio non eſt digna continentis animæ. p.201.b.
34 Ab immundo quis mundabitur. pag.261.b.
44 Laudemus viros glorioſos. pag. 162.b.

Eſaias.

1 Audi cœlum, auribus percipe terra. p.52.b.
1 Non offeratis vltra ſacrificiũ fruſtra incenſum abominatio. p. 213.b.
1 Calẽdas veſtras, & ſolẽnitates veſtras, odiuit anima mea. p.213.b
1 Quieſcite agere peruerſè, diſcite benefacere. p.142.b.
1 Principes tui infideles. p.137.b.
1 Si volueritis, & audieritis me. p. 119.a.
2 Conflabunt gladios ſuos in vomeres. p.225.a.
4 Et erit omnis qui relictus fuerit in Sion. p.106.a.
5 Væ qui dicitis bonum malum. pag.142.a.
5 Expectaui, vt faceret vuas, fecit autem labruſcas. p.118.a.
5 Vinea Domini Sabaoth. p.226.b.
6 Vade, & loquere ad populũ iſtũ. pag.54.b.
6 Videntes non videant, & audientes non intelligant. p.30.b.
6 Excęca cor populi huius. p.139.b.
8 Nunquid populus à Deo ſuo requiret viſionem. p.40.a.
10 Qui condunt leges iniquas. p.61.a

11 Assur virga furoris mei. p.138.a.
35 Non occident,nó nocebũt in mó te sancto meo. p.226.b.
33 Dominus iudex noster,Dominus legifer noster. p.155.a.
35 Ciuitas gentium robustarum laudabit te. p.323.a.
40 Suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus. p.137.a.
42 Gloriam meam alteri non dabo. pag.229.b.
42 Legem eius insulæ expectabunt. pag.154.a.
43 Ego sum,ego sum qui,deleo iniquitates tuas propter me.
48 Non est pax impijs dicit Dominus. pag.226.b.
48 Fluctus eorum. pag.175.a.
50 Dominus dedit mihi linguã eruditam. pag.54.b.
53 Vere languores nostros ipse tulit, & dolores nostros. p.76.a.
58 Nunquid tale est ieiuniũ, quod elegi. p.213.a.
59 Confidunt in nihili, & loquũtur vanitates. p.248.b.
63 Quis est iste qui venit de Edom. pag.312.a.
63 Tu enim pater noster Abraham nesciuit nos,& Israel. p.235.a.
64 Facti sumus vt immundi omnes nos. pag.142.b.
65 Tota die expandi manus meas. pag.150.b.

Ieremiæ.

1 Ecce dedi verba mea in ore tuo. pag.54.b.
6 State super vias antiquas, & videte. pag.38.b.
7 Tu autem noli orare pro populo hoc. pag.143.b.
7 Nolite confidere in verbis mendacij. pag.90.b.
8 Nullus est,qui agat pœnitentiam super peccato suo. p.343.b.
10 Scio Domine quia non est hominis via eius,nec viri. pag.148.b. &.121.a.
11 Tibi reuelaui causam meam Domine Deus. p.71.a.
15 Si steterint Moyses & Samuel coram me. pag.79.a.
15 Si conuerteris cõuertã te.p.149.a.
17 Duplici contritione contere eos. pag.137.a.
18 Sicut lutũ in manu figuli.p.120.b.
18 Si pœnitentiam egerit gens à malo suo. p.79.a.
21 Ecce ego do coram vobis viam vitæ,& viam mortis. p.117.b.
31 Conuerte me,& cõuertar. p.150.a
35 Pro eo quod obedistis præcepto Ionadab,&c. p.206.b.
36 Tolle volumẽ legis huius,& scribes in eo omnia verba. p.350.a.

Threni.

3 Bonum est viro cum portauerit iugum. p.200.b.

Baruch.

2 Anima quæ tristis est super magnitudine mali. p.347.b.
3 Domine omnipotens Deus Israel audi nunc orationes. p.232.b.
6 Si quis illis votum vouerit, & nó reddiderit. p.192.b.

Ezechiel.

3 Comede volumen istud.p.114.b.
11 Dabo eis cor vnum, & spiritum nouum. pag.106.b.
18 Si iustus à iustitia deflexerit omnium iustitiarum eius. p.373.a.
18 Filius non portabit iniquitatem patris. pag.185.b.

18 Cum auerterit ſe impius ab impietate ſua. p.151.b.
20 In præceptis patrum veſtrorum nolite incedere. p.41.a.
34 Vos autem greges mei hæc dicit Dominus. pag.29.b.
36 Faciã vt in iuſtificationibus meis ambuletis. pag.163.a.
36 Dabo vobis cor nouum. p.150.a.
36 Effudam ſuper vos aquam mundam,& mundabimini. p.276.a.
41 Introduxit me in tèplũ. p.239.b.
46 Vidi aquam egredinetem de templo. pag.21.a.

Daniel.

4 Peccata tua eleemoſynis redime. pag.367.b.
6 Tremiſcant, & paueant Deũ Danielis. pag.225.a.
9 Tres hebdomadas ieiunaui. pag. 202.a.
10 Tres hebdomadas non guſtaui cibum. pag.212.a.
12 A tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium. p.350.a.

Oſeas.

4 Populus meus in ligno ſuo interrogauit. p.29.b.
5 Perditio tua Iſrael, tantum in me auxilium tuum. p.134.b.
14 Reddemus tibi vitulos labiorum noſtrorum. p.328.a.

Ioel.

2 Conuertimini ad me in toto corde veſtro in ieiunio. pag.149.a. &.212.a.

Ionas.

3 Adhuc quadraginta dies,& Nini ue ſubuertetur. p.350.a.
3 Beſtiæ nõ guſtẽt cibũ,&c. p.212.b

Abacuc.

1 Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies. p.95.a.
2 Iuſtus ex fide viuit. p.5.a.&.94.b. &.133.a.

Aggæus.

1 Nunquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus. p.244.b.

Zacharias.

1 Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. p.149.a.&.151.b.
1 Ira magna iraſcor ſuper gentes opulentas. pag.138.b.
1 Et reſpondit Angelus Domini,& dixit. pag.232.b.

Malachias.

1 Offertis ſuper altare meum panẽ pollutum. pag.246.a.
2 Labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciẽtiam. pag.32.b.
3 Ecce venit dicit Dominus exercituum, & quis poterit cogitare. pag.374.b.

Secundus Machabæorum.

15 Vidit Oniam, & Ieremiam orantes. pag.232.a.
12 Facta collatione duodecim millia drachmas argenti. p.375.b.

Matthæus.

3 Pœnitentiam agite, appropinquauit regnum cœlorum. p.93.a.
3 Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam. p.290.b.
3 Erat autẽ Ioãnes veſtitus. p.200.a.
3 Ipſe vos baptizabit Spiritu ſancto,& igni. p.271.b.
4 Dominum Deum tuum adorabis,& illi ſoli ſeruies. p.229.b.
5 Beati eſtis cum maledixerint vobis homines. pag.165.b.

5 Vos eſtis ſal terræ. pag.230.a.
5 Vos eſtis lux mundi. p.51.b.
5 Non veni ſoluere legẽ,ſed adimplere. pag.155.b.
5 Omnis qui viderit mulierem ad concupiſcendum. p.88.a.
5 Qui iraſcitur fratri ſuo reus erit in iudicio. p.188.b
5 Diligite inimicos veſtros.p.154.a.
5 Qui ſoluerit vnum de mandatis iſtis minimis. p.190.a.
6 Cum oraueris,intra in cubiculũ tuum. pag.71.a.
6 Nolite multum loqui. p.69.b.
6 Pater noſter q̃ es in cœlis.p.67.a.
6 Lucerna corporis tui eſt oculus tuus. p.141.b.
6 Noliteiurare neq; p̃ cœlũ.p.154.a
6 Folium arboris non cadet in terram. p.121.a.
7 Attendite à falſis ꝓphetis.p.32.a.
7 Nõ poteſt arbor mala fructus bonos facere. pag.144.b.161.a.
7 Ex fructibus eorum cognoſcetis eos. pag.88.b.
7 Non omnis qui dicit mihi Domine Domine. pag.104.b.
7 Admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. p.154.b.
8 Domine non ſum dignus,vt intres,&c. p.308.b.
8 Nam ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus. pag.221.b.
8 Filius hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. p.205.a.
9 Confide fili remittuntur tibi peccata tua. pag.285.
9 Fides tua te ſaluã fecit. p.151.b.
9 Eſtote perfecti ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. p.106.
10 Nolite portare aurum neque argentum. pag.73.a.
10 Nolite arbitrari quia pacem veni mittere in terram. p.225.b.
10 Quod dico vobis in tenebris,dicite in luce. pag.10.a.
10 Nonne duo paſſeres aſſe væneũt. pag.121.a.
10 Dignus eſt operarius mercede ſua. pag.165.b.
11 Euntes renunciate Ioanni,quæ audiſtis,& vidiſtis. pag.155.a.
11 Cœci vidẽt,claudi ambulãt leproſi mundantur. pag.315.a.
11 Venite ad me omnes qui laboratis,& onerati eſtis. p.149.a.
11 Iugum meum ſuaue eſt,& onus meum leue. p.160.b
11 Qui perſeuerauerit vſq; in finem. pag.182.a.
11 Ipſe erat Elias. pag.301.a.
12 De omni verbo otioſo quod locuti fuerint. pag.188.b.
12 Qui dixerit verbum contra Spiritum ſanctum. pag.375.b.
12 Legem eius inſulæ expectabunt. pag.154.b.
13 Videntes non videant,audientes non intelligant. p.30.b.
13 Super cathedrã Moyſis. p.62.a.
13 Simile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari. p.12.a.
13 Fermentũ quod abſcõdit mulier in farinæ ſatis tribus. p.179.b.
15 Deꝰ dixit honora patrẽ tuũ.p.88.a
15 Munus quodcunque ex me tibi proderit. pag.158.b.
15 Nõ quod intrat in os coinquinat hominem.
15 Ex corde exeunt cogitationes malæ,homicidia. p.122.b.
16 Tu es Petrus,& ſuper hanc petrã. pag.16.b.
16 Tibi dabo claues regni cœlorum quodcũq; ſolueris. pag.353.b.
16 Omnis qui dimittit vxorẽ ſuam, & alteram ducit. pag.398.b.
16 Si licet homini dimittere vxorẽ

ſuam quacũq; ex cauſa. p.398.a.
16 Quos Deus coniunxit, homo nõ ſeparet. p.396.b.
17 Hoc genus dæmoniorum in nullo poteſt exire niſi. pag.202.a.
18 Quæcunq; ligaueritis ſuper terrã erunt ligata & in cœlis. p.237.b.
18 Si peccauerit in te frater tuus vade, & corripe eũ inter te. p.11.b.
18 Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut ethnicus. pag.58.a.
18 Amen amen dico vobis quæcũq; alligaueritis ſuper terrã. p.77.b.
18 Si te non audierit dic Eccleſiæ. pag.81.b.
19 Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. pag.88.a.
19 Si vis perfectus eſſe, vade & vẽde. pag.205.a.
19 Si quis vult venire poſt me abneget ſemetipſum. pag.206.a.
19 Si ita eſt homini cum vxore nõ expedit nubere. pag.208.a.
19 Honora patrem tuum. p.234.b.
19 Sedebitis ſuper ſedes duodecim. pag.234.b.
19 Omnis qui reliquerit domum. pag.198.b.
19 Vos qui reliqſtis omnia. p.206.a.
22 Sunt eunuchi qui ſe caſtrauerunt propter regnum cœlorũ. 164.a.
22 In reſurrectione neque nubent. pag.201.b.
23 Nolite vocari Rabbi: vnus eſt enim magiſter veſter. pag.234.b.
23 Quoties volui congregare filios tuos. pag.118.a.
23 Super cathedram Moyſis ſederũt ſcribæ. pag.45.a.
23 Alligant onera grauia. p.61.b.
24 Domine, dñe aperi nobis. p.105.a.
24 Media nocte clamor factus eſt. pag.68.b.
24 Cum videritis abominationẽ deſolationis. pag.331.b.
25 Eſurui, & non dediſtis mihi manducare. p.154.b.
25 Nudus eram, & non operuiſtis me. pag.158.
25 Venite benedicti patris mei. pag.165.b.
25 Sitiui & nõ dediſtis mihi bibere. pag.88.a.
25 Simile eſt regnum cœlorũ homini patri familias, qui ſeminauit bonum ſemen. pag.12.a.
26 Vt quid perditio hęc vngueti iſta facta eſt. pag.24.b.
26 Cœnantibus illis accepit Ieſus panem. pag.315.a.
26 Accipite, & comedite hoc eſt corpus meum. pag.299.b.
26 Bibite ex hoc omnes. pag.325.a.
26 Hoc facite in meam commemorationem. pag.325.b.
26 Hic eſt calix ſanguinis mei noui, & æterni teſtamenti. pag.335.a.
26 Scitis quia principes gentium dominantur eorum. p.19.b.
26 Hymno dicto exierunt in montẽ Oliueti. pag.70.a.
26 Pater mi ſi poſsibile eſt. p.130.a.
26 An putas quia ſi volo nõ poſſum rogare patrem meum. p.129.a.
26 Quomodo ergo implebũtur ſcripturæ. pag.129.b.
26 Oes relicto eo fugerunt. p.298.b.
27 Fleuit amarè. pag.348.b.
27 Et clamauit voce magna. p.70.b.
27 Deus Deus meus vt quid dereliquiſti me. pag.69.a.
28 Data eſt mihi omnis poteſtas in cœlo. pag.155.b.
28 Euntes docete omnes gentes baptizantes eos. pag.157.a.

Marcus.

1 Pœnitemini, & credite Euãgelio. pag.344.a.

4 Videntes non videant, & audientes non intelligant. p.30.b.
6 Et non poterat ibi virtutē vllam facere. pag.130.b.
7 Apprehendēs eum de turba ſeorſum miſit digitos ſuos. pag.63.a
7 Populus hic labijs me honorat. pag.41.b.
7 In vanum colunt me docētes doctrinas, & præcepta hominum. pag.61.a.
7 Populus hic labijs me honorat. pag.41.b.
10 Serua mandata. pag.250.a.
14 Bibite ex hoc omnes. pag.299.b.
14 Hic eſt calix ſanguinis mei noui teſtamenti. pag.335.b.
14 Hymno dicto exierunt in montē Oliueti. pag.70.a.
14 Cœpit pauere, & tædere. p.130.b.
15 Veniunt ad monumentum orto iam ſole. pag.69.a.
16 Prędicate Euangelium omni creaturæ. pag.341.a.
16 Qui crediderit & baptizatus fuerit. pag.5.a.
16 Illi autem profecti prædicauerūt vbique. pag.55.a.

Lucas.

1 Multi conati ſunt ordinare narrationem. pag.31.b.
1 Sicut nobis tradiderūt qui à principio ipſi viderunt. p.35.a.
2 Et dabit illi Dominus Deus ſedē Dauid patris eius. pag.18.a.
2 Tu puer propheta altiſſimi vocaberis. pag.292.b.
2 Anna prophetiſſa nō diſcedebat à templo ieiunijs, & obſecrationibus. pag.212.a.
2 Et erat ſubditus illis. pag.206.a.
3 Pœnitētiā agite, appropinquauit enim regnum cœlorū. p.354.a.
3 Ego vox clamātis in deſerto. pag. 291.b.
3 Neminem concutiatis, neq; calūniam faciatis. pag.221.b.
6 Exijt in montem orare. pag.68.b.
6 Pernoctauit in oratione. p. 68. b.
7 Memores eſtote vxoris Loth. p. 194.a.
7 Serui inutiles ſumus. pag.79.b.
7 Fides tua te ſaluam fecit. p.92.a.
7 Si habueritis fidem ſicut granum ſinapis. 162.a.
8 Videntes non videant, & audientes non intelligant. pag.30.b.
9 Si quis vult venire poſt me, abneget. pag.151.b.
9 Neſcitis cui⁹ ſpiritus eſtis. p.227.a
9 Nemo mittens manum ſuam ad aratrum. pag.194.a.
9 Qui voluerit animam ſuam ſaluā facere, perdet eam. pag.10.a.
10 In eadem autem domo manete edentes, & bibentes. pag.215.a.
10 Dignus eſt enim operarius mercede ſua. pag.215.b.
10 Qui vos odit, me odit, qui vos ſpernit. pag.237.b.
10 Optimam partem elegit ſibi Maria, quæ non auferetur. p.220.a.
10 Vade, & tu fac ſimiliter. pag.88.b.
11 Doce nos orare ſicut Ioannes. p. 68.a.
11 Petite, & dabitur vobis, quærite, & inuenietis. p.218.b.
11 Paternoſter q es in cœlis. p.118.b.
12 Sint lumbi veſtri pręcincti. p.71.b.
12 Ille ſeruus qui cognouit voluntatem. pag.104.b.
13 Niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. p.354.a.
14 Qui non renunciauerit omnibus, quæ poſsidet. pag.250.a.
14 Erat verbum iſtud abſconditum ab eis. pag.50.b.

15 Quãti mercenarij in domo patris mei abundant. pag.369.b.
16 Facite vobis amicos de Mammona iniquitatis. pag.169.a
16 Lazarus mendicus. p.215.b.
17 Cum feceritis quæ præcepta ſunt vobis,dicite. pag.168.a.
18 Oportet ſemper orare,& nunquã deficere. pag.148.b.
18 Non ſum ſicut cæteri homines. pag.171.b.
19 Siquis vult venire poſt me abneget. pag.151.b.
20 Sed erunt ſicut Angeli Dei in cœlis. pag.232.a.
21 Cum autem videritis circundari ab exercitu Ieruſalem. p.331.b.
22 Accepit panem, & benedixit,ac fregit. pag.64.b.
22 Hic calix nouum teſtamentũ eſt in meo ſanguine. p.335.b
22 Quod pro vobis datur. p.299.b.
22 Facta eſt contentio inter diſcipulos quis eorũ eſſet maior.p.15.a
22 Factus in agonia prolixiùs orabat. pag.69.a.
22 Poſitis genibus orauit. p.70.a.
22 Reſpexit Dominus Petrũ.p.153.a
23 Memento mei dum veneris in regnum tuum. pag.101.b.
24 Aperuit illis ſenſum vt intelligerent ſcripturas. p.51.b.
24 Ego mittã promiſſum patris mei in vos. pag.297.a.
24 Manete in ciuitate quouſque induamini,&c. pag.298.a.
24 Erant ſemper in templo laudantes. pag.68.a.

Ioannes.

1 Dedit eis poteſtatem filios Dei. p.152.a.
1 Gratia, & veritas per Chriſtum facta eſt. pag.106.a.
1 Ex plenitudine eius omnes accepimus. pag.15.a.
1 Gratia,& veritas per Chriſtum facta eſt. pag.106.a.
1 Ecce agnus Dei ecce qui tollit peccata mundi. pag.301.a.
2 Auferte iſta hinc,& nolite facere domum meam. p.245.a.
3 Niſi quis renatus fuerit ex aqua. pag.154.&.157.a.
3 Niſi quis renatus fuerit denuo nõ põt videre regnũ Dei. p.255.b.
3 Quod natũ eſt ex carne caro eſt. pag.286.b.
3 Oportet vos naſci denuo.p.110.a.
3 Non poteſt homo accipere quid quam. pag.122.a.
3 Sic Deus dilexit mundum,vt filiũ ſuum vnigenitũ daret. p.91.b.
3 Qui crediderit in filium Dei,habet vitam æternam. p.286.a.
3 Qui non credit in vnigenitũ filiũ Dei iam iudicatus eſt. pag.5.a.
4 Venit hora,& nunc eſt quãdo veri adoratores. pag.236.b
4 Veri adoratores adorabũt in ſpiritu,& veritate. p.242.b.
4 Leuate oculos veſtros,& videte regiones qm̃ albæ ſunt.p.166.b
4 Diſcipuli abierant in ciuitatem. pag.73.a.
5 Ecce ſanus factus es,noli. p.135.a.
5 Pater nõ iudicat quẽquã ſed omne iudiciũ dedit filio.
5 Non quęro voluntatem meã,ſed voluntatem eius,&c. p.206.b.
6 Panis quem ego dabo,caro mea eſt,&c. totũ caput exponitur. pag.302.b.
6 Nemo poteſt venire ad me, niſi pater meus. pag.149.a.
6 Niſi manducaueritis carnem filij hominis. pag.157.a.

6 Neq; deſcẽdi de cœlo, vt faciam voluntatem meam. pag. 206. b.
6 Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta. p. 78. a.
6 Omnes qui credit in me etiam ſi mortuus fuerit viuet. p. 105. a.
6 Hæc eſt volũtas patris mei, vt omnis qui credit filium. p. 92. a.
7 Qui credit ſicut dicit ſcriptura flumina de ventre eius. p. 91. b.
7 Doctrina mea nõ eſt mea p. 54. b.
8 Qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati. p. 121. b.
8 Si vos manſeritis in ſermone meo verè diſcipuli mei eritis. pag. 106. b.
9 Me oportet operari opera eius qui miſit me. p. 277. a.
10 Mercenarius autem paſtor, &c. pag. 170. a.
10 Ego vitam do ei. p. 167. a.
10 Si non facio opera patris mei nolite credere. p. 55. a.
10 Nemo tollit animam meã à me. pag. 130. a.
11 Qui crediderit in me, non morietur in æternum. p. 167. a.
11 Ego ſum reſurrectio, & vita, qui credit. p. 92. a.
11 Multi crediderũt in nomine eius videntes. p. 105. a.
12 Cum autem tanta ſigna feciſſet coram eis. p. 55. b.
13 Cœpit lauare pedes diſcipulorũ ſuorum. p. 319. b.
13 Qui lotus eſt non indiget niſi vt pedes lauet. p. 188. b.
13 Quod facis fac citius. p. 73. a.
14 Mandatum nouum do vobis. p. 155. a.
14 Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis. p. 226. a.
14 Ego rogabo patrem, & alium paraclitum. p. 296. b.
14 Non relinquam vos orphanos p. 36. a.
14 Si diligitis me, mandata mea ſeruate. p. 56. b.
15 Sicut mandatũ dedit mihi pater ſic facio. p. 377. a.
15 Si quis in me nõ mãſerit, mittetur foràs ſicut palmes. p. 135 a.
15 Sine me nihil poteſtis facere. pag. 148. b.
15 Qui habet mãdata mea, & ſeruat ea. p. 155. b.
15 Si præcepta mea ſeruaueritis, manebitis in dilectione mea. pag. 157. b.
15 Si quis diligit me, ſermones meos ſeruabit. p. 172. b.
15 Sine me nihil poteſtis facere. pag. 203. a.
15 Si opera non feciſſem in eis quæ nemo alius fecit. p. 55. a.
15 Vos amici mei eritis, ſi feceritis quæ ego præcipio vobis. p. 88 b
15 Qui diligit me, diligetur à patre meo. p. 93. a.
15 In domo patris mei manſiones multæ ſunt. p. 109 a.
16 Si mundus vos odit, ſcitote quia me priorem vobis. p. 197. a.
16 Hęc locutus ſum vobis vt gaudiũ veſtrum impleatur. p. 251. b.
16 Multa habeo vobis dicere quę nõ poteſtis portare modò. p. 56. b.
17 Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verum Deum. p 167. a.
17 Rogo te pater, vt omnes vnum ſint. p. 228 b.
17 Pater quos dediſti mihi, volo, vt vbi ego ſum. p. 228. b.
17 Pater, ſanctifica eos in veritate, nã ſermo tuus. p. 276. b.
17 Ego palam locutus ſum mundo, & in occulto. &c. p. 9. b.
20 Accipite ſpiritum ſanctum, quo-

rum remiſeritis. p.353.a.
20 Sicut miſit me pater,& ego mitto vos. p.356.b.
21 Multa alia ſigna fecit Ieſus in conſpectu,&c. p.379.a.

Acta.

1 Præbuit ſeipſum viuum per dies quadraginta. p.37.a.
1 Accipietis virtutem ſuperuenientis Spiritus ſancti in vos.p.35.a.
1 A Ieroſolymis ne diſcederent. p. 294.a.
1 Cum eſſent ſimul in cœnaculo vi centum viginti. p.42.b.
1 Et cum introiſſent in cęnaculũ aſcenderunt. p.245.b.
1 Omnes erant perſeuerantes vnanimiter in oratione. p.68.a.
2 Erant autem perſeuerantes in doctrina Apoſtolorum, & cõmunicatione. p.325.a.
2 Cum ſit hora diei tertia. p.69.a.
2 Baptizetur vnuſquiſq; veſtrum in nomine Domini. p.297.a.
3 Petrus,& Ioannes aſcendebant in templum. p.245.b.
4 Non eſt in aliquo alio ſalus.p.7.a
4 Non poſſumus, quæ audiuimus non loqui. p.131.a.
4 Si iuſtum eſt in conſpectu Dei. pag.60.a.
4 Conuenerũt Herodes, & Pilatus facere,quæ manus tua.p.122.b.
4 Erãt illis omnia cõmunia.p.197.b
5 Per manus autem Apoſtolorum. pag.233.b.
5 Nonne manens tibi manebat, & venditum in tua erat poteſtate. p.250.b.
7 Nicolaus Diaconus. p.34.b.
8 Cũ audiſſent Apoſtoli,qui erant Ieroſolymis. p.293.a.
8 Pœnitentiam age ab hac nequitia tua. p.343.b.
8 Quomodo intelligere poſſum ſi non aliquis. p.50.a.
8 Ecce aqua quis me prohibet baptizari.
9 Hic habet poteſtatẽ à principibus ſacerdotũ alligãdi eos. p.26.b.
10 Huic omnes prophetæ teſtimonium perhibent. p.371.a.
10 Linteus è cœlo. p.69.a.
11 Ieiunantes, & orantes Saulo, & Barnabæ manus impoſuerunt. pag.213.a.
13 Miniſtrantibus illis, & ieiunantibus. p.383.a.
13 Ieiunantes, & orantes impoſuerunt manus Barnabæ, & Paulo. p.383.b.
13 Segregate mihi Saulum, & Barnabam. p.388.a.
13 Imponentes eis manus. p.63.b.
13 Per hunc nobis annũtiatur remiſſio peccatorum. p.111.b.
14 Et cum conſtituiſſent illis per ſingulas Eccleſias presbyteros. p. 388.b.
15 Conuenerunt Apoſtoli, & ſeniores. p.42.b.
15 Miſerunt Paulum, & Barnabam ad Apoſtolos. p.44.b.
15 Viſum eſt Spiritui ſancto, & nobis. p.57.a.
15 Vt abſtineatis à ſuffocato, & ſanguine. p.58.a.
15 Quid tentatis Deum imponere iugum. p.59.b.
15 Perambulabat Syriã, & Ciliciam confirmans Eccleſias. p.58.b.
15 Per gratiã Ieſu Chriſti credimus nos eſſe ſaluos. p.93.a.
15 Fide purificantur corda.p. 105.b.
16 Media nocte Paulus, & Sylas. pag. 68.b.

16 Cum pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire. p.38.b.
17 Paulus,& Silas ingreſsi ſunt Synagogam,& eos qui ſummo genere. p.30.
18 Quod votum ſuſceperat. p.193.a.
19 Si Spiritum ſanctũ accepiſtis credentes. p.289.a.
27 Quia nullius veſtrûm capillus de capite veſtro peribit. p.231.b.

Epiſtola ad Romanos.

1 Iuſtitia Dei in eo reuelatur ex fide in fidem. p.3 b.
1 Iuſtus ex fide viuit, cum tota ferè epiſtola. p.95 b.
1 Mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei in ſimilitudinem. p. 241.b.
2 Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. p.138.b.
2 An diuitias bonitatis eius patientiæ,& longanimitatis. p.151.b.
2 Cum enim gentes quæ legem nó habent,naturaliter ea. p.157.b.
2 Nó auditores legis iuſtificabũtur apud Deũ,ſed factores. p.88.b.
3 Quem poſuit Deus propitiatorẽ per fidem.
3 Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. p.5.a.
3 Per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. pag.94 a.
3 Arbitramur hominem iuſtificari ex fide. p.96.a.
3 Vnus Deus,qui iuſtificat circunciſionem.
3 Non eſt acceptio perſonarũ apud Deum. p.150.b.
3 Legem ergo deſtruimus per fidẽ abſit. p.155.b.
3 Nam qui diligit proximũ,legem implet. p.159.a.
3 Iuſtitiam per fidem Ieſu Chriſti. pag.95.b.
3 Ex operibus non iuſtificatur omnis caro. p.95.b.
4 Si Abrahã ex operibus legis iuſtificatus eſt,habet gloriã.p.264.a
4 Signũ accepit circũſicionis ſignaculum iuſtitiæ fidei. p.265.b.
4 Ei verò qui non operatur,credenti autem. p.110 b.
5 Sicut per vnius delictum in omnes homines in condemnationem. p.270.b.
5 Virtus peccati lex. p.351.b.
5 Per vnum hominem peccatum intrauit in mundum. p.365.b.
5 Gloriamur in tribulationib' ſciẽtes quoniam tribulatio. p.5.b.
5 Salui erimus ab ira per ipſum. pag..59.b.
5 Non ſolùm autem gloriamur in tribulationibus. p.167.b.
5 Cõmendat charitatem ſuã Deus quod cum adhuc. p.174.a.
5 Propterea ſicut per vnum hominẽ peccatũ intrauit. p.183.b.
5 Quem poſuit Deus propitiatorẽ per fidem. p.186.a.
6 An ignoratis fratres quod quicũque baptizati ſumus. p.155.a.
9 Manebimus in peccato vt gratia abundet; abſit. p.277.b.
6 Sicut exhibuiſtis membra veſtra ſeruire iniuſtitiæ. p.373.a.
6 Si mortui ſumus peccato,quomodo adhuc viuemus in illo.pag. 373.b.
6 Conſepulti enim ſumus per baptiſmum in mortem. p.394.b.
6 Fuiſtis ſerui peccati, liberati autẽ à peccato. p.121.b.
6 Nunc autem liberati à peccato ſerui facti Deo. p.156.a.

6 Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore. p.161.a.
6 Gratia Dei vita æterna. p.167.a.
6 An neſcitis quoniã cui exhibuiſtis vos ſeruos ad obediendum.
7 Inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis. pag.275.a.
7 Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. p.275.b.
7 Peccatum non cognoui niſi per legem. p.278.a.
7 Quæ ſub viro eſt mulier, viuente viro alligata eſt legi. p.400.a.
7 Infelix homo quis me liberabit de corpore. p.59.b.
7 Volenti mihi facere bonum. p.152.a.
7 Cum enim eſſemus ſub lege paſſiones peccatorum. p.156.b.
8 Nam quod impoſsibile erat legi. pag.264.a.
8 Contra ſpem in ſpem credidit.
8 Si quis ſpiritum Chriſti nõ habet hic non eſt eius. p.12.b.
8 Quoniam non ſunt cõdignæ paſſiones huius temporis. p.79.a.
8 Certus ſum quod nec mors, nec vita. p.91.a.
8 Spe ſalui facti ſumus. p.93.a.
8 Condelector legi Dei ſecundum interiorem hominem. p.152.b.
8 Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit. p.154.b.
8 Quod ſi filij, & hæredes. p.166.b.
8 Non ſunt condignę paſsiones huius temporis. p.167.b.
8 Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore. p.178.b.
8 Si Deus pro nobis, quis cõtra nos pag.179.a.
8 Quis nos ſeparabit à charitate Chriſti. p.180.b.
8 Conformes imagini filij eius vt ſit ipſe primogenitus. p.228 b.
9 Habemus acceſſum per fidem. pag.5.a.
9 Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis. p.122.a.
9 Non poſſumus cogitare aliquid à nobis. p.163.a.
10 Corde creditur ad iuſtitiam, ore autem. p.254.b.&.265.b.
10 Nam in omnem terram exiuit ſonus eorum. p.35.b.
10 Fides ex auditu. p.104.b.
10 Moyſes iuſtitiam legis deſcribit dicens. p.111.b.
11 Sine pœnitentia ſunt dona Dei. pag.15.b.
11 Videntes non videant, & audientes non intelligant. p.30.b.
11 Si autem gratia, iam non ex operibus. p.94.a.
11 O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei. p.181.b.
11 Non plus ſapere quam oportet ſapere, ſed ſapere ad ſobrietatẽ. pag.51.a.
11 Idem dicatis omnes, ne ſint in vobis ſchiſmata. p.14.b.
12 Habentes donationem ſecũdum gratiam. p.109.a.
12 Nolite conformari huic ſeculo. pag.194.b.
12 Non vos ipſos defendentes fratres. p.222.b.
13 Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. p.221.b.
13 Nox præceſsit, dies autem appropinquauit. p.243.b.
13 Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. pag. 249.a.
14 Regnum Dei eſt iuſtitia, & pax, & gaudium. p.251.b.
14 Vnuſquiſque ſenſu ſuo abundet. pag.31.a.

15 Vt vnanimes vno ore honorificetis Deum. p.62.b.
15 Certus ſum autẽ fratres mei ego ipſe de vobis. p.92.a.
15 Obſecro vos fratres per Dominũ noſtrum, vt adiuuetis me in orationibus. p.254.a.

Epiſtola prima ad Corinthios.

1 Idem dicatis omnes ne ſint in vobis ſciſmata. p.14.b.
1 Nunquid Paulus pro vobis crucifixus eſt. p.233.b.
1 Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem. p.297.b.
3 Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamẽtum hoc, &c. p.375.a.
3 Dei adiutores ſumus, &c. Dei agricultura eſtis. p.387.b.
3 Fundamentum aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt. p.189.a.
3 Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid à nobis. p.171.a.
3 Ego fratres nõ potui vobis loqui quaſi ſpiritualibus. p.130.b.
4 Sic nos æſtimet homo vt miniſtros Chriſti. p.77.b.
4 Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer. p.176.a.
4 Quid habes quod non accepiſti.
4 Mihi autem pro minimo eſt vt à vobis iudicer. p.323.a.
4 Nihil mihi conſcius ſum ſed non in hoc iuſtificatus ſum. p.323.a.
5 Eorũ qui foris ſunt nihil ad nos. pag.26.b.
5 Iudicaui hunc hominem tradere Sathanæ. p.11.b.
6 An neſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt. p.72.a.
6 Abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. pag. 276.a.
6 Nolite errare neque fornicarij, neque idolis ſeruientes. p.281.b
7 Pretio empti eſtis, nolite fieri ſerui hominum. p.59.a.
7 Circunciſio nihil eſt. p.88.a.
7 Qui ſtatuit in corde ſuo firmus non habens neceſsitatem. pag. 117.b.
7 Si nupſerit virgo non peccat. p. 142.a.
7 Bonum eſt homini mulierem nõ tangere. p.154.a.
7 Alioqui filij veſtri immundi eſſent, nunc autem ſancti ſunt. pag.186.b.
7 Nolite fraudari inuicem niſi forte ex conſenſu. p.201.a.
7 De virginibus præceptum Dõmini non habeo. p.208.b.
7 Volo omnes eſſe ſicut meipſum.
7 Quod ſi non continent, nubant melius eſt enim nubere. pag. 395.a.
7 Sãctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem. p.395.b.
7 Vxori vir debitum reddat: ſimiliter autem & vxor viro. pag. 397.b.
7 Iis autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio nõ ego. pag. 399.b.
8 Eſca nos non cõmedat Deo. pag. 216.a.
9 Si euangelizauero non eſt mihi gloria. p.37.b.
9 Quis militat ſuis ſtipendijs vnquam. p.74.a.
9 Neſcitis, quod ij qui in ſtadio currunt. p.169.a.
9 Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. p.214.a.
10 Petra autẽ erat Chriſtus. p.300.b.

10 Siue ergo mãducatis, ſiue bibitis. pag.302.a.
10 Calix benedictionis cui benedicimus. p.305.a.
10 Videte Iſrael ſecundum carnem nõne qui edũt hoſtias. p.336.b.
11 Ideo inter vos multi infirmi, & imbecilles. p.370.b.
11 Hoc facite quotieſcunq; bibetis in meam commemorationẽ. pag.383.a.
11 Conuenientibus vobis in vnum iam non eſt. p.245.b.
11 Iudicium ſibi manducat, & bibit. pag.304.a.
11 Probet autem ſeipſum homo, & ſic de pane illo edat. p.318.a.
11 Hic calix nouum teſtamentum eſt. p.
11 Laudo vos fratres quod per omnia mei memores eſtis. p.38.b.
11 Si quis videtur contentioſus eſſe, pag 38.b.
11 Oportet hæreſes eſſe, vt qui probati ſunt. p.227.b.
12 Nunc autem multa quidem membra, vnum autem, &c. p.77.a.
12 Alios dedit Apoſtolos alios Euangeliſtas. p.121.b.
12 Deus eſt qui operatur omnia in omnibus.
12 Deus poſuit in Eccleſia alios Doctores. p.234.b.
12 Diuiſiones gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus p.386.a.
13 Si charitatem non habeam, factus ſum velut æs ſonans. p.351.b.
13 Charitas nunquam excidit. pag. 232.a.
13 Fundamentum aliud nemo poteſt ponere. p.48.b.
14 Quod ſi ſedenti reuelatum fuerit prior taceat. p.47.a.
14 Mulieres in Eccleſijs taceãt. p.39.a
15 Cum tradiderit regnũ Patri, cum euacuauerit omnem principatum, & poteſtatem. p.12.b.

Ad Corinthios ſecunda.

1 Ne nobis fidentes ſimus. p.171.b.
1 Qui vnxit nos Deus, & ſignauit nos. p.269.a.
1 Gloria autem noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. pag.323.a.
2 Nam & ego quod donaui, ſi quid donaui. p.77.b.
2 Nos autem non ſpiritum huius mũdi accepimus. p.178.a.
2 Quoniam ſi vnus pro omnibus mortuus eſt. p.181.a.
2 In ieiunijs multis, in ſciẽtia, & caſtitate. p.202.a.
2 Si quid donaſtis, & ego. p.341.a.
3 Vbi ſpiritus Domini, ibi libertas. pag.59.a.
4 Propter quod non deficimus, ſed licet is qui foris eſt. p.133.a.
4 Licet is, qui foris eſt homo, corrumpatur. p.344.a.
5 Deus erat mundum ſibi in Chriſto reconcilians. p.371.a.
5 Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti. p.377.a.
5 Quamdiu peregrinamur à Domino. p.13.a.
5 Iudicaui tradere huiuſmodi hominem Sathanæ. p.82.a.
5 Si enim cognouimus Chriſtum ſecundum carnem p.242.a.
6 Quæ ſocietas lucis ad tenebras, quæ conuentio. p.142.a.
7 Gaudeo quia contriſtati eſtis ad pœnitentiam. p.349.a.
8 In præſenti tempore veſtra abundãtia illorum inopiã ſuppleat. pag.76.b.

9 Augebit incrementa frugum iuſtitiæ veſtræ. p.110.a.
9 Caſtigo corpus meum,& in ſeruitutem redigo. p.343.b.
10 Ad deſtruendam omnem altitudinem extollentem ſe. p.9.b.
13 Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide. p.176.b.

Epiſtola ad Galatas.

1 Miror quod ſic transferimi ab eo,qui,&c. p.29.b.
1 Licet nos,aut Angelus de cœlo Euangelizet. p.34.a.
2 Abundantiùs illis omnibus laboraui. p.163.a.
2 Scientes quod nõ iuſtificatur homo ex operibus legis, & deinceps multa alia loca huius Epiſtolæ. p.100.b.
2 Per legem legi mortuus ſum. p. 155.a.
2 Non abijcio gratiam Dei,ſi enim per legem iuſtitia. p.264.a.
2 Reſtiti ei in faciem,quia reprehenſibilis erat. p.20.a.
3 Quod ſi ſpiritu ducimini,nõ eſtis ſub lege. p.59.a.
3 Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis an? p.67.a.
3 Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cœperitis. p.243.a.
3 Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis. p.264.a.
4 Quanto tempore hæres paruulus eſt. p.60.b.
4 Dies obſeruatis,& menſes.p.66.b
4 Nam cum eſſemus paruuli vt ſerui. p.67.a.
4 Vtinam abſcindãtur,qui vos cõturbant. p.226.b.
4 Quomodo conuertimini iterum ad infirma,& egena elementa. pag.263.b.
5 Vos in libertatẽ vocati eſtis.p.59.a
5 Lex propter tranſgreſsiones poſita eſt. p.63.b.
5 Fides quæ per charitatem operatur. p.93.a.
5 In Chriſto Ieſu neq; circunciſio aliquid valet. p.93.b.
5 Si ſpiritu ducimini,non eſtis ſub lege. p.159.a.
5 Manifeſta ſunt opera carnis,quæ ſunt fornicatio. p.191.b.
5 In libertatem vocati eſtis.p.194.a
5 Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis. p.213.b.
5 Qui ſunt Chriſti,carnem ſuã crucifixerunt. p.213.b.
5 Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. p.279.a.
6 Nec præputium,ſed noua creatura. p.94.a.
6 Bonum facientes non deſinamus omni tempore. p.162.b.

Epiſtola ad Epheſios.

1 Ipſum dedit caput ſuper omnem Eccleſiam. p.144.b.
1 Sicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionem. p.107.b.
1 Qui operatur omnia ſecundum conſiliũ voluntatis ſuæ.p.121.a
2 Eramus natura filij iræ. p.183.b.
2 Cum eſſemus mortui peccatis. p. 286.b.
2 Vos eſtis ciues ſanctorum,& domeſtici Dei. p.234.a.
3 Habitat in cordibus veſtris per fidem. p.101.b.
3 In quo habemus fiduciã,& acceſſum per fidem eius. p.150.b.
4 Induite nouum hominem,qui ſecundum Deum. p.110.a.
4 Obſecro vos ego vinctus in Domino.

mino. p.140.a.
4 Nolite contriſtari Spiritum ſanctum Dei in quo ſignati eſtis. pag.269.
4 Vnus Dominus,vna fides,vnum baptiſma. p.288.b.
4 Ipſe dedit quoſdam quidem Apoſtolos quoſdam autem prophetas. p.385.b.
5 Glorioſam Eccleſiam non habẽtem maculã nec rugam. p.12.a.
5 Implemini Spiritu ſancto loquẽtes vobis. p.70.b.
5 Chriſtus dilexit Eccleſiã.p.106.a.
5 Mulieres viris ſubditæ ſint ſicut Domino. p.394.a.
5 Vir caput eſt vxoris, ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſiæ. p.397.a.
5 Propter hoc relinquet homo patrem, & matrem ſuã. p.397.a.
6 Eſt nobis colluctatio aduerſus mundi rectores. p.370.a.
6 Serui obedite per omnia Dominis carnalibus. p.249.b.

Epiſtola ad Philippenſes.

1 Omnibus ſanctis qui ſunt Philippis cum Epiſcopis, & Diaconibus. p.392.a.
1 Vt charitas veſtra magis ac magis abundet. p.109.b.
2 Deus eſt, qui operatur in nobis velle,& perficere. p.198.b.
2 Omnia autem facite ſine murmurationibus. p.162.b.
2 Viuo ego iam non ego ſed viuit in me Chriſtus. p.163.a.
2 In nomine Ieſu omne genu flectatur. p.238.b.
3 Deus exaltauit illum, & donauit illi nomen. p.311.b.
3 Propter quem omnia detrimentum feci. p.91.a.
4 Fratres quæcunq; ſunt vera quęcunque pudica. p.58.a.
4 Omnia poſſum in eo qui me confortat. p.119.a.
4 Nulla mihi Eccleſia communicauit in ratione. p.73.a.
4 Obſecro te germane compar. p. 210.a.
4 Gaudete in Domino. p.251.b.

Epiſtola ad Coloſſenſes.

1 Qui dignos nos fecit in partẽ ſortis ſanctorum. p.55.a.
1 Conſolentur corda ipſorum inſtructi in charitate. p.31.a.
1 Nunc gaudeo in paſsionibus pro vobis. p.76.b.
1 Gratias agimus Deo,& Patri Domini noſtri Ieſu Chriſti. pag. 169.a.
3 Manifeſtati quod epiſtola eſtis Chriſti. p.55.b.
3 Expoliantes vos veterem hominem. p.110.a.
3 Serui obedite per omnia Dominis carnalibus. p.249.b.
3 Vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto in Deo. p.266.a.
3 Mortificate membra veſtra, quæ ſunt ſuper terram. p.280.b.

Epiſtola prima ad Theſſalonicenſes.

2 Quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus. p.49.a.
2 Vos eſtis gloria noſtra,& gaudiũ. pag.230.b.
3 Quod ſi quis nõ obedierit verbo noſtro. p.82.a.
4 Itaque qui hęc ſpernit,non hominem ſpernit ſed Deum. p.57.b.
4 Hæc eſt voluntas Dei ſanctificatio veſtra. p.134.b.

5 Dies Domini sicut fur in nocte veniet. p.68.b.

Secunda ad Thessalonicenses.

2 Tenete traditiones meas quas didicistis. p.38.b.

Prima ad Timotheum.

1 Habens fidem, & bonam conscientiam, quam quidam repellentes. p.30.b.

1 Volentes esse legis Doctores, non intelligentes. p.34.a.

1 Iusto non est imposita lex, sed iniustis. p.139.a.

1 Soli Deo honor, & gloria. p.229.b

1 Ex quibus est Hymineus, & Alexander. p.83.a.

2 Cum omni silētio discāt. p.44.a.

2 Vult omnes homines saluos fieri. pag.134.b.

2 Ipse est propitiatio pro peccatis nostris. p.233.b.

3 Quæ est columna, & firmamentum veritatis. p.45.b.

3 Corporalis exercitatio ad modicum vtilis est. p.213.a.

3 Pietas ad omnia vtilis est. p.165.b.

3 Exercete ipsum ad pietatem. pag. 169.a.

3 Oportet Episcopum irreprehensibilem esse. p.390.a.

4 Noli negligere gratiam, quæ in te est. p.63.b.

5 Manus citò nemini imposueris. p. 63.b.

5 Quæ verè vidua est, & desolata speret. p.106.a.

5 Est infideli deterior. p.145.a.

5 Adolescentiores viduas deuita cum enim luxuriatæ fuerint. pag.202.a.

5 Oportet Episcopum sine crimine esse. p.264.b.

5 Manus citò nemini imposueris. pag.383.b.

6 Cupiditas est radix omnium malorum. p.205.a.

Secunda ad Thimotheum.

1 Admoneo te vt resuscites gratiā, quæ in te est. p.382.b.

2 Quædam vasa sunt in honorem, & quædā in cōtumeliam. p.13.b

2 Profana autem, & inaniloquia deuita. p.27.b.

2 Certus sum quod in te habitet fides non ficta. p.91.a.

2 Laboro vsque ad vincula quasi male operans. p.1.b.

2 Nemo militans Deo implicat se negotijs. p.200.b.

2 Docere autem mulieri non permitto. p.390.a.

2 Quæ audistis à me per multos testes. p.296.a.

4 Bonum certamen certaui, fidem conseruaui. p.171.a.

Epistola ad Titum.

1 Huius rei gratia reliqui te Cretæ vt ea quæ desunt, corrigas. pag. 388.b.

3 Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. p.271.a.

3 Hęreticū hominē deuita. p.226.b

Epistola ad Hebræos.

1 Locutus est nobis in filio. p.41.a.

1 Cum iterum introducit primogenitum in orbem terrarum dicit.

4 Nam si eis requiem præstitisset nunquam de alia loqueretur. pag.252.b.

4 Nulla creatura inuiſibilis in conſpectu eius. p.111.a.
4 Adeamus cum fiducia ad thronum gratiæ eius. p.235.a.
5 In diebus carnis ſuę preces, ſuppli cationeſque. p.70.b.
5 Nec quiſquam ſumit ſibi honorē ſed qui vocatur à Deo. p.387.b.
5 Omnis namque Pontifex ex hominibus aſſumptus. p.389.
6 Non rurſus iacientes fundamentum pœnitentiæ. p.251.b.
6 Vbi præcurſor pro nobis introiuit Ieſus. p.329.b.
7 Tranſlato ſacerdotio neceſſè eſt, vt legis tranſlatio fiat. p.155.a.
7 Interpellat pro nobis. p.232.a.
7 Si ſecundū ordinē Melchiſedech exurgat alios ſacerdos. p.330.a.
8 Talis decebat, vt nobis eſſet Pontifex ſanctus. p.389.a.
8 Omnis Pontifex ad offerendum munera, & hoſtias conſtituitur. p.389.a.
8 Legem meam ſcribam in viſceribus eorum. p.154.b.
9 Sancti per fidem vicerunt regna. pag.160.b.
9 Habebat quidem etiam prius tabernaculum. p.239.b.
9 Argumētū nō apparētiū. p.309.b
9 Teſtamentum in mortuis confirmatum eſt. p.336.a.
10 Nolite itaque amittere confidentiam veſtram. p.169.b.
10 Chriſtus vna oblatione conſummauit in æternū ſanctificatos. pag.334.b.
11 Sine fide impoſsibile eſt placere Deo. p.5.a.
11 Maiores diuitias æſtimans theſauro AEgyptiorum improperiū. pag.169.b.
12 Ideoq; & nos tantam habētes impoſitam nubem teſtium. p.137.a
12 Deponentes omne pondus, & circunſtās nos peccatum. p.279.b.
13 Obedite præpoſitis veſtris, & ſub iacete illis. p.58.b.
13 Mementote præpoſitorum veſtrorum, qui vobis locuti ſunt verbum. p.237.a.
13 Honorabile connubiū omnibus, & thorus im maculatus. p.395.b.

Epiſtola prima Petri.

1 In vobis erunt magiſtri mendacij. pag.34.a.
2 Vos eſtis genus electum, & regale ſacerdotium. p.56.b.
2 Quaſi liberi, & non quaſi velamē habētes maliciæ libertatē. p.59.a
2 Subditi eſtote in omni timore Dominis. p.62.a.
2 Sicut modò geniti infantes. pag. 110.a.
3 Saluos nos fecit baptiſmus, nō carnis deſpoſitio ſordiū. p.264.a.

Secunda Epiſtola Petri.

1 Non indoctas fabulas ſecuti notā fecimus. p.35.a.
1 Vos autem curam omnem ſubinferentes miniſtrate in fide veſtra. p.89.a.
1 Quomodo omnia diuinæ virtutis ſuæ. p.106.b.
1 Satagite per bona opera certam. pag.109.a.
2 Melius erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ quam poſt cognitionem. p.195.a.
2 A quo enim quis ſuperatus eſt. pag.121.b.
3 Creſcite in gratia, & cognitione Dñi noſtri ſaluatoris. p.110.a.

Iacobi Epiſtola.

1 Eſtote factores verbi, & nō auditores tantum. pag.88.b.

1 Oſtende mihi fidē tuam ſine operibus. pag.107.b.
1 Omne datum optimum, & omne donum perfectum. p.121.a.
1 Deus neminem tentat. p.134.b.
1 Concupiſcentia cum conceperit parit peccatum. pag.188.b
2 Quid proderit fratres mei ſi fidē quis dicat. p.105.a.
3 In multis offendim⁹ oēs. p.144.b.
4 Vnus eſt enim legiſlator, & iudex. pag.234.b.
4 Scienti bonum facere, & non facienti. pag.105.a.
5 Orate pro inuicem, vt ſaluemini. pag.232.a.
5 Confitemini alterutrum peccata veſtra. pag.353.b.

Epiſtola prima Ioannis.

1 Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. pag.230.a.
1 Qui viderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit. p.233.a.
1 Quod fuit ab initio, quod audiui mus. pag.242.a.
2 Aduocatum habemus apud patrem. pag.232.a.
2 Qui dicit ſe in Chriſto manere debet. pag.109.a.
2 Quidquid eſt in mundo aut eſt cocupiſcetia carnis, &c. p.191.a.
3 Scitis quia ille apparuit vt peccata tolleret. pag.276.a.
3 Si non reprehenderit nos cor noſtrū fiducia habeamus. p.323.a.
3 Filioli diligamus nos non lingua. pag.158.b.
4 Deus prius dilexit nos. p.13.b.
4 Nolite omni ſpiritui credere. pag.47.a.
4 Omnis iniquitas peccatum eſt. pag.283.b.

Secunda Ioannis.

1 Quod audiuimus, quod vidimus quod manus noſtræ. p.34.a.
1 Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert. p.82.a.
1 Hæc ſcribo vobis vt nō peccetis. pag.135.a.

Apocalypſis.

1 Fecit nos regnum & ſacerdotes patri ſuo. p.31.b.
1 Nicolaitarum. pag.34.b.
1 Die Dominica. pag.66.a.
3 Ego ſto ad oſtiū & pulſo. p.149.
3 Merces mea mecum eſt, dare. pag.150.a.
3 Qui vicerit, dabo ei ſedere mecū in throno meo. pag.228.b.
5 Feciſti nos Deo noſtro regnum. pag.30.a.
5 Quatuor animalia, & quatuor ſeniores. pag.232.b.
7 Ceciderunt coram agno. p.232.b.
14 Hi ſunt qui cum mulieribus non ſunt coinquinati. p.209.b.
20 Regnauerūt cū Chriſto. p.230.a.
20 Venio citò, & merces mea mecū eſt. p.165.b.
20 Dare vnicuique ſecundum opera ſua. pag.166.b.
20 Ciuitatem quæ duodecim habebat fundamenta. p.234.b.
20 Non intrabit in ea aliquid coinquinatum. pag.374.b.
22 Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.
22 Si quis appoſuerit adhæc. p.40.a.

Finis indicis locorum ſacroſanctæ ſcripturæ.

INDEX RERVM QVAE HIS LIBRIS CONTINENTVR ORDINE ALPHABETI DISPOSITVS.

P. paginam. A. primam. B. ſecundam columnam declarat.

A.

ABACVC locus accuratè declaratur. p.94.b.
Abacuc de qua fide loquatur. pag.95.a.
Abnegandi ſeipſum quæ ſit optima ratio. pag.206.a
Abominatio in deſolationem non eſt eadem. c. 9. quæ.c.12.Danielis. pag.332.a.
Abſoluendi poteſtatem qui ſacerdotes habeant. pag.361.b.
Abſoluere & ligare aliorum eſſe præter Petrũ. pag.23.b.
Abſoluens ſacerdos ſemper vera dicit, licet reuera non abſoluat. p.363.a.
Abſoluentis miniſtri verba quo pacto intelligenda ſunt. p.362.a.
Abſolutione cur opus ſit, licet peccata fuerint cõtritione remiſſa. pag.346.a.
Abſolutum non eſſe niſi qui à ſacerdote abſoluitur. pag.360.b.
Actiones nonnullæ libero hominis arbitrio Deus gubernari vult. pag.125.a.
Actio ſua natura bona propter res adiunctas iniqua fit. p.226.b.
Actiones honeſtæ ſi peccata ſint, quæ ſequantur incommoda. p.142.b.
Actorum locus declaratur. p. 83. a. & .289.b.
Ad Apoſtolos omnes non refertur illud: tu es Petrus, & ſuper hanc petram. p.17.b.
Adæ alia ratione poſita eſt lex de non edendo ex fructu vetito quam leges aliæ. p.184.b.
Ex Adæ pœnitentia cur poſteri nullum fructum perceperint. p.186.a.
Adam nomine totius orbis legem ſibi propoſitam violauit. p.185.a.
Adam peccante nos omnes peccauimus. p.185.b.
Adamitarum hæreſis. pag. 250.a. & .250.b.
Adeſenariorum hæreſis. p.312.a.
Adminiſtratio rerũ eſſet intolerabilis ſi optimus quiſq; in optimo dignitatis gradu eſſet collocandus. pag.132.b.
Adoratio quid ſit. pag.316.b.
Adorandus maximè Chriſtus. pag.316.b.
Adoratio ex oportuno loco nonnihil perficitur. pag.236.b.
Adorari Chriſtus præcipitur. p.317.a.
Aduerſarij ſuis ſe dictis implicant. p. 103.b.
Aduerſarij quæ ſuſcipiant incommoda. p. 176.b.
Aduerſarij quomodo explicent illud, tu es Petrus, & ſuper hanc petram. p.17.b.
Ageſilai dictum. pag.132.b.
Albanorum hæreſis. p.182.b.
Alexander inuidebat Diogeni. p.132.b.
Aliter à Deo multa fieri poſſunt quã facta ſunt. pag.129.a.
Almarici hæreſis. pag.299.a.
Ambitionem quantum monachorum ſtatus coerceat. pag.197.b.
Ambroſij locus explicatur. p.102.a.
Ambroſius noluit iudice Imperatore cum Arriano diſputare. p.44.b.
Amicè vtrum ſe Deus vel inimicè gerat latet vnũquemque. p.174.a.
Amicè verum ſe Deus vel inimicè gerat cur lateat. p.174.b.
Amicitia omnis voluntate dirigitur. p. 151.
Amicitia cum Deò cur brutis non poſſit intercedere aduerſarij non poſſunt explicare. p.151.a.
Amicitia vera inter nos, & Deum, fide, operibus, & ſacramentis dirigitur. p.253.a.
Amicitiam Dei coniunctiſſimam beata vita comprehendit. p.169.b.
Amicitiam cum Deo gerere non poſſemus, ſi ſe propter leuia crimina immutaret. p.188.a.
Amore quanto nos Deus proſecutus fuerit. pag. 309.a.
Amoris quæ nam ſit vis. p.309.a.
Amſdorfij hæreſis. p.147.b.
Anabaptiſtæ cur Luteranos expulerunt. p.2.b.
Anabaptiſtæ quomodo ſacramenta definiant. pag. 256.b.
Anabaptiſtarũ hæreſis. p.251.b. & .250.a. & .9.b.
Angelis fidem eſſe neceſſariam. p.7.a.
Angeli pro nobis precantur. p.232.b.
Animas in purgatorio nec mereri, nec peccare nec de ſua ſalute timere. pag.370.b.
Animas in purgatorio non peccare. p.377.a.
Animas nihil de ſua ſalute timere. p.377.b.

Animi

Animi nonnullos motus in noſtra poteſtate eſſe. pag.122.b.

Animi altitudo quanta fuerit apoſtolis, & ſanctis viris. p.226.a.

Animum iniquum arborem malam vocat Chriſtus. pag.161.a.

Antichriſto qui reſiſtant in Eccleſia erũt.p.331.a.

Antichriſtus tollet euchariſtiam. p.331.b.

Anticaluinianorum hæreſis. p.315.a. & 316.b.

Antiſuencfeldianorum regula fidei. p.33.b.

Apoſtoli non ſunt Domini, ſed alieni iuris vicarij. pag.21.a.

Apoſtoli poſtquam Euangelio fuerunt imbuti, impium eſſet opinari vllã vxorẽ duxiſſe.p.204.b

Apoſtoli plura docuerunt quam ſcripſerunt.pag.37.a.

Apoſtoli leges tulerunt. pag.58.b.

Apoſtoli, & alij qua de cauſa legum ferendarum habuerint poteſtatem. p.62.a.

Apoſtoli multas ferias inſtituerunt. p.66.b.

Apoſtolis quando fuerit data poteſtas celebrandi Euchariſtiam, ligandi, & abſoluendi. p.388.b.

Apoſtolis quæ nam fuerit data poteſtas. p.341.a.

Apoſtolis, & eorum vicarijs aliquo modo conueniunt, quæ in Chriſtum cadunt. p.21.a.

Apoſtolis Epiſcopos pares eſſe numero non eſt neceſſe. pag.21.b.

Apoſtolis non minor quàm Petro poteſtas fuit. pag.21.b.

Apoſtolis maior poteſtas fuit quàm Epiſcopis. pag.22.a.

Apoſtolis non poterat Petrus poteſtatem adimere.

Apoſtolorum partes Epiſcopos ſuſcipere, Papam verò Petri, ſed alia ratione. p.21.b.

Apoſtolorum concilium ſecundum. p.42.b.

Apoſtolorum vita quaſi quoddam monachatus exemplum fuiſſe. p.197.b.

Appellationes magnificas non multum curare debere viros magnos. p.22.b.

Appetendi, & cognoſcendi vires in quocunq; ſint oportere æquiparari. p.117.a.

Appetitui quid præſcribat, quid ſit faciendum. pag.116.b.

Appetitus quo pacto mala ſit arbor. p.145.a.

Appetitus idem quod liberum arbitrium eſſe non poteſt. pag.152.a.

Argumenta ſuadendi ad quæ capita reuocentur. pag.117.a.

Argumenta aduerſariorum in liberum arbitriũ. pag.120.b.

Argumenta explicantur quibus probatur liberũ arbitrium circa res præſentes verſari.p.126.b

Argumentum difficillimum in Dei prouidẽtiam, & eius duplex explicatio. p.132.a.

Argumentum in Dei prouidentiam ethicè explicatur. p.133.a.

Argumentum in Dei prouidentiam theologicè explicatur. pag.133.a.

Argumentum ex contrarijs petitum circa pietatem, & impietatẽ, in qua re nõ valeat.p.373.b

Arietes ſine macula qua de cauſa ſibi Deus voluerit offerri. p.246.a.

Ariſtotelis iudicio idem de inſtantibus, quod de præteritis exiſtimandum eſt. p.125.b.

Armeniorum hæreſis. p.182.b. & 299. & 374.a & 14.b.

Arrabonariorum hæreſis. p.299.a.

Arrij hæreſis. pag.390.b.

Arriũ Eccleſia cõpreßit Concilio Niceno.p.43.a

Aſtrologia iudiciaria eſt ridicula. p.131.b.

Auaritiam quantum monachorum ſtatus coerceat. p.197.b.

Auctor qua de cauſa hunc librum compoſuerit. pag.1.a.

Auctor ea lege, quam Luterus vult, cum eo diſputat. pag.2.b.

Auctor cur non diſputet cum quibuſdam huius temporis hæreticis. pag.3.a.

Auctor cur prætermittat res non neceſſarias. pag.3.b.

Auctor cur Alphabeti ordinẽ nõ ſequatur.p.4.a.

Auctores omnes ſancti de fide peccatorum loquẽtes quo pacto multis locis ſint explicandi.pag.107.b.

Auctores omnes claßici ſubſcribunt ſententiæ noſtræ de Petri poteſtate. p.23.b.

Auctores ſancti de ſola fide loquentes quomodo explicandi ſunt. p.102.a.

Auctores ſancti nunquam tetigerunt fidẽ quam aduerſarij docent. p.102.b.

Auctores omnes ſancti cenſent ſanctos eſſe precandos. p.233.b.

Auctoribus ſanctis hæretici multos hæreticos auctores anteponunt. p.2.b.

Auctoris quod nam fuerit inſtitutum. p.2.a.

Auctoritate Dei non hominum nos ad credendum mouemur. p.7.b.

Auctoritatem humanam momentum habere ad res perſuadendas. p.7.b.

Auctoritas Dei cur neceſſarium argumentũ ſit. pag.8.a.

Auctorum ſanctorum hæretici teſtimonia contemnunt. pag.2.a.

Auctorum omnium ſanctorum conſenſu liberum arbitrium eſſe probatur. p.119.b.

Augustini verba grauissima in aduersarios nostros. p.107.b.
Augustini locus explicatur. p.107.b.
Augustini loca explicantur. p.123.b.
Augustini locus corruptè citatus. p.247.a.
Augustini elegans similitudo. p.261.b.
Augustini multa loca explanantur. p.283.b.
Augustini pulchra similitudo. p.151.a.
Augustinum falsò Lutherus citat. p.882.b.
Augustinus quo pacto de petri potestate loquatur. p.18.b.
Augustinus quomodo explicet illud, Super hanc petram, &c. p.18.b.
Augustinus seipsum explicat. p.153.a.
Augustinus exponitur. p.387.a.
Auxilio quo nobis opus sit, vt Deo recõciliemur. pag.148.a.
Auxilium sanctorum cur imploremus. p.134.b.

B.

BABEL ædificationis historiam in hæreticos quadrare. p.85.a.
Baptisma est necessarium. p.254.a.
Baptisma aliter est quàm Eucharistia necessariũ. pag.254.a.
Baptismate cur ostendatur Eucharistiæ voluntas.
Inter baptisma, & circuncisionem multum differre. p.255.b.
Baptismatis forma Græcorum nonnihil à nostra verbis differre. p.258.b.
Baptisma Arrianorum cur Ecclesia improbauerit. p.258.b.
Baptisma circuncisioni succesit. p.265.b. & 271.a.
Baptisma quo pacto signaculum fuerit. p.265.b.
Baptisma in quo circuncisioni antecellat. p.266.b
Baptisma cur characterem imprimat. p.269.a.
Baptisma esse necessarium. p.270.a.
Baptisma quanti sacra doctrina faciat. p.270.a.
Baptisma qua de causa institutum fuit. p.270.b.
Baptismatis materia, & forma. p.272.a.
Baptismatis formam peruersè explicat Melanct on. p.272.a.
Baptisma stipulatione celebratur. p.273.a.
Baptisma sua vi omne quod est verè peccatum auferre.
Per Baptisma omnibus peccatis, non tamen malis leuamur. p.283.b.
Baptisma prodesse paruulis, & sine illo salutem consequi non posse. p.284.b.
Baptismati fidem præire oportere in ijs, qui sunt rationis compotes. p.286.b.
Per Baptisma omnes oportere renasci Christus probat. p.286.b.
Baptisma non posse repeti. p.288.b.
Inter baptisma Ioannis, & Christi differt. pag. 289.a.
Baptisma Ioannis nullam gratiam sponte sua conciliabat. p.290.b.
Baptismatis Ioannis apta figura. p.290.b.
Baptisma Ioannis quo pacto homines apparabat. pag.291.a.
Baptisma Ioannis cur pœnitentiæ baptisma vocetur. p.291.a.
Baptismatis maxima vis. p.291.a.
Baptisma non ex verbis, sed ex virtute ponderandum est. p.292.a.
Baptisma Ioannis non remittebat peccata. pag. 292.b.
Baptisma, & confirmatio valde sunt inter se coniuncta. p.295.a.
Baptisma pro naui est iniquis hominibus ad id cõ fugientibus. p.340.a.
Baptisma cur pœnitentiæ sacramentum appelletur. p.342.a.
Inter baptisma, & pœnitentiam differt.
Baptismate cur omnis peccati pœna condonetur. pag.373.b.
Baptismatis ritus quid significet. p.393.b.
Baptizati qui semel fuerint, ad Ecclesiam semper pertinere. p.29.a.
Baptizatus qui semel fuerit religionis causam dicere cogitur. p.29.a.
Baptizandus homo est non virtute suæ confessionis, sed virtute Dei.
Baptizatos à Ioanne Apostoli iterum baptizabant. pag.291.b.
Bardesanis hæresis. p.115.a.
Basilius Imperator quos putauerit attingere de rebus Ecclesiæ disserere. p.45.a.
Basilij locus explicatur. p.102.b.
Basilidis hæresis. p.208.a.
Bellum gerere christianis licere. p.221.a.
Bellum aduersus Turcas iustum esse. p.222.b.
Bella nonnulla in Turcas feliciter gesta sunt. pag.223.a.
Beata vita Dei coniunctissimam amicitiam comprehendit. p.169.b.
Benedictiones creaturarum nec in minimum nec romantiam sapiunt. p.64.b.
Benedixit Christus creaturas. p.64.b.
Benedictione aliquã virtutẽ addi creaturæ. p. 65.a
Benedictio creaturarum non agit more naturalium rerum. p.65.a.

Benedictio cymbalorum defenditur. p. 65.a.
Beneficia in homines collata quanti Deus faciat. pag.159.a.
Beneficia multa Deus hominibus propter ſanctos ſuos contulit. p.233.b.
Beneficia quæ nobis Deus per Euchariſtiam præſtat, poterat quamuis præſens non adeſſet, præſtare. p.304.b.
Beneficium Chriſti erga nos comparat Paulus cũ Adæ peccato. p.183.b.
Benignitati Dei aſcribendum eſt quod tanta præmia nobis proponat. p. 168.a.
Berengarij hæreſis. p.312.b.&.299.a.
Bernardi locus declaratur. p.124.a.
Bezæ hæreſis.
Blaſphemia eſt omnes chriſtianos tam ſanctos quam Chriſtum eſſe putare. p.109.b.
Boni natura. p.191.a.
Boni viri deliberatio qualis eſſe debeat. p.91.a.
Bonis tantum illis homines propter Adæ peccatum fuerunt ſpoliati quibus erant propter Dei liberalitatem aucti. p. 186.b.
Bonis viris quod afferant detrimentum iniqui. pag.13.a.
Brentij hæreſis. p.11.a.&.p.86.a.&.293.b.
Brentius quam ponat fidei, & religionis regulam. pag.30.b.
Brentius quando vniuſcuiuſque iudicium fidei regulam putet. p.36.a.
Brentius quem errorem inducat. p. 30.b.
Brentij alia fidei Regula. p.32.a.
Brentij ſacramenti forma refellitur. p. 258.b.
Brutum cur liberum non ſit. p.115.b.
Brutis vnum duntaxat bonum offertur. p. 116.a.
Bullingeri hæreſis. p. 284.b.&.286.b.
Buzeri hæreſis. p.86.b.&.103.b.&.115.a.&.150.a.&.154.a.&.159.b.&.163.b.&.154.a.&.172.a.&.181.b.&.274.a.&.284.b&.299.a.&.323.b.&.315.b.
Buzeri de fide ſententia. pag. 8.b.
Buzerus ſibi non conſentit. p.154.b.

C.

CEremonias recte Eccleſiam inſtituiſſe. pag.62.b.
Ceremonias aduerſarij contemnunt. p. 62.b.
Ceremonias cur ſapienter præſcribat Eccleſia. pag 62.b.
Ceremoniæ quibus de cauſis populis proponãtur. pag.63.a.
Ceremonijs Chriſtus, & Apoſtoli vſi ſunt. pag. 63. a.
Ceremonias quas Paulus refellat. p. 63.b.
Ceremoniæ veteres cur ſint abijciendæ. p.63. b.
Ceremonias veteris legis cur Paulus mundi huius elementa vocet. p.67.a.
Ceremonias poteſt Eccleſia inſtituere, quæ rerum quas ſignificant cauſa ſint. p.293.
Ceremonias quibus celebratur baptiſma non eſſe recenter inuentas. p.293.a.
Calix ſanguinis Chriſti eſt, quo fœdus inter nos, & Deum icitur. p.337.b.
Caluini hæreſis. pag.11.a.&.14.b.&.103.b.&.105.a.&.150.a.&.154.a.&.163.b.&.172.a.&.181.b.&.187.a.&.207.b.&.271.a.&.274.a.&.276.a.&.287.a.&.207.b.&.271.a.&.274.a.&.276.a.&.286.b.&.289.a.&.293.b.&.316.b.&.223.b.&.327.b&.340.b.&.302.b.&.363.b.&.378.b.&.398.a.
Caluini regula fidei. p.33.b.
Caluini de fide verba. p.86.a.
Caluinus in traditiones maledictis inuehitur. pag.41.
Caluinus quomodo fidelem deſcribat. p.90.b.
Caluinus quibus ſcripturæ locis nobiſcũ pugnet. pag.105.b.
Caluini ſtultitia ſumma. p.110.b.
Caluinus quomodo criminum remiſſionem conſtare putet. p.110.b.
Caluinus ſibi non conſentit. p.154.b.&.341.a.
Caluini ſtulta explicatio. p.166.a.
Caluinus duo modò ſacramenta ponit. p.259.b.
Caluini abſurda ſcripturæ explicatio. p.271.a.
Caluinus decretum Concilij Tridentini irridet. pag. 281.a.
Caluinus Auguſtini multa loca citat. p. 283. b.
Caluinus quam ſit proiectus ad nouas hæreſes inducendas. p.316.b.
Caluinus in re grauiſſima ludere potius quam argumentari videtur. p.318.b.
Canonicis literis quo pacto fas non ſit addere. pag.49.b.
Cantum cur Eccleſia inſtituerit. p. 69.b.
Cantus vtilitas. pag 70.a.
Cantu qua ratione Deus & eius ſancti delectentur. p.70.b.
Cantus, & carminis auctoritas. p. 70.a.
Carolus Imperator Solimanum pedem referre coegit. p.223.b.
Caroloſtadij hæreſis. p.219.b.&.p.237.b.
Caro quid Paulo ſit. p. 243.a.
Caſtitatis perpetuæ votum facere honeſtum eſt. pag.193. a.
Caſtitatis votum honeſtiſſimum eſt. p.201.a.

Castitatis votum tangit Christus cum castrare dicit. p.201.b.
Castriotus magnus dux. p.223.b.
Casu nemo felicitatem adipiscitur. pag.5.a.
Catholicos cur in quadam vrbe Luterani expulerint. pag.2.b.
Catholici nonnunquam nullo scripturæ loco suã aperte probant sententiam. p.30.b.
Certus quid Paulo significet. p.91.a. & .180.b.
Certum nos habere non posse in gratia esse cum Deo. p.172.a.
Certi de sua salute nec demonstratione nec oraculo vllo aduersarij esse possunt. p.173. a.
Certi de sua salute aduersarij esse non possunt vel fide sua nugatoria nitentes. p.173.b.
Certum esse non potest, quod in me est vt sit vel non sit, sed contingens appellatur. p.173.b.
Certamen inter spiritum, & carnem nonnũquam honestißimarum actionum causa est. p.144.b.
Characterem non recenter inuentum fuisse. pag. 268.b.
Characterem cur imprimat baptisma. p.269.a.
Characterem cur imprimat confirmatio. pag. 269.a.
Characterem tria sacramenta imprimere. pag. 269.a.
Character non cõmunio, sed potestas est. p.269.b.
Characterem cur alia sacramenta imprimant alia non imprimant. p.269.b.
inter Characterem, & gratiam multum differre. pag.270.a.
Charitas perfecta quem timorem excludat. pag. 377.b.
Cherinti error. p.276.a.
Chrisma singulis annis conficiendum. p.296.b.
Christus verbis, & exemplis fidei confessionem docuit. pag.9.b.
Christi discipulo turpißimum est Christum abnegare. pag.9.b.
Christum esse modo Ecclesiæ caput sicut, & Synagogæ fuit. p.14.b.
Christus aliter se modo nobiscum gerit, quam cum viueret nobiscum. pag.15.a.
Christi vicarius Petrus fuit factus. p.15.b.
Christus quos principes instituerit. pag.19.b.
Christi regni res ad sacros magistratus potius quam ad profanos sunt deferendæ. p.32.b.
Christus multa discipulos docuit, quæ scripta non sunt. pag.37.b.
Christus docuit discipulos, quo ipsi ecclesiam docerent. p.37.b.
Christus non necessarium putauit scriptis vti ad ecclesiam docendam. p.37.b.
Christi satisfactiones seruari concedere necesse est. p.76.a.
Christi merita qua ratione possent sine sacramento dispensari. p.78.a.
Christus nonnullas naturæ leges renouauit. pag. 88.a.
Christus cur in futuro iudicio nullam fidei rationem petiturum se dicat. pag.88.a.
Christum aduersarij faciunt non iustificatorem sed criminum occultatorem. p.108.a
Christus sanctificauit Ecclesiam. p.108.a.
Christum cur pati oporteret. p.129.a.
Christus non fuit coactus vaticinijs prophetarum ad ea faciendum quæ gessit. p.130.a.
Christus nunquam dubitauit, vtrum posset eum pater morte liberare. p.130.a.
Christus quid illa ratione dicendi, pater, si possibile est significarit. p.130.a.
Christum esse gratiæ, & reconciliationis fontẽ. pag.135.b.
Christus non venit in mundum propter vlla merita nostra. p.137.a.
Christus quo pacto docebat tanquam potestatem habens. p.154.a.
Christus qua ratione viam nobis demonstrauit. pag.154.b.
Christus legẽ tulisse multis locis testatur. p.155.a.
Christus plane inter consilium, & præceptum distinxit. p.163.b.
Christus delectus fuit culpæ nostræ restaurator. pag.186.a.
Christo mundus maximè repugnat. p.197.a.
Christus se pro nobis hominibus subiecit. p.206.b
Christus pro nobis semper interpellat. p.232.a.
Christi, & sanctorum exemplum eiusdem rationis est. p.237.a.
Christus passus est, vt imprimis peccata nostra tolleret. p.276.a.
Christus omnes seruauit, sicut Adam omnes perdidit. p.285.a.
Christus qua ex parte in eucharistia est, non est medicina sed solidus cibus. p.322.b.
Christus bis seipsum immolauit. p.329.a.
Christus in cœna seipsum obtulit. p.329.a.
Christus imprimis baptizat, confirmat, conficit eucharistiam. p.334.a.
Christi mactationis volumus quotidie memoriam vsurpare. p.335.a.
Christus non solum vt seruator, sed etiam vt iudex est missus. p.356.b.
Christum retulit petra deserti. p.301.a.
Christus de duplici cibo disserit. p.30.b.
Christus duplicem attulit cibum. p.302.b.

Christus eo modo quo in cœlis est, in pluribus locis propter sacramentum non est. p.10.a.
Christus eo modo quo in sacramento est, in pluribus locis esse potest. p.311.a.
Christi corpus, & sanguinem non esse post ascẽsionem in Deum conuersa. p.311.b.
Christus quare maiora quam Moyses miracula ediderit. p.55.a.
Christus in cœlum ascendens humani fuit corporis particeps. p.312.a.
Christus si pani tantum præsens adesset non manducaretur. p.313.b.
Christus quem iudicem informare voluit dicens quodcunque solueris, &c. p.363.b.
Christus vt nostros languores portet quid nobis opus sit. p.371.b.
Christum Pontificem fuisse ex quibus probet Paulus. p.389.a.
Christianus à fidei principio non debet deduci. pag.8.a.
Christianos omnes non æque sanctos esse. pag. 109. b.
Chrisostomi locus declaratur. p.103.a.
Cibos nonnullos christianos interdici fas esse. pag.213.b.
Cibis multis se abstinere debent qui perfectiorẽ vitam profitentur. p. 215.a.
Cibos lege vetitos Apostolis Christus ante mortem suam non permisit. p.215.a.
Cibus Christi præstantior est manna. p. 302.b.
Cibum duplicem Christus Ioannis ca.6. distinxit. pag.302.b.
Cibum duplicem Christus proposuit vt ipse diuinus, & humanus est. p.304.a.
Cibus noster cur Deus fieri voluerit. p. 309.a.
Cibi cuiusque generis solent in sacris literis panis nomine appellari. p.315.a.
Circuncelionum hæresis. p.11.a.
Circuncisio sua vi non præstabat homines Deo gratos. p. 257.b
Circuncisio quo pacto signaculum fuerit. pag. 265. b.
Circuncisioni baptisma successit. p. 265.b.
inter Circuncisionem, & Baptisma differt. pag. 255.b.
Circuncisi quotquot, fuissent ad populum Israeliticum pertinebant. p.29.b.
Ciuile bonum quid sit. p.57.a.
Ciues omnes debent reipub. suæ legibus obedire. pag.57.a.
Clementiæ Dei tribuẽdum est quidquid boni per gratiam adipiscimur. p.167.b.
clerici quo pacto non illudant dum pro eis rogãt quos interfici volunt. p.227.a.p.227.b
Cœlum orantes cur natura suspicimus. p. 246.b.
Cœlum nihil contaminatum ingredietur. p.379.b
Cognoscendi, & appetendi vires in quocunq; sint oportet æquiparari. p.117.a.
Cohonestare oportet homines aliquos præter cæteros in republica.
per Concilia Ecclesiam vere docere. p.42.a.
Concilia Ecclesiæ aduersarij maxime horrent. pag.42.a.
Concilio conuocato Ecclesia grauissimas quæstiones explicauit. p. 42.a.
Concilium primum Apostolorum. p.42.a.
Concilio coacto Ecclesiæ alium suffecit Apostolum. p.42.b.
Concilij quanta sit auctoritas ostenditur. p.42.b.
Concilio magnũ cum Christo esse vsum significatur. p.42.b.
Concilium secundum Apostolorum. p. 42.b.
Concilio Niceno Arrium Ecclesia compressit. pag. 43.a.
Concilio Constantinopolitano Eunomium confutauit. p.43.a.
Concilio Macedonio, & Ephesino Nestorium. pag.43.a.
Concilij vna via Ecclesia hæreses omnes extirpauit. p. 43.a.
per Concilia Ecclesia grauissimis se difficultatibus expediuit. pag.43.b.
Concilij conuocandi Ecclesiæ consuetudo pro diuino est oraculo. p.44.a.
Concilij conuocatio antiquior est in Ecclesia quã Euangelium Ioannis. pag.44.a.
in Concilio non oportet totam Ecclesiam congregari. p. 44.a.
ad Concilium solos sacerdotes conuocari solere. pag.44.a.
Concilium quos attingat Valentiniani sententia, pag.44.b.
Concilium possunt monere Laici de quibus rebus agere expediat. p.45.a.
Concilio quæ fuerint instituta munus regum est vt expromi curent. p.45.a.
per Concilium Ecclesiæ vox effertur. p.45.b.
Concilium vt legitimũ habeatur cuiusmodi oporteat esse. p. 45.b.
Concilium Carthaginense cur errauerit. p.46.a.
Concilium cur oporteat de Pontificis Maximi auctoritate fieri. p.46.a.
Concilium Nicenum auctoritate Pontificis Maximi conuocatum fuit. p.46.a.
Concilium auctoritate Pontificis Maximi cogi ex quo intelligatur. p.46.a.

Concilium Ariminense, & Constantinopolitanũ, & Ephesinum secundũ cur errauerint. p.46.b
Concilium oportet sacram scripturam scrutari. pag.46.b.
Concilij auctoritas sine testimonio scripturæ sufficit ad hæreticum refellendum. p.47.a.
Concilium Constantiense conciliatur cum Niceno, & Florentino. p.48.b.
A Concilio hæreticum esse dissentire, licet ea tradat, quæ non sunt ad salutẽ necessaria. p.49.a.
Concilia, miracula, & traditiones non sufficiunt ad persuadendum populis veram doctrinam. pag.55.b.
Concionatores fidei non esse regulam. p.33.b.
Concionatores legitimè vocatos fidei non esse regulam. p.34.a.
Concionatores nonnulli legitimè vocati in errorem populum impulerunt. p.34.b.
Concupiscentia naturalis cur non sit peccatum. pag.282.a.
Conferenda non esse omnia in commune. p.250.a.
Confidere meritis suis viro bono licere. p.170.b.
Confidimus meritò Deo si iussa eius faciamus. pag.170.b.
Confidat quis nam in virtute sua. p.171.a.
Confidentes officijs suis viri boni, quo à Pharisæo differant. p.171.b.
Confidunt viri boni in gratia esse cum Deo licet nihil certi habeant. p.179.a.
Confidunt viri boni in gratia esse cum Deo non solum propter fidem, sed etiam propter honestas actiones. p.179.b.
Confessionem à Christo fuisse institutam, & necessariam esse. p.352.b.
Confessio imprimis materia est pœnitentiæ. pag.353.a.
Confessionem Christus instituit. p.353.a.
Confiteri necesse est crimina post baptisma suscepta. p.353.b.
Confessionis mentionem veteres auctores fecisse. pag.356.b.
Ad Confessionem: quem peccatorum numerum habere sufficiat. p.360.a.
Confiteri peccata necessarium esse ex quibus Christi verbis concludatur. p.360.a.
Confessiones sacerdotes tantùm audire debent. pag.361.a.
Confessiones audiendi apud quem sit summa potestas. p.361.a.
Confiteri quo animo oporteat. p.363.b.
Confirmationem esse sacramentum. p.293.b.
Per Confirmationem robur christianæ accedit ætati. p.293.b.
Confirmationis magna vis. p.293.b.
Confirmatio omnium ecclesiarum consensu religiosa semper habita fuit. p.294.a.
Confirmatio, & baptisma valde sunt inter se coniuncta. p.295.a.
Confirmatio christianis quid emoluměti afferat. pag.295.b.
Confirmationis quis sit minister. p.296.a.
Confirmatio à Christo instituta fuit in die cœnæ. pag.296.a.
Confirmatio similem gratiam præstat eius, quæ Apostolis in die Pentecostes collata fuit. pag.296.a.
Confirmationis vim quibus verbis explicet Christus. p.296.b.
Confirmationem cur Christus non exhibuerit. pag.297.b.
Confirmationis forma. p.297.b.
Confirmatio sua vi, & gratiam, & virtutes maiores facit. p.298.a.
Confirmatio qualem postulet ministrum. pag.298.b.
Conscientiæ suæ testimonium Paulus vehementer amauit. p.323.a.
Consilium, & libertas circa res eadem versatur. pag.126.a.
Consilium non est de rebus præsentibus. p.126.a.
Consilia circa præceptorum materiã versantur. pag.163.b.
Consuluit multa Christus, quæ iubere noluit. pag.154.
Constantini exemplum. p.33.a.
Constantini sententia ex quibus concilium cogi oporteat. p.44.b.
Contritione peccatis liberamur. p.346.a.
Contritionem esse pœnitentiæ partem scripturæ testimonijs demonstratur. p.348.a.
Contritio cur sit pœnitentiæ pars. p.353.a.
Contumelioſi in Deũ varijs modis esse possumus, & in proximos iniurioſi. p.191.a.
Cor pro mente hebraismus. p.136.a.
Corde toto Deum dilexit Dauid. p.161.b.
Corporis exercitationem quam vocet Paulus. pag.213.a.
Credere corde perfecto quid sit. pag.91.b.
Culpa nisi dimoueatur damnatione nemo liberari potest. p.281.b.
Cupiditatem quantum monachorum status coerceat. p.197.b.
Cupiditatem natura insitam cur Paulus vocet peccatum. p.161.b.
Cupiditates natura insitæ causæ non fuerunt diluuij. p.136.a.

Cupiditas quæ ſit, & quæ non ſit peccatum. pag. 278.b.
Cupiditatem natura inſitam nulla lex prohibet. pag.278.b.
Cupiditatis lex mentis legi contraria eſt.p.279.a
Cymbalorum benedictio defenditur. p.65.a.
Cypriani locus declaratur. p.124.a.

D.

DAMNATIONE nemo liberari poteſt poteſt niſi ab eo culpa dimoueatur. pag. 281.b.
Daniel de temporibus Antichriſti locutus eſt. pag.332.b.
Dauid toto corde Deum dilexit. p.161.b.
Deliberatio boni viri qualis eſſe debeat. p. 91.a.
Dei ſupplicia expromunt iniqui. p.138.a.
Deo peccata tegi non poſſunt. p.111.a.
Deo volens nolens ſemper ſeruit iniquus. p.138.a.
Deum omnium ſceleratiſſimum hæretici dicere non verentur. p.134.a.
Deum peccati cauſam eſſe non poſſe. p.134.b.
Deus cum populis qua ratione fuerit de vera doctrina locutus. p.54.b.
Deus ſæpè præcipit ne peccemus. p. 135.a.
Deus per iniquos res geſſit præclariſſimas. pag. 138.a.
Deus alia de cauſa quàm improbi bonos affligit. pag.138.a.
Deus cur parum iraſci dicatur. p. 138.b.
Deus cur quoſdam indurare dicatur optime exponitur. p. 139.a.
Deus quo pacto induret, & ſit cauſa cæcitatis. pag.139.b.
Deus eſt pœnarum, non peccati auctor. p.139.b.
Deus non præcipit, vt quoties aliquid agimus eum toto pectore diligamus. p.145.a.
Deum toto pectore quis diligat. p.145.b.
Deus quid ſignificet, cum iubet, vt ad eum conuertamur. p.149.a.
Deus res vniuerſas pro illarum natura mouet. pag.151.a.
Deum eſſe magno argumento probatur. p.192.a.
Deum rupem, & petram appellant Hebræi. pag. 301.a.
Deus non ſolum pater, ſed etiam iudex piorum virorum eſt. p.367.a.
Deuteronomij locus accurate explanatur.p.39.b.
Differre inter conſilium, & præceptum.p.163.b.
Differre inter veniale, & mortale peccatum. pag.187.a.
Diaboli quo pacto ſit, qui facit peccatum. p. 12. b.
Diſcipulo Chriſti turpiſſimum eſt Deum abnegare. pag.9.b.
Diſcipulos Chriſti non omnino pecuniis caruiſſe. pag.72.b.
Diſcipulis de ſingulis Chriſti aliter diſſerendum eſt quàm de vniuerſo totius Eccleſiæ ſtatu. pag.73.b.
Diſcipulum pauperem Chriſtus amat. p.205.a.
Diſcipulos quos Chriſtus requirebat. p.250.a.
Diſcipulum Chriſti eſſe non poſſe differt ab eo quod eſt vitam æternam aſſequi poſſe.p.250.a
Diſcipulorum pedes quod lauarentur quid ſignificat. p.319.b.
Diſpenſatores qui ſint theſauri indulgentiarum. pag.77.b.
Diſpenſari Chriſti merita qua ratione ſine ſacramento poſſint. pag.78.a.
Diſputatio vniuerſa ad quæ principia reuocabitur. pag.3.a.
Diſputatio quo nam pacto apte cum hæreticis inſtituatur. pag.3.b.
Diſputationis vniuerſæ qualis erit diſpoſitio. pag.4.a.
Diſputatio tota quot libris contineatur. p.4.a.
Diuos quanti Deus æſtimet. p.228.a.
Doctrina ſingulorum hominum non concilij, eſt vnicuique probanda. p. 47.a.
Doctrina ſacra quo pacto populis tradebatur antequam eſſent traditiones, & concilia. p.54.a.
Doctrinam qui nouam afferunt, debent miracula edere. pag.55.a.
Doctrinam ſacram ad perſuadendam populis miracula, traditiones, & concilia non ſufficiunt. pag.55.b.
Doctrina ſacroſancta quibus principijs nixa ſit. pag.56.a.
Dolenti Dauidi cur Deus pepercerit; Sauli, & Iudæ minimè. p.346.b.
Dolorem ſuſceptorum ſcelerum ad veram pœnitentiam neceſſarium eſſe. p. 347.b.
Dolor cur ſit pœnitentibus neceſſarius.p.347.b.
Dominica dies fuit ab Apoſtolis inuenta. p.66.a.
cum Dominica die cur Sabbatum Eccleſia commutauerit. p.66. a.
Dominicum diem Apoſtoli inſtituerunt. pag. 252.a.
Dominico die celebramus requiem Dei poſt mundum reſtauratum. p.252.b.
Dona ſua Deus cur per ſacramenta diſtribuat. pag.254. a.
Donatiſtarum hæreſis. p. 260.b. & p.11.a.
Duplex quid nonnũquam in ſcriptura ſignificet. pag.135. a.

E.

EBIONIS error. p.216.
Ad Eccleſiam improbos homines pertinere. pag.10.b.
Eccleſia licet ſit fidei magiſtra quo pacto nõ eius ſed Dei auctoritate ad credendum moueamur. pag.10.b.
In Eccleſiæ declaratione aduerſarij nobis reſiſtunt. p.11.a.
Eccleſiam oportere ſub ſenſum cadere vt certos iudices habeat. p.11.a.
Eccleſiam cur ponant aduerſarij inuiſibilem. pag.11.a.
Eccleſiæ magiſtratus non imminui propter eos gerentium peccata. p.11.b.
In Eccleſiæ partibus peccatores numerari Chriſtus docet. p.12.a.
Eccleſia quando ſit exhibenda ſine macula. pag. 12.b.
In Eccleſia quo pacto ſit iniquus. p.12.b.
In Eccleſia quo pacto vir bonus ſit. p.12.b.
Ab Eccleſia quo maiori vinculo peccatores, quã pagani teneantur. p.13.a.
Eccleſia cur ſancta dicatur. p.13.a.
Eccleſia quò minus ſancta ſit, iniqui impedimento non ſunt. p.13.b.
Eccleſiæ militanti cur opus ſit vaſis in contumeliam, triumphanti vero non. p.13.b
Eccleſiæ caput eſſe Pontificem Maximum. p.14.a
Eccleſia eſt vna. p.14.b.
Eccleſiæ rex ſpiritualis eſt Pontifex Maximus. pag.14.b.
Eccleſiæ caput Chriſtum eſſe modo, ſicut & Synagogæ fuit. p.14.b.
Eccleſia non vincitur, licet plures in ea peccatores ſint. p.16.a.
Eccleſiæ Petrus figuram fuiſſe. p.18.a.
Eccleſiæ figura Petrus quo pacto fuerit. p.18.a.
Eccleſiæ Græciæ, Africæ, & Aſiæ, Romano ſe Pontifici ſubiecerunt. p.24.a.
Eccleſiam eſſe viſibilem. p.26.a.
Eccleſia mera eſſet ſolitudo, ſi ſub aſpectum non caderet. p.26.b.
Ad Eccleſiam qui pertineant in Actis ſcribitur. pag.26.b.
Eccleſiæ definitio. p.27.a.
In Eccleſia circunſcribenda nonnulli Chriſtiani periculoſè loquuntur. p.27.a.
Ad Eccleſiam nonnulli tantum pertinere putant qui fide prædíti ſunt. p.27.a.
Ad Eccleſiam pertinere qui ſemel baptizati fuerint. p.29.a.
Eccleſiæ qui ſe ſemel ſubijcit, non poteſt iugum eius excutere. p.29.a.
Eccleſia certa, & ſub aſpectum cadens oſtenditur. p.29.a.
Eccleſiæ ſummum magiſtratum religionem ſummam habere. p.33.b.
Eccleſiæ mos fuit, vt principes profani audiant quæ fidei ſunt ex ſacris principibus. p.32.b.
Eccleſiam veram eſſe religionis magiſtrã. p.34.b
Eccleſiam ex aduerſariorum ſententia fidei non eſſe regulam. p.34.b.
Eccleſia eſt omni doctrina ſcriptis mandata antiquior. p.35.a.
Eccleſia mater noſtra eſt. p.35.a.
Eccleſiæ Chriſtus dedit docendi partes. p.35.a
Eccleſia teſtis eſt Euangelij vſque ad vltimum terræ. p.35.b.
Eccleſiam vniuerſam virtutem Spiritus ſancti accepiſſe. p.36.b.
Ad Eccleſiam vniuerſam promiſſiones Chriſti pertinere. p.36.a.
Eccleſiam verè docere per maiorum traditiones. pag.36.b.
Eccleſia docet duobus modis. p.36.b.
Eccleſia habuit Dei oracula, antequam eſſent ſcripta. p.36.b.
Eccleſia multa Dei oracula per traditiones accepit. p.37.a.
Eccleſiam per concilia verè docere. p.42.a.
Eccleſia grauiſſimas quæſtiones Concilio conuocato ſæpe explicauit. p.42.a.
Eccleſia Concilio coacto aliũ ſuffecit Apoſtolũ. pag.42.b.
Eccleſia per concilia grauiſſimis ſe difficultatibus expediuit. p.43.b.
Eccleſiæ conſuetudo concilij conuocandi pro diuino eſt oraculo. pag.44.a.
Eccleſiæ vox per concilium effertur. p.45.b.
Eccleſia columna eſt veritatis, veritatem docendo, & defendendo. p.45.b.
Eccleſia non poteſt ad incertum reuocare quod ſemel ad credendum propoſuit. p.48.b.
Eccleſiam poſſe aliquid ad credendum proponere præter, id quod eſt in ſcriptura. p.48.b.
Eccleſia ea tantum docere conſueuit, quæ ad religionem ſpectant. p.49.a.
Eccleſiã eſſe ſacrarũ literarũ interpretẽ. p.49.b.
Eccleſia à Chriſto conſtituta eſt ſacrarum literarum interpres. pag.5.a.
Eccleſiam eſſe ſacrarum literarum interpretem quo pacto ſit intelligendum. p.52.a.
Eccleſiam leges ferre poſſe. p.56.a.
Eccleſia regnum ac reſpub. eſt. p.56.b.

Eccleſia leges hactenus ferre conſueuit. p.58.b.
Eccleſia paucas leges ſcripſit. p.61.a.
Eccleſia de quibus rebus leges ferre poſſit. pag. 62.b.
Eccleſia cur ſapienter ceremonias præſcribat. p. 62.b.
Eccleſia cur tanta religione feſta nõ celebret quanta Synagoga. p.66.b.
Eccleſia cur cantum inſtituerit. p.69.b.
Eccleſiam rectè chriſtianis miniſtrorum ſumptus imperare. p.72.b.
Eccleſiæ miniſtri ne ſint nimis profuſi in dandis indulgentijs. p.80.a.
Eccleſiam Chriſtus ſanctificauit. p.108.a.
Eccleſia non poteſt omni lege carere. p.155.a.
Eccleſiam in ſacris literis explicandis quando audire debeamus. pag.280.b.
Eccleſia cum infantes baptizat, imitatur matrem naturalem. p.287.b.
Eccleſia circa vſum, non circa inſtitutionem Euchariſtiæ aliquid decernit. p.326.a.
Eccleſia nullam populo fraudem facit, quod vtrãque Euchariſtiæ ſpeciẽ ei non cõcedat. p.326.b
Eccleſiæ poteſtas è Pontifice Maximo deriuatur. pag.363.a.
Eccleſia Græca cognouit purgatorium. p.376.a.
Eccleſiæ fuit perpetuus mos precandi pro mortuis. p.370.a
Eceleſia in quo maximè cœlorum imperium imitetur. p.385.a.
Eccleſia corpus Chriſti myſticum eſt. p.385.b.
Eccleſiaſtæ locus accurate exponitur. p.174.a.
Editio vulgata, & ſeptuaginta interpretum magna valent auctoritate. p.170.a.
Efficientis cauſæ quæ ſit natura. p.263.a.
Eligit nemo quod malum eſſe ducit. p.11.b.
Eligendi vim hominibus eſſe multa probant ſcripturæ loca. p.117.b.
Eluidij hæreſis.
Epiſcopi partes ſunt reuocare, qui à fide defecerunt. p.29.b.
Epiſcopi maiore ſunt dignitate quàm alij ſacerdotes. p.391.a.
Epiſcopos Apoſtolorum partes ſuſcipere, Papam verò Petri, ſed alia ratione. p.21.b.
Epiſcopos Apoſtolis pares numero eſſe non eſt neceſſe. p.21.b.
Epiſcopis non tanta, quanta Apoſtolis datur poteſtas. p.22.a.
Epiſcopos omnes poſſe nonnulla delicta ſibi cognoſcenda relinquere. d.361.a.
Epiſcopus, & ſacerdos nomine apud Paulum conueniunt. p.392.a.
Epiſcopus quid propriè ſignificet. p.392.b.
Epiſcopus quem apud Græcos magiſtratum declarabat. p.392.b.
Epiſtola Pauli ad Romanos per capita explicatur. pag.96.b.
Epiſtola ad Romanos totą ferè verſatur in Abacuc dicto ex eoą; perfecta eius cognitio pẽdet. pag.97.a.
Epiſtolas ad Romanos, & ad Galatas Lutcrus in manibus habebat. p.95.b.
Epiſtolæ Iacobi fides habenda eſt. p.379.a.
Epiſtolæ ad Romanos quæ loca in nos aduerſarij citent. p.95.b.
Epiſtolæ ad Galatas quæ loca in nos aduerſarij citent. p.100.b.
Eraſmi error. p.287.a.
Eſaiæ locus exponitur. p.52.b. & .137.a. & .225.a. & .154.a. & .225.b. & .226.b. & .229.b. & .40.a.
Eſaiæ locus difficilis accuratè exponitur. p.143.a.
Eſaias non curat pacem quam orbis terrarum agitauit tempore Octauiani. p.225.b.
Euangelij rudes nos Melancton appellat. p.5.b.
Euangelium videtur non legiſſe Melanctõ. p.6.b.
Euangelium primus ſcripſit Matthæus, & quo tempore. p.37.a.
Euangelia falſa fuerunt Eccleſiæ obtruſa. p.53.b.
Euangelia cur fuerint ſcripta. p.55.b.
Euangeliũ cur accenſis luminibus canatur. p.71.b
Euangelium eſſe legem, qua omnes iuſti tenentur. pag.154.a.
In Euangelio aliquid præter vnam fidem nobis nobis eſſe præceptum. p.157.a.
Euangelicum præceptum quid ſit. p.157.a.
Euangelij annuntiatio non eſt abſolutio. p.245.a.
Euchariſtia eſt neceſſaria. p.254.a.
Euchariſtia aliter eſt neceſſaria quàm baptiſma. pag.254.a.
Euchariſtiæ voluntas cur baptiſmate oſtendatur. p.254.b.
Euchariſtiam cibum eſſe quo vita chriſtiana propagatur. p.299.a.
Euchariſtia damna reſtituit quæ libido infert. pag.299.a.
In Euchariſtia plures ac plurium uerſantur errores. p.299.a.
Euchariſtia figura eſt, & veritas. p.308.a.
Euchariſtia cur fidei myſterium dicatur. p.308.a
Euchariſtiæ cibus in quo differat ab alijs. p.309.a
Euchariſtiæ explicatio noſtra antiqua eſt, & non recenter inuenta. p.310.a.
In Euchariſtia verum corpus. & verus ſanguis eſt. p.311.a.

In Eucharistia panis, & vini naturã non remanere. p.312.a.
Eucharistia verè cibus est. p.315.b.
Eucharistiæ sacramentum adorandũ esse. p.310.a
Eucharistiæ eleuationem, & circumlationem piã esse. p.317.b.
Eucharistia non maiorem venerationem quam ipse Christus habet. p.318.b.
Eucharistia antequam percipiatur oportere grauia confiteri peccata. p.318.b.
Eucharistia indigni efficimur non solùm propter incredulitatem. sed etiam propter alia crimina. p.319.b.
Eucharistiam qui indigne tractant cur pœnas pendant. p.319.b.
in Eucharistia instituenda quæ gesta sunt declarant oportere antequam sumatur confiteri. pag.319.b.
Eucharistiam quis sumat in memoriam Christi. p.320.a.
ad Eucharistiam, qui se pro dignitate non comparant quantum detrimentũ faciant. p.320.a.
Eucharistia instituenda expreßißima amoris indicia Christus instituit. p.320.a.
Eucharistia etiam est nostri erga Deum amoris insigne. p.320.b.
Eucharistiæ institutionem peruertit qui scelere contaminatus ad illam accedit. p.320.b.
ad Eucharistiam alia ratione accedit iniquus quam olim peccatores ad Christum. p.322.a.
ad Eucharistiam capiendam cur non satis sit in gratiam cum Deo redire. p.322.a.
ad Eucharistiam qua conscientia comite potest quis accedere. p.323.a.
Eucharistia quam probationem requirat. p.323.a
Eucharistiam sub vtraque specie sumere oportere hæreticum est putare. p.324.b.
Eucharistia quibus de causis præcipitur ne sub vtraq; specie non celebrantibus detur. p.324.b
Eucharistia quod non vtraque specie capiatur cum Euangelio conuenit. p.325.a.
Eucharistiæ figura. p.325.a.
Eucharistiæ sub vtraque specie integer Christus continetur. p.325.a.
Eucharistiæ vna species vult Christus vt sine altera non conficiatur. p.325.b.
Eucharistiæ vtraque species in christiana Repub. confici debet, & edi. p.325.b.
Eucharistiæ vtramque speciem non certum est maiorem gratiam quam alteram tribuere. pag.326.b.
Eucharistiam tollet Antichristus. p.331.a.
Eucharistia non est testamentum. p.335.b.
Eucharistia non est promißio remißionis peccatorum. p.335.b.
Eucharistiam sacrificium esse putare nouum non est. p.337.a.
Eucharistiæ ritus quid nam significet. p.394.a.
Eunomij hæresis. p.85.b.
Eustachij hæresis. p.243.b.
Excommunicationem extremum esse Ecclesiæ supplicium. p.80.b.
Excommunicationis pœna aptißimè conuenit cũ Ecclesiæ institutione. p.81.a.
Excommunicatio succeßit pœnis lege veteri statutis, quæ animo, & spiritui minatur. pag. 81.a.
Excommunicatio verè præstat, illud quo veteri lege violatores Deus vlturum minabatur. pag.81.b.
Excommunicatio tanquam in figura optime repræsentatur in numeris. p.81.b.
Excommunicatio respondet ei supplicio quod veteri lege eam violantibus fuit constitutum. pag.82.a.
Excommunicatio quibus bonis animum priuet. pag.82.a.
Excommunicatio duplex. p.82.b.
Excommunicationi minori quid in veteri lege respondeat. p.82.b.
Excommunicatio minor quo nos bono priuet. pag.82.b.
Excommunicatio maior quibus bonis priuet. pag.82.b.
Excommunicandi potestatem Christus dedit. pag.83.a.
Excommunicantis animus quem ad finem referri debeat. p.83.a.
Excommunicatione semper Ecclesia fuit vsa. pag.83.b.
Excommunicatio bonis priuat internis. p.84.a.
Excommunicatus debet publico hominum cõmercio prohiberi. p.84.b.
Excommunicatus si non sit peccator, multorum Ecclesiæ bonorum est particeps. p.84.b.
Exodi locus declaratur. p.138.b.
Exorcismum religionem habere. p.292.b.
Exorcismus necessarius est vt magna ceremonia baptisma fiat. p.292.b.
Exorcismus virtutem præstat. p.292.b.
Extremam vnctionem esse sacramentum. pag. 377.b.
Extrema vnctio ad quam rem comparata sit. pag.378.a.
Extrema vnctio cur moribundis tantum adhibeatur. p.378.a.

Extrema vnctio quam vtilitatẽ afferat. p.378.a.
Extremæ vnctionis institutio ex quo constet scripturæ loco. p.378.b.
Extremæ vnctionis qui nam sit certissimus effectus. p.379.b.
Extremæ vnctionis quis sit minister. p.379.b.
Extremam vnctionem non posse quemlibet de plebe hominẽ vel Episcopo cõcedẽte administrare. p.380.b.
Extremæ vnctionis nouam non esse doctrinam. p.381.a.
Extremæ vnctionis forma. p.381.a.
Extremæ vnctionis effectus. p.381.a.

F.

Familiæ administratio multam postulat solicitudinem. p.201.b.
A falsis prophetis qua ratione vnusquisque cauere debeat. p.32.a.
Ferias omnis vel barbara natio habuit. p.66.a.
Ferias multas Apostoli instituerunt. p.66.b.
Festa sanctorum cur vtilissima sint. p.66.b.
Festa detrimentosa esse egenis hominibus nõ vult Ecclesia. p.66.b.
Festa tanta religione cur Ecclesia non celebrat quanta Synagoga. p.66.b.
Festorum distinctio Ecclesiæ perpetua consuetudine probatur. p.66.b.
Festos dies ipsa natura docet. p.65.b.
Festos dies rectè sanctis institutos fuisse. p.236.b.
Festos dies sanctorum celebrandi perpetuus fuit Ecclesiæ mos. p.237.a.
Fidem esse necessariam. p.4.a.
Fidem necessariam esse quia finem demonstrat. pag.5.a.
Fidem esse necessariam, ad tolerandas difficultates. p.5.b.
Fidem necessariam esse docere propositum Paulo fuit in epistola ad Roma. p.5.b.
Fidem esse necessariam quia certiores nos facit redemptionis. p.6.a.
Fides, quam necessariam ducimus, cuiusmodi esse debeat. p.7.a.
Fidem Angelis esse necessariam. p.7.a.
Fidei quod sit principium. p.8.a.
A fidei principio non debet christianus deduci. p.8.a.
Ad fidem nostram probandam argumenta probabilia. p.8.b.
Fidem nemini vnquam negare licere. p.9.b.
Fidei confessionem Christus verbis, & exemplis docuit. p.9.b.
Propter Fidei cõfessionem sancti viri multas difficultates perpessi sunt. p.10.a.
Fide tantùm qui præditi sint nonnulli putant ad Ecclesiam pertinere. p.27.a.
Fidei non esse regulam vniuscuiusque hominis ingenium licet scriptura sacra nitatur. p.30.b.
De Fide hæresis aduersariorũ explicatur. p.86.a.
Fidem inauditam afferunt hæretici. p.86.a.
Fidem non sufficere hæretici facto suo indicant. p.87.a.
Fidei cur nullam rationem in futuro iudicio Christus petiturum se dicat. p.88.a.
Fidem quam postulant hæretici certissimo argumento refellitur. p.89.b.
Fidem quomodo Caluinus describat. p.88.a.
De Fide hæresim quibus argumentis aduersarij probent. p.91.a.
Fides quam postulat Christus. p.91.b.
Fidem perfectam quis magistro habere censeatur. p.92.a.
Fides cur sit iustificationis principium, fundamentum, & radix. p.92.a.
Fidem non tantùm iustificationis initio esse necessariam. p.93.a.
Per fidem homines in gratiam restitui Paulus qua dicendi ratione intelligat. p,97.a.
Fidem christiano non sufficere sed opera etiam esse necessaria. p.81.a.
Fidẽ qui peccat quo pacto minimè negat. p.104.a
Fidem esse cum vita iniqua coniunctam. p.104.b.
Fides rectè diuiditur in mortuã, & viuã. p.105.b.
Fidei quanta sit vis. p.105.a.
Fide vel sua nugatoria aduersarij nitentes de salute sua certi esse non possunt. p.173.b.
Fidei oportet significationem facere. p.253.b.
Fidem sacramẽtis declarare cur oporteat. p.253.b
Ex fide quo pacto quis viuat. p.265.b.
Fides est cum baptismate implicata. p266.a.
Fidem oportet baptismo præire in ijs, qui sunt rationis compotes. p.286.b.
Fidei propria ratio in rebus versatur, quæ non apparent. p.309.b.
Fiducia magna quos viros esse velimus reconciliatæ gratiæ. p.179.b.
Figurarum duplex differentia. p.18.a.
Figura eius mortis, quam moriuntur, qui indignè tractant Eucharistiam. p.321.b.
Figura rationis distribuendi Eucharistiã. p.325.a.
Filiũ voluntate parentum peccare posse similitudine docetur. p.185.b.
Finis, & via ad illum æquiparantur. p.148.a.
Finis noster est vita beata: quare fas est agere propter illam. p.169.a.
Finis cogitatione incommoda sua Patriarchæ leuabant.

uabant. p.169.a.
Finis quæ ſit natura. p.263.a.
Flere ſemper non præſtat. p.251.b.
Fœdus per Chriſtum factum cum fœdere compa=
ratur per Chriſtum facto. p.335.b.
Felicitatem nemo caſu adipiſcitur. p.5.a.
Fortitudinis quæ ſit præſtantiſſima actio. p.221.b.
Franciſci Stanchari hæreſis. p.299.b.
Fructus è terra magno labore eſſe petendos. pag.
220.b.
Frugalis hominis munus. p.214.b.
Futuras res ſicut Deus curauit, ita & earum cau
ſas. p.219.a.
Futurum eſſe contingens. p.128.a.

G.

AD Galatas Epiſtolæ quæ loca in nos aduer=
ſarij citent. p.100.b.
Ad Galatas Epiſtolam qua de cauſa Paulus ſcip=
ſerit. p.100.b.
Genibus flexis Deũ quid attineat precari. p.71.b.
Genibus flexis Chriſtus orauit. p.71.b.
Genibus flexis Paulus cum ſocijs, & Stephanus
orarunt. p.71.b.
Geneſis locus accuratè exponitur. pag. 135. b.
pag.221.a.
In Germania interdicti fuerunt ciues ſcientiarum
ſtudio. p.219.a.
Gloriam ſoli Deo quis nam quærat. p.229.a.
Gloria quæ Dei propria ſit. p.229.a.
Gloriam primæ gratiæ reſpondentem nonnulli
catholici putant dari gratis, alij contradicunt.
pag.166.b.
Gloriari multum de rebus geſtis non debemus.
pag.147.a.
Gratia quid ſit. p.94.b.
Gratia cũ formis naturalibus cõparatur. p.94.b.
Gratiæ maiorem nos quam aduerſarij virtutem
aſſignamus. p.94.a.
Gratiæ cum Deo, & reconciliationis fontẽ Chri=
ſtum eſſe. p.135.a.
In gratia reconcilianda aliquid liberum arbitriũ
efficere. p.150.a.
Gratiam Dei amplificamus, licet voluntatem no=
ſtram in prima reconciliatione poſtulemus.
pag.153.b.
Gratiam eſſe vitam æternam quid ſit. p.167.a.
Per gratiam quidquid boni adipiſcimur Dei eſt
potentiæ attribuendum. p.167.b.
Gratia eſt qua nobis Deus vitam cupit beatam.
pag.169.a.
Gratiæ reconciliatæ quos viros fiducia magna
eſſe volumus. p.179.b.
Gratiam diuinam nunquam exulceraturos ſe cer
to ſcire quomodo probent aduerſarij. p.180.b.
Gratia non eiſdem verbis quibus conficitur ſacra
mentum, promittitur. p.266.b.
Gratia exigua ſi diligenter colatur, poſſunt om=
nia peccatorum vulnera perfectè ſanari. pag.
280.a.
Gratia Dei teneri non potest, & in culpa eſſe
graui. p.281.b.
Gratia ſacramenti confirmationis reſpondet gra
tiæ quæ in die Pentecoſtes data eſt. p.289,b.
Gratis cur iuſtificemur. p.94.a.
Græcis ſacerdotibus quid fuerit permiſſum. pag.
204.a.
Græco ſacerdoti nunquam fuit permiſſum vxo=
re ſua demortua aliam ducere. p.204.a.
Gregorius explicatur. p.22.b.&.p.146.a.

H.

HÆreſes veteres ferè omnes Luterus reuo=
cauit. p.2.a.
Hæreſes omnes vna concilij via Eccleſia extir=
pauit. p.43.a.
Hæreſis aduerſariorum de fide explicatur. p.86.a
in Hæreticos, qui hactenus ſcripſerunt, in quo
peccauerint. p.2.a.
Hæretici ſanctorum auctorum teſtimonia con=
temnunt. p.2.a.
Hæretici multos auctores hæreticos ſanctis au=
ctoribus anteponunt. p.2.b.
cum Hæreticis quibuſdam huius temporis cur au=
ctor non diſputet. p.3.a.
Hæreticos quoſdam tanquam belluas vitam ſuam
inſtituiſſe. p.3.a.
cum Hæreticis quo pacto aptè diſputatio inſtitua
tur. p.3.b.
Hæreticorum conuitia in Pontificem Maximum.
pag.13.a.
Hæreticos homines in Eccleſiæ partibus nume=
rari. p.27.a.
Hæretici ſi ad Eccleſiam non pertinerent, miſce=
rentur in Eccleſia omnia. p.27.b.
Hæreticos ad Eccleſiam pertinere docet Paulus.
pag.27.b.p.28.a.
Hæreticos nullam certam tradere fidei, & reli=
gionis regulam. p.13.a.
Hæretici non poſſunt explicare quo pacto nos Ec
cleſia doceat. p.30.a.
Hæretici varios modos comminiſcuntur quibus
de vera doctrina certum habeant. p.30.a.
Hæretici cur ſpiritu proprio ſcripturam inter=
pretentur. p.52.a.

Hæretici propter libertatem leges repudiant. pag.59.a.
Hæreticis quid ſit opponendum cum libertatem chriſtianam implorant. p.59.a.
in Hæreticos quadrare Babel ædificationis hiſtoriam. p.85.a.
Hæretici ita inter ſe diſcrepant vt ſeipſos non intelligant. p.85.b.
Hæretici fidem afferunt inauditam. p.86.a.
Hæretici dictis ſuis refelluntur. p.86.b.
Hæretici facto ſuo indicant fidem non ſufficere. p.87.a.
Hæreticorum religio magna eſt Rerumpublicarum calamitas. p.87.a.
Hæretici ſua doctrina numinis metũ tollũt. p.87.b
Hæreticorum religio pugnat cum tota morum ſcientia. p.88.a.
Hæretici ſecum pugnant dicentes homines non poſſe niſi peccare. p.134.a.
Hæretici eadem argumenta ad cauſas longè diuerſas accommodant. p.157.a.
Hæreticorum inſignis impudentia. p.158.b.
Hæreticorum ſumma leuitas, & inconſtantia. p.159.b.
Hæretici magnam crudelitatem in Deum conferunt. p.160.a.
Hæreticorum in Deum conuitia. p.160.a.
Hæreticos quãta incõmoda conſequãtur. p.162.b.
Hæreticorum inſania. p.163.b.
Hæreticos fas eſt comburere. p.224.a.
Hæretici quantam Reipub. perniciem afferant.
Hæretici Eccleſiæ ſupplicia contemnunt. pag. 224.a.
Hæreticos necare ad quos pertineat. p.226.b.
ab Hæreticis pœnas quo animo perſequi deceat. pag.227.a.
Hæretici ſcripturas eludunt, & incertas faciunt. pag.300.a.
Hæreticorum tergiuerſatio. p.302.a.
Hæreticorum maximum vt ipſi putant argumentum. p.304.a.
Heracleonitarum hæreſis. p.378.b.
Hieronymus declaratur. p.22.b.& .161.a.
Homo de toto genere boni differit. p.116.a.
Homo poteſt ad vtranque partem de re facienda diſputare. p.116.b.
Honorum gradus debent in Republica eſſe. pag. 384.b.
Honos verus quis ſit. p.228.a.
Honos & gloria quo pacto ſoli Deo ſit. pag. .249.a.
Humanitas ſtola erat, & veſtis quibus indutus Chriſtus in cœlum aſcendit. p.312.a.

I.

Iacobi Epiſtolam non licet reijcere. p.101.a.
Iacobelli hæreſis. p.324.a.
Iacobitarum hæreſis. p.352.b.
Ieiunium honeſtiſſimum eſſe. p.211.a.
Ieiunium vtile ad ſcientiam comparandã. p.212.a.
de Ieiunio Eccleſiam leges ferre poſſe. p.212.b.
Ieiunium mentis exercitationem eſſe. p.213.b.
è Ieiunio quis paucam vtilitatem ferat. p.214.a.
Ieiunabant ſancti viri, aut Deum precantes, aut cum Deo loquentes. p.212.a.
Ieiunandi veram rationem expoſuit Chriſtus. pag.212.b.
Ieiunandi modum ſtatuere Eccleſiæ partes ſunt. pag.214.a.
Ieiunium ſpiritum vehementer iuuat. p.213.b.
Ieremiæ locus exponitur. p.120.b.
Ieſus nomen tanta reuerentia editur quod memoriam Chriſti repræſentet. p.238.a.
Ignatij in libro ſcriptoris error. p.211.a.
Illirici hæreſis. p.147.b.
Imagines Dei atque ſanctorum adorandas eſſe. pag.237.b.
Imago dupliciter conſideratur. p.238.a.
Imagines multa edidêre miracula. p.238.a.
Imaginibus Eccleſia ab Apoſtolorum temporibus vſa eſt. p.238.a.
Imagine Dei Noe primus vſus fuit. p.238.a.
Imagines quam vtilitatem afferant. p.238.a.
Imagines teſtimonij ſcripturæ probãtur. p.239.b.
Imagines ne fierent, cur Deus lege veteri cauebat. p.241.a.
Imagines quo pacto nos colamus. p.241.b.
Impium comparat Baldad cum ſtipite humore carente. p.175.a.
Impius non ſemper eſt tanquam arbor læta; pius vero tanquam infelix. p.175.b.
Improprius ſermo facile cognoſcitur in locis quibus tergiuerſatur Oecolampadius. p.300.b.
Indulgentiarum theſaurũ in Eccleſia eſſe. p.75.a.
Indulgentia quid ſit. p.77.b.
Indulgentias religioſe amplecti perpetuus fuit Eccleſiæ mos. p.78.a.
Indulgentiæ non pertinent ad pœnas in hoc ſeculo ſoluendas. p.79.a.
Indulgentiarum theſaurus pertinet ad pœnas futuro ſeculo ſoluendas. p.79.b.
Indulgentiarum conceſſiones quo pacto non quæſtuoſæ ſint ſed proſint. p.80.b.
Indulgentiarum theſauri qui nam ſint diſpenſatores. p.77.b.
Indurare quoſdam cur dicatur Deus accurate exponitur.

ponitur. p.139.a.
Infantes omnes Luterus, & Maioristæ regno Dei excludunt. p.275.b.
de Infantibus stulta Caluini opinio. pag.277.a. & 325.a.
Infantibus remedium lex vetus habuit. p.285.a.
Infantes ad Christum non possunt nisi per baptisma venire. p.285.b.
Infantes per alios credunt. p.285.b.
Infantes verè credere. p.285.b.
Infantes non sine meritis suis felicitatem consequuntur. p.286.a.
Infantes cum Ecclesia baptizat, imitatur matrem naturalem. p.287.b.
Iniqui quod detrimentum afferant bonis viris. pag.13.a.
Iniqui impedimento non sunt, quo minus Ecclesia sancta sit. p.13.b.
per Iniquos homines Deus potest vim suam exprimere. p.17.a.
Iniquis hominibus Deum nonnunquam potestatem tribuere. p.25.b.
Iniqui homines afflicti cur Deo nonnunquam iniurioſi sint. p.95.a.
Iniquis res nonnunquam prospere cadunt. p.132.a
Iniquus volens nolens Deo seruit. p.138.a.
Iniqui Dei supplicia expromunt. p.138.a.
Iniqui alia de causa, quam Deus bonos affligunt. pag.138.b.
Iniquus homo non quidquid facit est peccatum. pag.140.a.
Iniquum natura sua quid sit. p.142.a.
Iniurioſi in proximos varijs modis esse possumus. p.191.a.
Instantia sicut & præterita mutari nulla ratione possunt. p.126.
Instanti quod fit factum est. p.126.
Instans quid declaret. p.126.a.
Ioannes quam vidit stellam è cœlo descendisse Luterum esse. p.2.a.
Ioãnis locus accurate exponitur. p.31.b.&.283.b.&.301.a.&.396.b.&.135.a.&.242.b.
Ioannis & Apostolorum quo pacto eadem doctrina fuit, quo verò pacto non. p.292.a.
Ioannem nullis vsum fuisse verbis in suo baptismate administrando. p.292.a.
Ioannis totius capitis sexti accuratißima explicatio. p.302.b.
Ioannes Euangelium scripsit vt Christum verum Dei filium esse probaret. p.39.a.
Ioannis locus declaratur. p.144.b.&.179.a.& 271.b.
Ioannis VVicleph hæresis. p.14.b.&.26.a.72.b. &.196.b.&.205.b.&.218.b.&.227.b.& 13.b.&.237.b.&.260.b.&.271.a.&.299.a.&.324.a.&.340.a.&.324.a.&.340.a. 352.b.378.b.391.a.&.128.a.
Ioannis Hus hæresis. p.11.a.&.14.b.&.218.a. &.227.b.&.260.b.&.324.a.
Ioannis Spangabergi hæresis. p.86.a.&.154.a. &.172.a.
Ioannem virginem fuisse putat Hieronymus. pag. 204.b.
Iob nostrorum aduersariorum errorem conuincit. p.174.b.
Iob locus accurate exponitur. p.174.a.
Iobo quo pacto probet Baldad merito suo grauem pœnam sustinere. p.174.b.
Iobi non apta Hebræorum expositio. p.183.a.
Ioueniani hæresis. p.173.b.&.p.208.a.
Ioueniani in errorem aduersarij labũtur. p.158.b.
Iræ filios natura esse quid sit. p.140.a.
Iustificationis initium, radix, & fundamentum cur fides sit. p.92.a.
Iustificatio præter peccatorum remißionem requirit charitatem, & veram iustitiã. p.111.b.
Iustificationis quæ sit forma. p.112.a.
de Iustitia nostra aduersariorũ hæresis. p.108.a.
Iustitia quæ in alio est, nemo potest est iustus. pag. 108.b.
Iustitia Christi non potest cum illo communicari, qui adhuc manet iniustus. p.108.b.
Iustitia Christi quomodo possit nobiscum communicari. p.108.b.
Iustitiam decet vt habeat, qui iustitiæ munera præstaturus est. p.109.a.
Iustitia in nobis hærere intelligitur ex comparatione sceleris Adam cum officio Christi. pag.110.a.
Iustitiæ vel peccato inseruire in nostra est potestate. p.121.b.
Iustitiæ nostræ aliquando non valent ad placandã Dei nos punire volẽtis acerbitatẽ. p.144.a.
Iusti tenentur Euangelij lege. p.154.a.
Iusti viri lege tenentur. p.155.b.
Iusti quam iniusti grauius peccant aliquod præceptum violandò. p.156.a.
Iustos non esse nos iustitia, quæ in Christo, sed quæ in nobis sit. p.107.b.

L.

LAici possunt monere concilium de quibus rebus agere expediat. p.45.a.
Latronis cum Christo in crucem acti eximium facinus. p.101.b.
Laudare se cogitur Paulus. p.177.a.

Laude digni non ſumus ob eas res, quæ in noſtra poteſtate non ſunt.
Laudes Dei, & preces cur à nobis natura poſtulet. p.67.b.
Laudum diuinarum, & precum rationem nõ eſſe cuiuſque arbitrio relinquendam. p.6.b.
Laudes quas vocant cur fuerint inſtitutæ. p.68.b
Legem Moyſis cur Paulus vocet legem factorũ. pag.6.b.
In lege Domini quis meditetur. p.51.b.
Leges niſi ferre poſſet Pontifex Maximus oues paſcere non poſſet. p.58.a.
Leges Eccleſiam ferre poſſe. p.58.a.
Legibus varijs Reipub. varijs caſibus occurritur. pag.56.b.
Legibus Reipub. ſuæ debent ciues omnes obedire. pag.57.a.
Leges Eccleſiæ grauius flagitũ eſt violare quàm alterius Reipub. p.57.b.
Leges ferre hactenus conſueuit Eccleſia. p.58.b.
Leges hæretici propter libertatẽ repudiãt. p.58.b
inter Legem Moyſis, & Chriſti quid differat. pag.60.b.
Lege eſſe ſolutum liberi hominis non eſt. p.61.a.
ſub Lege non eſſe virum iuſtum quid ſit. p.61.a.
Legibus quibus non debemus obedire. p.61.a.
Leges paucas ſcripſit Eccleſia. p.61.a.
Leges quæ abrogandæ ſunt. p.61.b.
Leges de quibus rebus ferre poſſit Eccleſia. p.61.b
Legum ferendarum poteſtatem qua de cauſa habuerunt Apoſtoli. p.62.a.
Legi vt vacent diuinæ debent ſumptus ſacerdotibus præberi. p.74.b.
Leges naturæ nonnullas Chriſtus renouauit. p. 88.a.
Lege non poteſt Eccleſia carere. p.155.a.
Legẽ tuliſſe Chriſtus multis locis teſtatur. p.155.a
Lege iuſti viri tenentur. p.155.b.
Legẽ naturæ ſolui non poſſumus. p.156.a.
Leges viros bonos non cohibent. p.159.a.
Legis Dei obſeruationem vere ad nos pertinere. pag.162.a.
Leges aliqua aliud eſt ſingulos homines, aliud multitudinem obligari. pag.210.b.
Lege nimis arctas cur Chriſtus non tulerit. pag. 194.a.
Legibus qui ſe arctioribus colendæ pietatis addixit laudatur in ſcriptura. p.193.a.
Leonis primi imperatoris hæreſis. p.237.a.
Lex quid ſit. p.58.a.
Lex Moyſis cur fuerit lex ſeruorum. p.60.b.
Lex Chriſti cur liberorum lex ſit. p.60.b.
Lex vetus quod præmium proponeret. p.111.b.
Lex noua quod præmium proponat. p.111.b.
Lex ſi non eſſet, non eſſet mundi iudicium. pag. 158.a.
Lex quæ nam à Chriſto fuerit ſtatuta. p.158.a.
Lex de non edendo ex fructu vetito orbi fuit vniuerſo propoſita. p.185.a.
Lex non poteſt omnia detrimẽta cauere. p.214.b.
Lex vetus quo pacto ſublata fuerit. p.243.a.
Lex vetus infantibus remedium habuit. p.285.a.
Liber hic quam vtilitatem afferet ex eo quod breuis ſit. p.4.a.
Liber primus quid tractet, quid ſecundus, quid tertius. p.4.a.b.
Liberum arbitrium eſſe. p.114.b.
Liberum arbitrium experimur. p.115.a.
Liberum arbitrium ex proprijs, & inſitis eſſe probatur. p.115.b.
Lib.arb.vis pendet ex voluntate, & ratione. pag. 115.b.
Liberum cur non ſit brutum. p.115.b.
Liber arb.& voluntas, ratio, & mens eadem putantur. p.116.b.
Lib.arb.eſſe ſcripturæ teſtimonijs probatur. pag. 117.b.
Lib.arb.eſſe varijs oraculis probatur. p.118.a.
Lib.arb.eſſe cognoſcitur ex ratione qua integũ violatores legislatores animaduerterunt. pag. 118.b.
Lib.arb.eſſe cognoſcitur ex honoribus, & ſupplicijs lege conſtitutis. p.118.b.
Lib.arb.eſſe cognoſcitur ex eo quod homines iudicantur, vel laudantur. p.118.b.
Lib.arb.eſſe cognoſcitur ex eo quod alij boni, alij mali cenſeantur. p.119.a.
Liber arb. negantes ad quanta impellantur incommoda. p.119.a.
Lib.arb.propter peccatum primi parentis dereictum, & non conuulſum fuit. p.119.a.
Lib.arb.quæ res medicinam faciant. p.119.a.
Lib.arb.eſſe probatur omnium ſanctorum auctoritate conſenſu. p.119.b.
in Lib.arb.argumenta aduerſariorum. p.120.b.
Lib.arb.non tollit ſcientia Dei. p.124.a.
Lib.arb.Deo non eſſe concedunt aduerſarij. pag. 124.
Libero hominis arb.nonnullas actiones Deus gubernari vult. p.125.a.
Lib. arb. in futuro contingenti verſari. pag. 125.a.
Lib.arb. circa res præſentes verſari putat Scotus. pag.125.b.
Libertas, & conſilium circa res eaſdem verſatur. pag.126.a.

Liberæ cauſæ definitio quomodo ſit intelligenda. pag.128.a.
Lib.arb.Luterus demit Deo. p.128.b.
Lib.arb.in Deo eſſe cognoſcitur ex eo quod ipſum ſancti viri precantur. p.128.b.
Liberum arb.ſi Deus non haberet non eſſet omnipotens. p.129.a.
Liberi arb.viribus naturalibus ſolis nemo poteſt Dei amicitiam ſibi conciliare, & eius leges omnes ſeruare. p.147.b.
Lib.arb. aliquid in gratia concilianda efficere. pag.150.a.
Libero arb. noſtro in reconciliatione cum Deo opus eſſe multa ſcripturæ loca probant. pag. 151.a.
Lib.arb.idem quod appetitus eſſe non poteſt.pag. 152.b.
Libertatem Chriſtianam cum implorant hæretici quid ſit eis opponendum. p.59.a.
Libertatem quam per Chriſtum conſecuti ſumus. pag.59.b.
Libertatem quam viri boni fuerint adepti. pag. 159.b.
Libertatem iniquam venditant hæretici. p.193.b.
in Libertatem quam ex ſententia Pauli vocati ſimus. p.194.a.
Libertas chriſtiana requirit vt membra noſtra demus in ſeruitutem iuſtitiæ. p.207.b.
ad Libertatem chriſtianam ea imprimis pertinent quæ in Chriſtum cadunt. p.206.b.
Libidini quod nam munus ſit natura datum. p.274.a.
Libidinem ratio non cohibens quando in culpa ſit. p.274.b.
Libidinem cur Paulus peccatum vocet. p.277.a.
Libidinem non propriè appellari peccatum declarat Paulus. p.277.b.
de Libidine aliter Paulus quàm de vero peccato loquitur. p.277.a.
Libidinis,& rationis quæ natura ſit. p.278.a.
Libidinis vis ex qua re cognoſcatur. p.278.b
Libidinis primi motus non ſunt peccata. pag. 282.b.
Libidine nemo omnino caret. p.284.a.
Libidinoſa voluptas contemplationem impedit. pag.201.
Libido tanta nulla eſt quæ ab ipſo homine cohiberi non poſſit. p.203.b.
Libido natura inſita propriè non eſt peccatum. pag.274.a.
Libido ſua natura non eſt officij legibus aſtricta. pag.274.a.
Libido rationi præcurrens non peccat. p.274.b.
Libido rationi reſiſtens non peccat. p.274.b.
Libido mentis inaudita,quam afferunt aduerſarij explicatur. p.275.a.
Libido quando contra ſuum faciat officium. pag. 278.a.
Libido cur peccatum vocetur. p.281.a.
Libido natura inſita non impedit,quo minus cœlum ingrediamur. p.284.a.
Libris quot tota hæc diſputatio contineatur. pag.4.a.
Libri ſacri difficultatibus pleni ſunt. p.50.a.
Libros ſacroſanctos cur Deo auctore ſcriptos eſſe credamus. p.10.b.
Literis canonicis quo pacto fas non ſit addere. p.49.b.
Literas ſacras negant aduerſarij vlla interpretatione indigere. p.49.b.
Literarum ſacrarũ interpres eſt Eccleſia à Chriſto inſtituta. p.51.a.
Literarum ſacrarum Eccleſiam interpretem eſſe quo pacto ſit intelligendum. p.52.a.
Literas vllas eſſe ſacras non eſt vnde ſibi aduerſarij perſuadeant. p.53.a.
Literas ſacras nulla certa re ab aliorum libris aduerſarij diſtinguunt. p.53.b.
Literarum in ſtudijs verſari fas eſſe. p.219.a.
Lucæ locus declaratur. pag.215.a.& 227.a.& 300.a.& 329.a.
Lucas de temporibus Antichriſti locutus eſt. p.332.b.
Lumen fidei cur requiratur. p.55.b.
Lumen fidei quid ſit. p.55.b.
Luminibus accenſis cur Euangelium canatur. p. 71.b.
Luteri hæreſis. p.11.a.& 72.b.& 75.a.& 103. b.& 150.a.& 154.a.& 159.b.& 172.a.& 187.a.& 205.b.& 207.b.& 221.a.& 227. b.& 274.a.& 275.b.& 284.b.& 293.b. & 312.a.& 316.b.& 319.a.& 323.b.& 227.b.& 349.a.& 351.b.& 352.b.& 366. a.& 361.b.& 365.b.& 374.a.& 376.b. & 378.b.& 391.a.& 398.a.
Luterani cur in quadam vrbe catholicos expulerint. p.2.b.
Luteranorum hæreſis. p.218.a.
Luteranos cur Anabaptiſtæ expulerint. pag. 2.b.
Luterum ſtellam eſſequam è cœlo cecidiſſe Ioannes vidit. pag.2.a.
Luterus omnes ferè veteres hæreſes reuocauit. pag.2.a.
Luterus qua lege nobiſcum velit diſputare. pag.2.a.

Luterus qua lege vult cum eo disputat auctor. pag.2.b.
Luterus in quosdam scribit hæreticos. p.4.b.
Luterus de qua re glorietur. p.72.b.
Luteri de fide verba. p.85.b.
Luterus, & alij dictis suis refelluntur. p.86.b.
Luterus in manibus habebat epistolas ad Romanos, & ad Galatas. p.95.b.
Luterus secum pugnat. p.146.b.
Luteri stultissima sententia. p.152.a.
Luteri de monasterijs verba. p.196.b.
Luterus monasterium deseruit, & virginem Monialem vxorem duxit. p.192.a.
Luteri turpe, & leue argumentum. p.203.a.
Luteri inconstantia. p.218.a.
Luterus vnum modo ponit sacramentum. p.259.b.
Luteri insana argumentatio. p.266.b.
Luterus quas falso catholicis asscribat sententias. pag.261.a.
Luteri stulta consecutio. p.267.a.
Luterus falso Augustinum citat. p.282.b.
Luterus Augustini multa loca citat. p.283.b.
Luterus secum aperte pugnat. p.284.b.
Luteri blasphemia. p.327.b.
Luterum, Buzerus, Osiander defendunt. p.335.b.
Luterus non sibi constat. p.348.a.

M.

Magdalena erga Christum charitatem significauit. p.101.b.
Magistram veram religionis Ecclesiam esse. pag. 34.b.
Magis & minus quæ accipiunt magis, & minus subiectum afficiunt. p.187.b.
Maiorisiarum hæresis. p.275.b. & 284.b.
Mali natura. p.191.a.
Malachiæ locus exponitur. p.390.a.
Mali declinatio naturalis omnibus est. p.349.b.
Malum vt timeamus nobis est natura insitum. p.377.a.
Mandata Christi minima quæ nam sint. p.190.b.
Manducatio Christi si mente, & animo puro non fiat, nocet. p.304.a.
Manichæorum hæresis. p.216. & 221.a.
Manuum impositio sacramentum pœnitentiæ est Augustino. p.260.a.
Manuum impositio pro sacramento confirmationis fuit Apostolis. p.294.a.
Marci locus declaratur. p.329.a. & 300.a. & 72.b. & 390.b.
Marsilij Paduani hæresis. pag.14.b.
Martianus imperator quid de sacerdotum potestate sentiret. p.45.a.
Matthæi locus exponitur. p.16.b. & 329. & 382. & difficilis eius de locus. p.399.a. & 69.b. & 190.a. & 71.a. & 130.a. & 290.b. & 325. b. & 173. & 208. & 279. & 215. & 221.a. & 229.b. & 271.b. & 300.a. & 301.a.
Matthæus primus scripsit Euangelium, & quo tempore. p.37.a.
Matthæus de temporibus Antichristi locutus est. pag.382.b.
Matrimonium, & Ordo ad communem hominum vtilitatem spectant. p.383.a.
Matrimonij variis modis hæretici tractat. p.373.b
Matrimonium esse sacramentum. p.393.b.
Matrimonium rerum sacrarum, & arcanarum symbolum est. p.394.a.
Matrimonium res duas arcanas repræsentat. pag. 394.b.
Matrimonium magnum remedium est ad libidinem sedandam. p.395.a.
Matrimonium ante non cavi præditum erat, quæ modo præditum est. p.396.b.
Matrimonium ante exiguam coniunctionis Christi ad Ecclesiam significationem habebat pag. 396.b.
Matrimonium à Christo renouatum fuisse. pag. 396.b.
Media nocte cur fuerint preces institutæ. p.68.b.
Melancton nos Euangelij rudes appellat. p.5.b.
Melancton videtur Euangelium non legisse. p.6.b.
Melancton scripsit in Caluinum, & quæ sint eius de fide verba. p.186.b.
Melancton quibus locis conuincatur. p.96.a.
Melancton secum pugnat. p.147.b.
Melancton sibi non consentit. p.154.b.
Melancton varia ponit sacramenta. p.259.b.
Melancton peruerse explicat baptismatis formã. pag.272.a.
Melancton peruerse explicat stipulationem, quæ in baptismate fit. p.272.b.
Melanctõ quomodo pœnitentiã diuidat. p.344.a.
Melancton quam fidem in pœnitentibus requirat. pag.344.b.
Melancton, & alij valenti argumento conuincuntur. p.345.b.
Melanctonis ridiculum argumentum. p.373.b.
Melanctonis de peccato veniali, & mortali inepta sententia. p.187.a.
Melanctonis blasphemia. p.124.a.
Melanctonis hæresis. pag.4.b. & 11.a. & 86.a. & 103.b. & 115.a. & 147.b. & 150.a. & 154.a. & 159.b. & 163.b. & 172.a. & 219.a. & 256.b. & 274.a. & 299.b. & 323.

& .323.b. & .327.b. & .344.b. & .365.b. & .398.a.
Melchioris Cani periculosa opinio. p.27.a.
Melchioritarum hæresis. p.4.b.
Melchisedech panem & vinum obtulit. p.331.a.
Membra in mystico corpore bona inter se communicant, sicut & in humano. p.76.b.
Mendacium cur sua sit natura improbum. p.9.b.
Mens, & ratio, voluntas, & liberum arbitrium æquiparantur. p.116.b.
Mercedẽ spectare licere invirtute colẽda. p.168.a
Merere vt possit creaturæ præstare Deo magis gloriosum est, quam quod ipse merita præstet. pag.171.b.
Merere vitam æternam piorũ hominum officia. pag.154.b.
Meretur melius de Deo qui vouit. p.195.a.
Merita sua sancti viri cum Ecclesia communicãt. pag.76.b.
Merita sanctorum cur in thesauro indulgentiarũ reponantur. p.78.b.
Merita Christi per sacramenta tantum ad nos deriuantur. p.255.a.
Merita nostra nobis partim ascribere possumus. pag.150.a.
Merita Christi vigente lege veteri non erant efficientes, sed finales gratiæ causæ. p.263.a.
Meriti totum fundamentum explicatur. p.165.a.
Meriti vt intelligatur natura animæ cum corporis vita comparatur. p.167.a.
Meritis suis confidere viro bono licere. p.170.b.
Meritis suis confidentes viri boni quo à Pharisæo differant. p.171.b.
Meritum ad animam debet, & ad corpus pertinere. p.377.a.
μετάνοια resipiscentiam significat cum dolore coniunctam. p.347.b.
Metamorphistarum, & Suencfeldij hæresis. pag. 311.b.
Metum varijs modis Deus hominibus incutit. p. 349.b.
Minister sacramentorum. p.260.a.
inter Ministrum perfectum, & imperfectum differt. p.262.a.
Ministro apto non minus opus est in sacramentis celebrandis quam verbis aptis. p.363.a.
Miracula cur prophetæ non fecerint. p.54.b.
Miracula plura maioráq; quam Moyses cur Christus ediderit. p.55.a.
Miracula nonnulla sunt quæ hominibus non apparent. p.309.b.
Miracula debent edere qui nouam afferunt doctrinam. p.55.a.
in Missa non solum cœnam Christi sed etiam mortem eius repræsentamus. p.333.a.
Misericordia Dei erga nos in quo cernatur. pag. 163.a.
Misericordiæ diuinæ sicut nihil detrahitur, quod Adam à se alienauerit, ita neque quod filios eius omnes. p.185.b.
Monachorum statum pium esse. d.196.a.
Monachorum status quantum cupiditatem, auaritiam, & ambitionem coerceat. p.197.b.
Monachatus exemplum Apostolorum vita fuisse videtur. p.197.b.
Monachorum status quantus sit declarat Gregorius ex differentia inter sacrificium, & holocaustum. p.198.a.
Monachorum statum probant multa concilia. p. 198.a.
Monachatus portus tutissimus. p.198.a.
Monachatus totus partitur in ea quæ sunt per se, & quæ sunt per aliud. p.198.a.
ad Monachatum, quæ per se spectant Christus inuenit. p.198.b.
in Monachatu ea, quæ sunt per aliud homines instituerunt. p.198.b.
Monachatus non nuper excogitatus est. p.199.a.
à Monachorum institutione haud erat multum dissimilis Nazaræorum institutio. p.199.a.
Monachatum quendam perfectissimum expressit Christus cum discipulis suis. p.199.a.
Monachorum ritum Dionysius scribit. p.199.a.
Monachos stulte rident hæretici. p.200.a.
Monachorum tria vota possunt Dei ope persolui. p.203.b.
Monachorum mendicitatem honestam esse. pag. 205.b.
Monachi quod Episcopi fiant non repugnat paupertatis voto. p.205.b.
Monachi arctiori iure, quã cæteri christiani Pontifici Maximo obsecundant. p.207.a.
Monasteria bonorum commune perfugium. pag. 198.a.
Monasterij omnia instituta quo referantur. pag. 207.b.
Mortale peccatum quid sit. p.18.b.
Mortificationis quod sit munus. p.343.b.
Mortificatio virum etiam attingit culpa vacantem. p.343.b.
Mortificatio non est pœnitentiæ pars. pag. 344.a.
Mulieres sacerdotio præditas esse putare impium est. p.389.b.
Mulieribus cur docere non permittatur. pag. 389.b.

Mundi naturam Ioannes expoſuit. p.197.a.
Munditia veteris inſtrumenti noui munditiam ſignificabat. p.322.b.
à Mundo qui maximè recedit propius ad Deum accedit. p.197.a.
Mundus Chriſto maximè repugnat. p.197.a.
Munzeri, & Munzerianorum hæreſis. p.248.a.
Myſteria quædam erant quæ ſolis perfectis viris tradebantur. p.38.a.

N.

NAturæ nonnullas leges Chriſtus renouauit. pag.88.a.
Natura noua in Chriſtianis eſſe debet quia renaſci dicuntur. p.110.a.
Natura quòd conſtat à Deo eſt. p.139.b.
Natura eſſe filios iræ quid ſit. p.140.a.
Naturam ſuam quæ res ſeruent, licet gradum perfectiſsimum non attingant. p.141.b.
Naturæ leges niſi ſeruet Reſpub. non poſſet conſiſtere. p.157.b.
Natura alia, quam humana oportet nos eſſe vt Dei iram placemus. p.286.b.
Nazaræorum inſtitutio haud erat multum diſſimilis à Monachorum inſtituto. p.199.a.
Nazaræorum error. p.216.a.
Nectarij Epiſcopi Conſtantinopolitani factum explicatur. p.358.a.
Neſtorij hæreſis. p.299.a.
Niceno Concilio Arrium Eccleſia compreſsit. pag.43.a.
Nomina, & appellationes Chriſtus cum amicis ſuis communicauit ſed alia ratione. p.234.b.
Non poſſe quid nonnunquam ſignificet. p.130.b.
Noua vita quando peccatori conſtet. p.276.b.
Nouatianorum hæreſis. p.340.& 352.b.
Noxa remiſſa cur nonnullas Deus pœnas repetat. pag.371.a.
Nudos homines vagari ſanctũ non eſſe. p.250.b.
Numinis metum hæretici ſua doctrina tollunt. pag.87.b.
Nuptiæ quantum impedimentum afferant ad bene beateq; viuendum. p.208.b.

O.

Obedientiæ votum ſanctiſsimum eſſe. p.206.b.
Obedientiam quantum coluit Chriſtus, & Apoſtoli. p.206.b.
Obedientiæ Deus multa præmia proponit. p.206.b
Obedientiam quam monachi profitentur Deus non imperauit. p.207.a.
Obſecrare Deum ipſa natura docet. p.218.a.
Obſecrationes fieri pro alijs, & pro ſe Paulus poſtulat. p.234.a.
Occupationes hominum inanes ferè eoſdem ſemper exitus habent. p.131.a.
Octauiani temporibus ſumma erat impietas vel in populo Dei. p.225.a.
Oculum Chriſtus vocat animum. p.141.b.
OEcolampadij hæreſis. p.299.a.& 316.a.
Offenſam Dei grauem, & leuem eſſe rationis lumen docet. p.185.b.
Officia noſtra aut cum Chriſti aduentu, aut cum æterna felicitate comparantur. p.138.a.
Officia piorum hominum merere vitam æternam pag.154.b.
Officia dupliciter conſiderari poſſunt. p.154.b.
Officia noſtra verè, & propriè Dei pactione poſita vitam æternam merentur. p.165.a.
Officia votiua pluris apud Deum ſunt, quàm non votiua. p.195.b.
Officij munera nonnulla, quæ aduerſarij appellãt peccata potiùs eſſe. p.244.b.
Officij munus præſtantius quod ſit. p.252.b.
Officijs de noſtris Luterus quid ſentiat. p.154.a.
Officijs mutuis cur natura homines indigeant. pag.250.b.
in Officio ſimus necne declarat Paulus ex ſeruo ducta translatione. p.122.a.
Officij duplex vis. p.75.b.
Officia ſupplicijs liberant. p.75.b.
Officij vis ſatisfaciendi nullo modo debet perire. pag.76.a.
ex Officijs qua ex parte nihil redundare poſsit. pag.79.b.
ex Officijs qua ex parte aliquid redundare poſsit. pag.80.a.
Omnipotens Deus non eſſet ſi liberum non haberet arbitrium. p.129.a.
Opera chriſtiano eſſe neceſſaria. p.85.a.
Opera patris ſui quæ vocet Chriſtus. p.377.a.
Opes qua de cauſa viri probi cum virtute non cõſequuntur. p.133.a.
Oracula diuina vbi ſint. p.90.a.
Orandi formam Chriſtus, & Ioannes diſcipulis ſuis expoſuerunt. p.68.a.
Oratione eloquenti ethnici putabant deos ſuos in ſuam eſſe ſententiam flectendos. p.69.b.
Orbi fuit vniuerſo propoſita lex de non edendo ex ligno vetito. p.185.a.
Ordinis ſacramentum Eccleſiæ eſt omnino neceſſarium. p.254.b.
Ordinem ſacramentum eſſe, & varios eſſe ordines. p.383.a.

per Ordinem diuinam gratiam inimus. p.383.b.
per Ordinem vis ad tantum munus gerẽdum præ ſtatur. p.383.b.
Ordinis forma, miniſter, effectus. p.384.a.
Ordines eſſe varios. p.384.b.
Ordines nouem ſunt inter Angelos. p.385.a.
Ordine diſtinctus erat olim tẽpli cultus. p.385.a.
Ordines miniſtrorum varij fuerunt naſcente Eccleſia. p.386.b.
Ordo cur characterem imprimat. p.269.a.
Ordo, & matrimonium ad communem hominum vtilitatem ſpectant. p.383.a.
Ordo quomodo ab Apoſtolis celebrabatur. pag. 383.b.
Ordo à Chriſto celebratus eſt. p.383.b.
Ordo magnum rebus lumen affert. p.385.a.
Ordo eſt in diuinis. p.385.a.
Ordo eſt in rerum natura. p.385.a.
Originale peccatum ſerpere per naturam humanam. p.182.b.
Originale peccatum non ex natura ſed ex religionis principijs eſt probandum. p.183.a.
Originale peccatum Dauid excuſat. p.183.a.
Originale peccatum Iobus excuſat. p.183.a.
Oues quas Chriſtus præpoſitis paſcendas dederit. pag.29.a.
Oues Dei iniqui homines appellantur. p.29.b.
Oues ſuas quibus rebus Paulus paſcebat. p.58.a.

P.

PAcem, quam habent ſcelerati, Chriſtus non attulit, ſed turbauit. p.225.b.
Pacem quam Chriſtus attulerit. p.226.a.
Pactio inter nos, & Deum quo loco aperte ponatur. p.165.b.
ex Pacto qui promittit aliquid debet illud; licet præſtantius, ſit quam res ratione cuius promittitur. p.165.b.
Papam Petri partes, Epiſcopos verò Apoſtolorũ ſuſcipere alia tamen ratione. p.21.b.
Papa non ſolum in eandem Petri dignitatem ſed etiam in eandem Eccleſiã ſuffectus eſt. p.21.b.
Paphnucij in concilio Niceno ſentẽtia. p.204.b.
Paruuli non poſſunt ſine baptiſmate in Dei gratiam reduci. p.286.b.
Paruuli ſua voluntate baptizantur. p.287.a.
Paſce oues meas quomodo intelligatur. p.15.b.
Paſtor ſine charitate ſua munia præſtare poteſt. pag.16.a.
Paſtorẽ populorũ regẽ appellat Homerus. p.16.a
Paſtorem mercenarium quem vocet Chriſtus. pag.170.a.
Paſtores res bonas monere ſatis non eſt, ſed leges de ipſis ferre oportet. p.58.a
Paſtori non detrahitur munus quod à charitate deſciſcat. p.16.a.
Pauli locus explicatur. p.31.a.&.47.b.&.59.b. &.109.b.&.64.a.&.91.&.111.a.&.121.b. &.122.b.&.167.b.&.178.b.&.p.179.a.& 180.b.&.186.b. &.189.a.&.204.b.& 209.a.&.210.a.&.216.a.&.222.a.241.b. &.p.278.b.&.281.b.&.300.b.&.304.b. 323.b.&.329.a.&.351.a.
Pauli locus accurate explicatur. pag.67.a.&.p. 176.a.&.177.a.&.178.a.&.216.b.&.242. a.&.282.b.&.319.a.
Pauli expoſitio quam aduerſarij afferunt nugarũ plena eſt. p.178.a.
Pauli locum hæretici ſtultè interpretantur. pag. 209.b.
Paulum valde ſophiſticè explicant quidam catholici cum aduerſarijs certantes p.177.a.
Paulo propoſitum fuit in epiſtola ad Romanos fidem neceſſariam eſſe docere. p.5.b.
Paulus cur legem Moyſis vocet legem factorum. pag.6.b.
Paulus quas leges ſcripſerit. p.58.b.
Paulus quid vocet dies, mẽſes, tempora, & annos. pag.67.b.
Paulus munera tantũ veteris legis reijcit. p.93.b.
Paulus qua dicendi ratione intelligat per fidem homines in gratiam reſtitui. p.97.a.
Paulus cuinam fidei tantum tribuat. p.101.a.
Paulus vxorem non habuit. p.211.a.
Paulus longè aliter loquitur de ijs qui libidinis experiuntur conatus, quàm de ijs qui illis inſeruiunt. p.277.a.
Pauperem Chriſtus amat diſcipulum. p.205.a.
Paupertatem bonorũ omniũ eſſe radicem. p.205.a
Paupertatis votum honeſtum eſſe. p.205.a.
Pax iniquorum cuiuſmodi ſit. p.226.a.
Pax bonorum cuiuſmodi ſit. p.226.a.
Pax chriſtiana poſtulat, vt hæretici è medio tollantur. p.226.b.
Peccator à Chriſto frater appellatur. p.11.b.
Peccatores in Eccleſiæ partibus numerari Chriſtus docet. p.12.a.
Peccator quo pacto non ſit Chriſti. p.12.b.
Peccatores quam Pagani quo maiori vinculo ab Eccleſia teneantur. p.13.a.
Peccatores licet plures in Eccleſia ſint, non vincitur tamen. p.16.b.
Peccato, vel iuſtitiæ inſeruire in noſtra eſt poteſtate. p.121.b.
Peccator quo pacto rudis officij fiat. p.139.a.

Peccatorum vulnera manere ſolent culpa condonata. p.279.b.
Peccatorum omnia vulnera ſanari poſſunt exigua gratia ſi diligenter colatur. p.280.a.
Peccatorum veniam cur ſancti quotidie petant. pag.280.a.
Peccatũ qui facit quo pacto ex diabolo ſit. p.12.b
Peccati duplex vis. p.75.b.
Peccata ſunt ægritudinum cauſæ. p.75.b.
Peccatum non eſſe quidquid à libero arbitrio proficiſcitur. p.133.b.
Peccatum nullum ſine libero arbitrio conſtare poſſe. p.133.b.
Peccati cauſam Deum eſſe non poſſe. p.134.b.
Peccatum quid ſit. p.139.a.
Peccatum longa conſuetudine firmatum quid ſequatur. p.139.a.
Peccandi habitus, & mentis cæcitas non ſunt peccata ſed peccati pœnæ. p.139.a.
Peccati definitio. p.155.b.
Peccatum in tres formas diuiditur. p.183.b.
Peccatum ad eos omnes pertinet, ad quos Chriſti redemptio. p.183.b.
Peccare poſſe filios voluntate parentum ſimilitudine docetur. p.185.b.
Peccatum cur vocet Paulus cupiditatem naturæ inſitam. p.161.b.
Peccatum mortale quid ſit. p.187.b.
Peccatum veniale quid ſit. p.187.b.
Peccatum veniale duabus de cauſis admittitur. pag.187.b.
inter Peccatum, & peccandi occaſionem differt. pag.275.a.
Peccatum aliud præter incredulitatẽ eſſe. p.190.b
Peccata in multas partes ex parte materiæ diuiduntur. p.190.b.
Peccatis fuerunt liberati Magdalena, & alij non propter ſolam fidem. p.363.b.
Peccatum non funditus hominis naturam deleuit. pag.220.a.
Peccata potius eſſe nonnulla, quæ officij munera aduerſarij appellant. p.248.b.
Peccata gratis remitti quid ſit. p.371.a.
Peccata proinde non ſunt, quæ ad peccatum inclinant. p.279.a.
Peccata ſimul, & non ſenſim remitti. p.279.b.
Peccatum duplex. p.141.b.
Peccatum non eſt quidquid extra charitatem fit. pag.351.a.
inter Peccati rationem, & actionem in qua eſt peccatum oportet diſtinguere. p.262.a.
Peccata Deo tegi non poſſunt. pag.111.
Peccatis contritione liberamur. p.346.a.
Pecunias Paulus habuit. p.73.a.
Pelagij hæreſis. p.182.b & 218.a.
Perturbationibus homines impulſi plerũq; ſecus faciunt quam intelligũt eſſe faciendũ. p.104.a
Peregrinationem honeſtam eſſe. p.236.a.
in Peregrinatione Chriſtus, & Apoſtoli ætates ſuas conſumpſerunt. p.23.b.
Petri Abailardi hæreſis. pag.7.b.
Petri plures eſſe vicarios neceſſe eſt concedi ex verbis illis, paſce oues meas. p.16.a.
Petri vicarij non ſunt Domini, ſed alieni iuris vicarij. p.21.a.
Petrus paſtor, & Chriſti vicarius factus fuit. pag.15.b.
Petrus Eccleſiæ figura fuit. p.18.a.
Petrus quo pacto Eccleſiæ figura fuit. p.18.a.
Petrum Apoſtolorum fuiſſe principem. p.20.a.
Petrus in Apoſtolis recenſendis ſemper primo loco ponitur. p.20.a.
Petro claues ſunt regni cœlorum datæ. p.20.a.
Petrus quando fuerit principis munere functus. pag.20.a.
Petrus non eadem ratione qua Chriſtus caput, & petra eſt. p.21.a.
Petrus non poterat Apoſtolis poteſtatẽ adimere. pag.22.a.
ad Petrum tantum, & eius ſucceſſores pertinent illa verba, paſce oues meas. p.23.a.
Petri perpetua fuit in Eccleſia ſucceſſio. p.24.b.
Petri Oſmenſis error. p.352.b.
Petri Dercenſis hæreſis. p.324.a.
de Petro, non de Chriſto dici illud, ſuper hanc petram. p.19.a.
Petri locus difficilis explicatur. p.264. & 390.a
Phariſæi multas ineptias curantes grauiſſima Dei præcepta negligebant. p.41.b.
Phraſis Hebræa eſt non addere quidquam nec minuere. p.39.b.
Pium comparat Bãlaad cum ſtipite, qui ſecũdum aquas mittit radices ſuas. p.175.a.
Pietas, & impietas in quo poſita ſit. p.278.a
Pius non ſemper eſt tanquam arbor læta, impius vero tanquam infelix. p.175.b.
Planius dicitur, hoc eſt corpus meum, quam in hoc eſt corpus meum, ad ſignificandum quod Eccleſia intelligit. p.300.
Pœna eſt propter culpam inſtituta. p.160.a.
Pœnæ duplex genus. p.79.a.
Pœnæ in hac vita ſoluendæ nonnunquam nullis officijs remittuntur, nonnunquam vero remittuntur. p.79.a.
Pœnæ omnes futuro ſeculo ſoluendæ in hoc ſeculo remitti poſſunt. p.79.b.

inter pœnas huius æui, & futuri quid interſit. pag.83.b.
Pœnæ timendæ ſunt, licet medicinam afferre poſſint. p.84.a.
Pœnæ aliæ ſine culpa ſolui poſſunt: excommunicatio verò minime. p.84.a.
Pœna non poteſt quis, & non peccato liberari. pag.276.a.
Pœnas ſoluimus omnes Adæ peccati licet ei Deus ignouerit. p.365.b.
Pœnæ metu honeſtum eſſe reſipiſcere. p.349.a.
Pœnæ metus quis vituperandus ſit. p.350.b.
Pœnæ metus quis laudandus ſit. p.350.b.
Pœnæ metus non finis ſed cauſa mouens eſſe debet vt honeſtus ſit. p.350.b.
Pœnitentiam eſſe ſacramentum. p.339.b.
Pœnitentia eſt ſecunda tabula poſt naufragium. pag.339.b.
Pœnitentia eadem eſt, vt ſæpe quenquam pœniteat. pag.339.b.
Pœnitentia cur tabula dicatur. p.340.a.
Pœnitentiæ ſymbolum, & promißio ex ſacris literis expreſſe oſtenditur. p.340.b.
Pœnitentiæ formula. p.340.b.
Pœnitentia non tantum ex confeßione, ſed etiam ex abſolutione conſtat. p.342.a.
Pœnitentia eſt tãquam quoddam in chriſtiana reſpubl. iudicium. p.361.a.
Pœnitentiæ ſacramentum cur appelletur. p.342.a
Pœnitentia eſt non minus neceſſaria quàm baptiſma eis, qui poſt baptiſma à Deo alienati ſunt. pag.354.a.
inter Pœnitentiam, & baptiſma differt. p.342.a.
Pœnitentiæ diuiſio non eſt generis in ſpecies, ſed totius in partes. p.343.a.
Pœnitentiæ diuiſio in partes ſuas cur nõnihil præter cætera ſacramenta difficultatis habeat. pag.343.a.
Pœnitentiæ inepta Caluini diuiſio. p.343.b.
Pœnitentiæ veræ partes. p.345.b.
Pœnitentiæ pars quæ nam vera ſit. p.346.a.
Pœnitentiæ ſacramentum magnam conſolationẽ affert. p.347.a.
Pœnitentia ad quam rem comparata ſit. p.378.a.
Pœnitentiæ definitio. p.348.a.
Pœnitẽtia cur nõ cõdonetur omnis pœna. p.373.a
Pœnitenti neceſſarium eſſe aliud eſt quam partẽ eſſe pœnitentiæ. p.346.a.
Pœnitentibus fidem eſſe neceſſariam. p.346.a.
Pontificem maximum eſſe Eccleſiæ caput. p.14.a.
in Pontificẽ Maximũ hæreticorũ cõuitia. p.14.a.
Pontifex Maximus eſt ſpiritualis Eccleſiæ Rex. pag.34.b.
Pontifex Maximus nunquam ita errauit, vt Eccleſiæ ſtatum conuelleret. p.17.a.
in Pontificis Maximi munere quanta ſit vis Vigilij exemplo docetur. p.17.a.
Pontificis Maximi auctoritate coacta fuerunt omnia vera concilia. p.25.a.
Pontificem Maximum eſſe neceſſarium ad Eccleſiæ lites componendas. p.25.a.
Pontificum reſponſa quid contineant. p.61.b.
de Poteſtate Petri quo pacto Auguſtinus loquatur. p.18.b.
Poteſtatem nonnunquam Deus iniquis hominibus tribuere. p.25.b.
de Poteſtate ſacerdotum quid Martianus Imperator ſenſerit. p.45.a.
in Poteſtate noſtra quidquam eſſe aduerſarij negant. p.115.a.
Præceptum aliquod violando iuſti, quam iniuſti grauius peccant. p.156.a.
Præceptum Euangelicum quid ſit. p.157.a.
Præceptum eſt de tribus ſacramentis. p.157.a.
Præcepto illo, non concupiſces, quid caueatur. pag.160.a.
Præceptũ de diligendo Deo quid poſtulet. p.162.a
Præcepta Dei ſeruare non Deum ſed nos attingit. pag.162.a.
Præcepti ratio quid poſtulet. p.154.a.
Præceptis varijs ſicut ſuam nobis Deus voluntatem declarat, ita varijs modis contra illam agimus. pag.191.a.
Prædeſtinatus an ſit neminem poſſe ſcire niſi Deo reuelante. p.181.b.
Præmia honeſta iniquis factis non proponuntur. pag.142.a.
Præmia cui Chriſtus proponat. p.166.b.
Præmia quod tanta nobis Deus proponat ſuæ benignitati aſcribendum eſt. p.168.b.
Præmij ſpe nos Deus ad pietatis munera excitat. pag.169.a.
Præpoſitis quas oues Chriſtus paſcendas dedit. pag.29.a.
Precari Deum ſanctißimum eſſe. p.218.a.
Preces cur à nobis natura, & Dei laudes poſtulet. pag.67.b.
Preces canonicæ cur fuerint per horas diei ab Eccleſia deſtributæ. p.68.a.
Preces media nocte cur fuerint inſtitutæ. p.68.b.
Preces aptè de nocte fieri Chriſtus exemplo docuit. p.68.b.
Preces horæ primæ cur fuerint inſtitutæ. p.68.b.
Preces hora tertia cur fuerint inſtitutæ, cur hora ſexta, cur hora nona, cur veſperi, cur quæ completæ vocantur. p.69.a.

Precari flexis genibus quid attineat. p.70.b.
Presbyter quid propriè significet. p.392.a.
Principes multi populum in errorem induxerunt. pag.32.b.
Principibus si non obediamus, quæ sequantur incommoda. p.249.a.
Promissio beneficij loco habetur. p.192.b.
Promissa Christi alia via quam per sacras literas constant. p.296.b.
Prouerbiorum locus declaratur. pag.123.a.& pag.138.a.
Psalmi locus exponitur. p.348.a.& p.139.b.& pag.206.a.
Psalmi multi de rebus naturalibus disserunt. pag. 220.b.
Pseudo Apostolorum hæresis. p.243.
Pueros ad baptisma tenentes fidei iussores illorum sunt. p.273.a.
Puniri non debet is qui prætermittit quod fieri non potest. p.160.a.
Purgatorium esse. p.374.a.
Purgatorium Ecclesia Græca cognouit. p.370.a.
in Purgatorio animas, nec merere, nec peccare, nec de sua salute timere. p.376.b.

Q.

Quantitas in quo sit fieri non potest quin habeat partem à parte distinctam. p.310.a
Quantitas in quo sit fieri potest vt in diuersis locis non collocetur. p.310.a.
Quantitatis quænam sit ratio. p.310.a.
Quo pacto quisquam faciat contrà quàm sibi expedire cognoscat. p.106.b.

R.

Ratio quo pacto præscribat appetitui quid sit faciendum. p.116.b.
Ratio recta quid sit, & quid peruersa. p.116.b.
Ratio quando sit in culpa. p.116.b.
Ratio & mens, voluntas, & liberum arbitrium æquiparantur. p.116.b.
Rationis, & libidinis quæ natura sit. p.278.a.
Reconciliatio prima Deo accepta referenda est. pag.148.a.
Reconciliationem nostram, qui dicunt sine voluntate nostra constare posse, in quas difficultates incurrant. p.150.b.
in Reconciliatione cum Deo cognoscuntur duo principia ex quibus pendet liberum arbitrium. p.151.a.
in Reconciliatione cum Deo opus esse libero arbitrio nostro multa scripturæ testimonia probant. p.151.b.
Rectas actiones non esse peccata. p.140.b.
Rectas actiones peccata esse putare præ se magnam stultitiam fert. p.141.a.
Rectum aliquid esse quod à Christo non sit præceptum. p.154.a.
Redemptionis certiores nos facit fides, & ob eam rem esse necessariam. p.6.a.
Redemptor per se vi, & sua vnus tantum est, cæteri tanquam ministri. p.233.b.
Regem appellat Homerus pastorem populorum. pag.16.a.
Reges aliter Deo seruire oportere quàm cæteros homines. p.225.a.
Regni cœlorum claues Petro datæ sunt. p.20.a.
inter Regnum Christi, & profanum quid interfit. p.33.a.
Regnum Dei cur credentes dicantur. p.390.b.
Regum munus est, vt expromi curent, quæ sunt concilio instituta. p.45.a.
Regulam fidei non esse concionatores legitimè vocatos. p.34.a.
Regulam certam esse oportet qua sacrarum literarum interpretationem metiamur. p.51.a.
Regum munus est vt expromi curent quæ sunt concilio instituta. p.45.a.
Regulam fidei concionatores non esse. p.33.a.
Regulam fidei non esse principes. p.32.a.
Religionem nostram à Deo esse institutam probabilius est, quam omne id quod non demonstratur. p.8.a.
Religio quos postulet principes. p.20.a.
Religionis quæ sunt non est necesse christianos singulos omnia tenere. p.25.b.
Religionis certa regula non est vniuscuiusque hominis iudicium. p.30.a.
Religionem summam habere Ecclesiæ summum magistratum. p.33.b
Religionis nostræ rationem facile nos exponemus aduersarij vero minimè. p.53.a.
Religio hæreticorum pugnat cum tota morum scientia. p.88.a.
Religionem christianã profiteri quid sit. p.157.b.
Religione quod nos arctiori obstringamus impromissa vota laudantur. p.195.b.
Religio nonnulla in loco est, quò facilius preces audiantur nostræ. p.237.b.
Religio quid sit. p.254.b.
Religio perfecta quibus nam rebus fiat. p.328.b.
Religiosa vita in quas difficultates incurrat. pag. 148.b.
Religiosus interpres in scriptura interpretanda quid debeat obseruare. p.53.a.

Religioſum vt quid cenſeatur non oportet in ſacris literis expreſſe poni. p.340.a.
Rempub. nullam poſſe conſiſtere niſi leges naturæ ſeruet. p.157.b.
Renaſci quando dicamur. p.276.b.
Reipublica varijs caſibus, varijs legibus occurritur. p.56.b.
Reſpublicæ pro iure ſuo leges ſcribunt. p.57.a.
Reſpublicæ conſiſtere non poteſt niſi pœnas ſceleribus inſtituat. p.221.b.
Res agunt pro vi ſibi naturæ datæ. p.167.a.
Res præclaræ propter pericula non ſunt prætermittendæ. p.195.a.
Res noſtras qua de cauſa Deo dedicemus. p.246.a
Reuocare fas non eſt, quæ hominibus recipimus niſi eorum arbitratu. p.193.a.
Reuocare, quæ promiſimus naturæ lege non poſſumus. p.193.a.
Roberti abſurda explicatio verborum Chriſti. pag.302.a.
Rogatianorum hæreſis. p.11.a.
Romano ſe Pontifici ſubiecerunt Eccleſiæ, Græciæ, Africæ, & Aſiæ. p.24.a.
ad Romanos epiſtola tota ferè verſatur in Abacuc dicto, ex eoq; perfecta eius cognitio pẽdet. pag.97.a.

S.

Sabbatum cur fuerit inſtitutum. p.66.a.
Sabbatum non eſſe celebrandum. p.251.b.
Sabbatum cur Eccleſia cum Dominica die commutauerit. p.66.a.
Sabbatariorum hæreſis. p.251.b.
Sacerdotes ſolos ad concilium conuocari ſolere. pag.44.a.
Sacerdotum quod ſit officium. p.74.a.
Sacerdotes deorum ſuorum barbaræ gentes alũt. pag.74.a.
Sacerdotes eſſe alendos à populo Chriſtus, & Paulus argumentis docent è natura petitis. p.74.a
Sacerdotibus debent præberi ſumptus vt vacent legi Dei. p.74.a.
Sacerdotes diuitijs ad libidinem abuti ſuam nihil attinet vt eis ſumptus non dentur. p.74.b.
Sacerdoti Græco nunquam permiſſum fuit vxore ſua demortua aliam ducere. p.204.a.
Sacerdos vnus veteri ſacerdotum collegio cæteris dignitate præcellebat. p.391.a.
Sacerdotes, vt certi homines ſint lex, & natura docet. p.387.b.
Sacerdotes erant primogeniti lege naturali. pag.387.b.
Sacerdotium noua lege maiori eſt dignitate auctum. p.387.b.
Sacerdotes aliter, aliter plebem ſcriptura nominat. p.387.b.
Sacerdotes vt voueant cœlibatum rectè Eccleſia poſtulat. p.201.b.
Sacerdotis poteſtas vincit naturæ vim. p.388.a.
Sacerdotibus Græcis quid fuerit permiſſum. pag.204.a.
Sacerdotis poteſtatem diſpenſare non ſunt Reipublicæ partes. p.388.a.
Sacerdotes ſunt tantùm quos Apoſtoli vel eorum vicarij fecerint. p.388.a.
Sacerdos non debet haberi quicunque chriſtianus. pag.388.b.
Sacerdotis partes quas Luterus eſſe ducat. pag.289.a.
Sacerdotis quod ſit proprium munus. p.389.a.
Sacerdotem alia decent, alia ei neceſſaria ſunt. p.390.a.
Sacerdotium Dei cur credẽtes dicantur. p.390.b.
Sacerdos fuit Chriſtus ſecundum ordinem Melchiſedech. p.329.b.
Sacerdotij Melchiſedech quæ nam ratio fuerit. p.329.a.
Sacerdos vt Chriſtus ſit ſecundũ ordinẽ Melchiſedech panẽ, & vinũ obtuliſſe oportet. p.329.b.
Sacerdotium Melchiſedech cum ſacerdotio Chriſti comparatur. p.330.a.
Sacerdotiũ Chriſti retulit Melchiſedech. p.330.a
Sacerdotes non ſunt demortui Chriſti ſucceſſores, ſed viuentis miniſtri. p.334.a.
Sacerdos quo pacto peccatis liberet eum, qui contritione illis liberatus fuit. p.346.b.
Sacerdotes tantũ cõfeſſiones debẽt audire. p.361.a
Sacerdotes abſoluentes qua ex parte errare poſſint, & qua ex parte non. p.362.b.
Sacerdos abſoluens ſemper vera dicit, licet reuera non abſoluat. p.363.a.
Sacramenta eſſe neceſſaria. p.253.a.
Sacramenta quid ſint. p.253.b.
Sacramentis cur oporteat fidẽ declarare. p.253.b
per Sacramenta Deus cur dona ſua diſtribuat. p.254.a.
Sacramenta præcipere natura videtur. p.254.b.
Sacramenta tria ſaltem ſunt hominibus neceſſaria. p.254.b.
Sacramenta nouæ legis omnibus hominibus neceſſaria ſunt. p.255.b.
Sacramẽti definitio hæreticorũ ridicula. p.256.a
Sacramenta omnia præter Euchariſtiam ſimul ac fieri deſinunt, effluunt. p.256.a.
Sacramẽti vſus quo potiſſimũ referatur. p.256.a

Sacramenta quomodo anabaptistæ definiũt. pag. 256.a.
Sacramenta non esse natura sua allegorias. pag. 256.b.
Sacramentum quomodo Melancton definiat. p. 256.b.
Sacramentorum vsu beneuolentia diuina colligitur. p.257.a.
Sacramenti definitio Caluini. p.257.b.
Sacramenti vera definitio. p.257.b.
Sacramentorum formæ sunt verba. p.258.a.
Sacramentorum formæ quam nos ponimus non placent Brentio. p.258.a.
Sacramentorum forma imitantur rerum naturalium formas. p.258.a.
Sacramenti forma leui commutatione verborum non corrumpitur. p.258.b.
Sacramenta res certas loco materiæ requirunt. pag.259.b.
Sacramentorum numerus. p.259.b.
Sacramentum vnum modo ponit Luterus. pag. 259.b.
Sacramenta duo ponit Caluinus. p.259.b.
Sacramenta tria ponit Melancton. p.259.b.
Sacramentorum minister. p.260.a.
Sacramentorum præbendi vis imitatur vires naturadatas. p.261.a.
Sacramenti præbendi vis si ministris afferretur iniquis, vehementer turbaretur Ecclesia. p g.261.a.
Sacramenta vi sua in Dei amicitiam reducunt. pag.261.a.
in Sacramentis multa sine graui culpa non prætermittuntur, quæ necessaria non sunt, vt sacramentum constet. p.262.b.
Sacramenta nouæ legis gratiam præbere, & in eo à veteribus differre. p.262.b.
Sacramentorum vires ex viribus rerum naturalium declarantur. p.263.a.
Sacramenta vetera erant signa fidei. p.263.b.
de Sacramentis nostris quam de veteribus longe aliter scriptura loquitur. p.263.b.
Sacramenta gratiam efficere constat ex verbis quibus conficiuntur. p.264.b.
Sacramentum nullum est per, quod nos Deus in gratiam suam adiuncturum non promiserit. pag.267.b.
Sacramenta nostra cur maiori virtute, quam vetera aucta sint. p.268.a.
Sacramenta nonnulla characterem imprimere. pag.268.b.
Sacramenta non signa tantum, sed etiam gratiæ causa sunt. p.272.b.
Sacramentariorum hæresis. p.299.a.
Sacramenta quædam signa sunt quibus fidem profitemur. p.309.b.
Sacramenti vna forma non potest vni eidemq; materiæ accommodari. p.315.b.
inter Sacramentum, & mysterium nihil differt. pag.395.a.
Sacramenti vis quid postulet. p.396.a.
Sacramentum cur Deus tantum instituere posit. pag.378.b.
Sacramentum solus Christus potest instituere. pag.353.a.
Sacrificans quare ponebat manum super hostiã. pag.370.a.
Sacrificia propria Deo instituerunt omnes vel barbaræ nationes, quæ eum esse cognouerunt. pag.328.a.
Sacrificium nostræ religionis proprium aliquod dandum est. p.328.a.
Sacrificium christianæ religionis proprium quod aduersarij putent. p.313.a.
Sacrificium nostræ religionis proprium nullum nisi eucharistia est. p.328.b.
Sacrificium quid sit. p.328.b.
Sacrificium proprium nostræ religionis non est laudes, & charitas erga Deum. p.328.a.
Sacrificium Ecclesiæ iuge Eucharistia est. pag. 331.a.
Sacrificij missæ agnus figura fuit. p.333.a.
Sacrificium idem in missa facimus, quod Christus in cœna fecit. p.334.b.
Sacrificium etiam esse potest, quod donũ Dei est. pag.336.a.
Sacrificium non postulat, vt offerens illius particeps non sit. p.336.b.
in Sacris literis exponendis quando vnicuique integrum suum sit iudicium. p.52.b.
Sacros libros à non sacris qua ratione distinguamus. p.54.a.
Sacris literis multa consignata non sunt, quæ Apostoli docuerunt. p.296.a
Sancti viri multas acerbitates propter fidei confessionem perpessi sunt. p.10.a.
Sancti viri est timere ne in culpa sit apud Deum. pag.90.b.
Sancti viri merita sua cum Ecclesia cõmunicant. pag.76.b.
Sancti viri nonnunquam in magnis incommodis versantur. p.132.a.
Sanctorum virorum multæ actiones diuinis oraculis commendantur. p.142.a.
Sancti viri cur virtutes omnes æquè perfectas nõ habeant. p.161.a.

Sancti viri aut cum Deo loquentes, aut Deum precantes à cibis abstinebant. p.212.a.
Sanctorum virorum exempla non temere imitanda sunt. p.217.a.
Sanctos homines honorare æquum esse. p. 227.b.
Sancti viri quantum cum Christo copulati sint. pag.228.a.
Sanctorum hominum quanta sit dignitas. pag. 228. b.
Sancti viri viuunt per Christum sicut Christus viuit per Deum patrem. p.228.b.
Sanctorum virorum honor ad Deum manat. pag. 229. a.
Sanctorum gloria Dei etiam gloria est. p. 229.a.
Sancti viri quo pacto sint colendi. p. 229.b.
Sancti viri quo pacto titulos magnificos sustineant. p.230.a.
Sanctis viris bonitate virgo beata antecellit. pag.230.a.
Sanctorum corpora cur venerationem habeant. pag.230. b.
Sanctos homines fas esse precari. p.231.a.
Sanctum aliquem precari solere quam vtile sit. pag.231. a.
Sanctos vt obsecremus vult Deus. p.231.b.
Sanctos viros vita defunctos decet implorare. pag.231. b.
Sancti viri vita defuncti pro mortalibus precantur. p. 232.a.
Sancti viri vita defuncti nobiscum amore, & charitate coniuncti sunt. p. 233.a.
Sanctos esse precandos sancti omnes auctores censent. p.233.a.
Sanctorum auxilium cur imploremus. p. 234.b.
Sanctos certos cur in certis rebus inuocemus. pag.235. b.
Sanctis recte dies festi fuerunt instituti. p. 236. a.
Sanctorum virorum, & Christi exemplum eiusdem rationis est. p.237.a.
Sanctorum dies festos celebrandi perpetuus fuit Ecclesiæ mos. p. 237.b.
Sancti viri qua sint animi magnitudine. p.251.b.
Satisfactiones Christi seruari concedere necesse est. p.76.b.
Satisfactiones sanctorum hominum non debent perire. p.76.a.
Satisfactiones sanctorum sunt quodammodo satisfactiones Christi. p.76.b.
Satisfactiones multæ sanctis supersunt. p.77.a.
Satisfactiones sanctorum extra sacramenta distribuuntur. p.77.b.
Satisfactionis doctrina antiqua est. p.369.b.
Satisfactio quid sit. p.369.b.
Satisfactionis mentionem frequenter scriptura facit. p.370.a.
Satisfactionis auctores sancti mentionem faciũt. pag.370.b.
Satisfactio cur à nobis remissa culpa postuletur. pag.373.a.
Scelerum Deum non recordari quid sit. p.373.b.
Scelus expiari non potest nisi sacramentis ad scelus expiandum institutis. p. 354.a.
Scientia Dei non tollit liberum arbitrium. pag. 124.b.
Scientia duplex Dei. p.124.b.
Scientiarum studio ciues in Germania interdicuntur. p.219.b.
Scientia Dei speculatiua non est rei causa. pag. 124.b.
Scientia Dei pratica non tollit libertatem. pag. 124.b.
Scire nemo potest Deo tacente vtrum Christi sermones seruauerit. p.172.b.
Scriptis vti non necessarium Christus putauit ad docendam Ecclesiam. p.37.a.
In Scripturis quo pacto versari debeamus. pag. 32. a.
Scriptura antiquiorem esse traditionem. pag. 37.a.
Scripturæ multa loca tradunt per traditiones docendi modum. p.38.a.
Scripturam proprio spiritu interpretari quid sit. pag.51. a.
Scripturam quo pacto christianus debeat declarare. p. 52.a.
In Scriptura interpretanda quid religiosus interpres debeat obseruare. p. 53.a.
Scripturæ multa loca simul explicantur. pag. 121.a.
Scripturæ multa difficilia loca optimè exponuntur. p.139.b.
Scripturæ aliqua loca declarantur. pag.163. a. & 180.a.
In Scriptura reperitur quod æque valet ac nomẽ originalis peccati. p.186.b.
In Scriptura diuina res eo nomine appellãtur quo alia res ex quibus illæ factæ sint. p.314.a.
In Scriptura res earum nomine appellantur, quarum habent speciem. p. 315.a.
In Scriptura ex vno sermone trahitur alius. pag.332.a.
Scriptura inter fidem, & pœnitẽtiam distinguit. pag.344.a.
Sensus homines sæpè ad peccatum alliciunt. pag.275.a.
Seruitutem seruire quid sit. p.207.a.

Seruitutis nomen non cadit in monasticã vitam. pag.207.a.
ex Seruo ducta translatione declarat Paulus in officio simus necne. p.122.a.
Signo alio quam baptismate ad christianos confirmandos Ecclesiam olim fuisse vsam. pag. 293. b.
Significatiuorum hæresis. p.299.b.
Simpliciter fieri non posse quid sit, quid ve ex posito fueri non posse. p.127.b.
Solicitudinem quam Christus reprehendit. p.73.b
Sotus opinatur liberum arbitrium circa res præsentes versari. p.125.b.
Soti absurda doctrina. p.127.a.
Sotus secum pugnat. p.127.a.
à Soto dissentit sanctus Thomas in eodẽ loco quo secum ipse facere existimat. p.127.b.
Spem ponere debemus non solum in misericordia Dei sed etiam in nostris officijs. p.170.b.
Spes nostra vt bene firma sit, vita honestè acta in memoriam reuocanda est. p.170.a.
Spiridionis exemplum. p.216.b.
Spiridionis factum explicatur. p.217.a.
Spiridion cur tempore quadragesimæ carnes comederit. p.217.a.
Spiritus sancti virtutem vniuersam Ecclesiam accepisse. p.36.a.
Spiritu proprio cur hæretici scripturam interpretentur. p.52.a.
Spiritus quid Paulo sit. p.243.a.
Spiritus sanctus cur ignis specie apparuerit. pag. 271.b.
de Statu totius Ecclesiæ aliter disserendum est quam de singulis Christi discipulis. p.73.b.
Status rei perfectißimus est quando cum fine suo copulatur. p.197.a.
Stellæ quomodo signa sint. p.131.a.
Stipulatio quid sit. p.264.a.
Stipulatio in baptismate fit. p.264.b.
Stipulatione baptisma celebratur. p.273.a
Stipulationem quæ in baptismate fit Melancton peruersè explicat. p.273.a.
Suadendi argumenta ad quæ principia reuocentur. p.117.a.
Successio perpetua Petri fuit in Ecclesia. pag. 44.b.
Suencfeldij hæresis. p.312.b.
Sumptus ministrorum Ecclesiam rectè christianis imperare. p.72.a.
Sumptus sacerdotibus esse decernendos ipsa natura docet. p.73.b.
Sumptus sacerdotibus decerni mos semper in Ecclesia fuit. p.75.a.
Sumptus in rem diuinam quàm in pauperes impendi melius est. p.277.a.
Suspensus animo non peccat. p.275.b.

T.

TAboritarum hæresis. p.244.a.
Tatiani error. p.216.a.
Templa Germaniæ principes expilarunt. p.72.b.
Templa construere, & ornare pium esse. pag. 243.b.
Templa Deorum construunt barbaræ nationes. pag.244.a.
Templa sacra quem ad finem fiant. p.244.b.
Templa reprehendere quàm absurdum sit. pag. 244.b.
Templa vt Deo fiant natura ipsa postulare videtur. p.244.b.
Templa fuisse temporibus Apostolorum. pag. 245.b.
Templa ædificandi Constantinus potestatem fecit. p.246.a.
Templum quantæ Deo curæ fuerit. p.245.a.
Templum magis lege noua, quàm veteri necessarium est. p.245.b.
in Templis sanctorum quanta dignitas sit. pag.248.b.
Testamentum cur vocet Christus fœdus per se factum. p.336.a.
Theologi nonnulli refelluntur. p.189.b.
Timores tormentorum non esse peccata antequã ex fide vincantur. p.140.b.
per Traditiones maiorum Ecclesiam verè docere. pag. 36. b.
Traditionem antiquiorem quam scripturam esse. pag.37. a.
Traditio quid sit. p.37.a.
per Traditionem multa Dei oracula accepit Ecclesia. p.37.a.
per Traditiones docendi modum Christus, & Apostoli docuerunt. p.38.a.
per Traditiones docendi modum multa tradunt scripturæ loca. p.38.a.
Traditiones non sunt præter id quod euangelizatum est. p.40.a.
in Traditiones Caluinus maledictis inuehitur. pag.41.a.
Traditiones verba Dei sunt. pag.41.b.
Traditiones non hominum sed Dei doctrina sunt. pag.41.b.
Traditiones miracula, & concilia non sufficiunt ad persuadendam populis veram doctrinam. pag.55.b.

Transsubstantiationem quam tradunt Theologi nou recenter inuenta sed priscis auctoribus cognita fuit. p.314.a.
Tridentini Concilij Decretum explicatur. p.92.a
è Turcis clarissima fuit memoria nostra victoria reportata. p.223.b.

V.

Valentiniani sententia quos attingat concilium. p.44.b.
Valeriani hæresis. p.312.b.
Vaticinijs prophetarum nõ fuit Christus coactus ad ea faciendum quæ fecit. p.130.a.
Vena peccatorum à mundi principio orbi terrarum annunciatur. p.344.a.
Venia criminis impetrata multæ nonnulli pœnas propter illud pependerunt. p.363.b.
Veniam peccatorum cur sancti quotidie petant. pag.280.a.
Venialis peccati quid sit. p.187.b.
Veniale peccatum duabus de causis admittitur. pag.187.b.
Veniale peccatum magno argumento esse probatur ex comparatione animi cum corporis vita. pag.180.a.
Veniale peccatum esse multi auctores sancti dicunt. p.189.a
Veniale peccatum esse Ecclesiæ antiquæ consuetudo docuerat. p.189.b.
Veniale peccatum vereores iniqua est. p.190.a.
Veniale peccatum leuiter est contra legem Dei. pag.190.a.
Venialia peccata delentur si Pater noster recitetur. p.219.a.
Veneris remedium excellentissimum à cibis abstinere. p.212.a.
Verba sunt sacramentorum formæ. p.258.a.
Verba quibus fit Eucharistia cur iam confectam esse significent. p.313.a.
Verecundia quid sit. p.208.a.
Veri inquisitio hominis propria est. p.220.a.
Veri causa mens, & ratio data sunt. p.220.a.
Veri christiani quo pacto peccatores sint, & quo pacto non sint. p.106.a.b.
Verum dupliciter usurpatur. p.106.a.
Verum nonnunquam significat perfectum rei status. p.106.a.
Veteres cerimoniæ cur sint abiciendæ. p.63.b.
Veteris legis munera tantũ Paulus reiicit. p.94.b
Veteri tabernaculo quam pretiosæ res fuerint. pag.147.a.
Via ad finem, & finis æquiparantur. p.148.a.
Viam, quâ ratione nobis Christus demonstrauit. p.354.b.
Videntes Deum, quæ ad ipsos pertinent, simul vident. p.235.a.
Vir bonus in angustia positus cur speret in Deo. p.g.95.b.
Virginitatis votum honestissimum esse. p.207.b.
Virginitatem matrimonio præstare natura docet. pag.208.a.
in Virginitate fieri nõ potest vt diu maneat vllus nisi voluptates abijciat. p.209.b.
Virginitatis quanta sit laus. p.209.b.
Virginitatem multi præstantissimi diui coluerũt. pag.209.b.
Virgini beatæ amplissimæ appellationes conueniunt. p.230.a.
Virgo beata cæteris sanctis viris bonitate, antecellit. p.230.a.
Vim vi repellere licere natura docet. p.221.b.
Viri boni inopes feliciores sunt improbis rebus omnibus abundantibus. p.132.b.
Viri nonnulli sancti oracula de reconciliatione sua cum Deo acceperunt. p.180.b.
Viri probi quâ de causa opes cum virtute nõ consequuntur. p.133.a.
Viribus modò nostris innixi nõ postulat Deus, vt ad eum conuertamur. p.149.a.
Viros magnos non multum curare debere appellationes magnificas. p. 22.b.
Viros bonos leges non cohibent. p.159.b.
Virtus versatur circa difficile. p. 211.b.
Virtus sua natura præmium aliquod postulat. pag.165.a.
Virtuti nihil detrahitur, quòd exsubatur iniquus. p.80.a.
Virtutes reliquæ non excluduntur, quòd vni reconciliatio ascribatur. p.93.a.
Virtutis ratio ex libera pendet voluntate. p.114.b
Virtutem venalem efficere turpe esset. p.132.a.
Virtutes æque perfectas cur sancti viri non habeant. p.161.a.
Virtuti Dei tantum sua felicitas natura respondet. p.165.a.
Virtute incolẽda mercedẽ spectare licere. p.168.b
Virtute in sua quis confidat. p.171.a.
Vita religiosa in quas difficultates incurrat. pag.148.b.
Vita æterna cum aliquâ conditione promittitur. pag.154.b.
Vita beata quia finis noster est, fas est agere propter illam. p.169.a.
Vita beata Dei coniunctissimam amicitiam comprehendit. p.169.b.

Vita honestè acta in memoriam reuocanda est, vt bene firma sit spes nostra. p.171.a.
Vita perfecta christiana arctioribus constat officij legibus. p.194.b.
Vita quæ Deo propius accedit, melior est. p.196.b
Vita Deo tota addicta quem animum postulet. pag.208.b.
Vita noua quando peccatori constet. p.276.b.
Vitam beatam verè, & propriè Dei pactione posita officia nostra merentur. p.156.a.
Viuificatio non est pœnitentiæ pars. p.344.a.
Viuificatio quid sit. p.344.a.
Voce magna Deum appellans qua ratione laudetur. p.70.b.
Voluntati quid præscribat, quid factu opus sit. pag.116. a.
Voluntas necessario expetit, quod melius est. pag. 116.a.
Voluntas, & liberum arbitrium, ratio, & mens æquiparantur. p. 116.b.
Voluntate hominis fiunt, quæ præter Dei voluntatem fieri scriptura commemorat. p. 118.a.
sine Voluntate nostra in Dei amicitiam redire nõ posse. p.151.a.
Voluntatem licet nostrã in prima reconciliatione postulemus, gratiã Dei amplificamus. p.153.a.
Vota facere Deo pium esse. p.192.b.
Vota suscipere pium esse ipsa natura declarat. pag.192.a.
Vota nuncupant omnes nationes dijs suis. p.192.b
Vota perpetua facere æquum est. p.193.b.
Votã perpetua augent christianam libertatem. pag.194.b.
Vota perpetua multi sancti, & multa concilia probant. p.194.b.
Vota imprimis laudantur, quod arctiori nos religione obstringamus. p.195.b.
Vota tria monachorum possunt Dei ope persolui. pag.203.b.
Voti dignitas ex similitudine declaratur. p.192.b.
Votiua officia pluris apud Deum sunt quàm non votiua. p.195.a.
Voto paupertatis non repugnat, quod monachi fiant Episcopi. p.205.b.
Votum perpetuæ castitatis facere honestum est. pag.193.b.
Vouens melius de Deo meretur. p.195.a.
Vouere vxorem ducere cur non ita honestum sit. pag.192.b.
Vouere fas est, quod à Deo præceptum non sit. pag.195. b.
Vtilitatem alij ex aliorum fide accepisse. p.285.b.
VValdensium hæresis. p. 374 a. & .378. b. & 390.b. & .196.b. & .243.b. & .252. b.
Vuelhelmi hæresis. p.196.b.
Vuitembergensis concilij ab aduersarijs coacti annile comentum. p. 287.a.
Vuirtembergensium hæresis. p.195.b. & .328.a.
Vxorem vllam Apostolos duxisse postquã Euangelio fuerunt imbuti impium esset opinari. pag.204.b.
Vxores plures habere fas non esse. p. 397.a.
Vxores duas qui permittunt magnam seditionem in domibus inducunt. p. 397.b.
Vxores plures habuerunt patriarchæ annuente Deo. p.398.a.
Vxores plures cur Patriarchis à Deo concederentur. p. 398.a.
Vxori priori si nuncius remittatur non licet aliã ducere. p.398.a.
Vxoribus pluribus destruitur matrimonij significatio. p.397.a.


Z.

ZIscæ hæresis. p.244.a.
Zuinglij hæresis. p.244.a.
Zuinglius quibus locis conuincatur. p.96.b.

Finis Indicis rerum.


VITA
VICTRIX

actibus vt m
tilis ſolutio
Cæterum
confirmatio
videlicet, q
bus, reſpõde
hominibus; no
illis ſuum præ
bitrantur. Et ru
re Spiritus ſanc
Ad ration
tur, concedo a
infertur, quòd
aliquis maius
vnicum meri
quòd cæteris
tentionis c
quentiæ, Petr
cipiet maiur
detur, quòd
teram, videl
præmium ſub
intenſius vid
tionatur cum
cor ad viden
quoniam ipſi D
ribus dicitur h
& magis gaude
bus titulis, qui
Paulus qui va
pertinet ad
bono creato.
viſione Dei, q
fecit quam fil
dium maius, qu
poteſt dici ſubſt
que illa compar
poſſeſsione om
rarent in æter
Ex prædict
ſententia fece
Ad primum
Concilij.
Ad ſecundu
quilibet actu
tamen Dus. Th
augmenti, ſci
tiorem actum,
dum planè ob
quòd compara
tato 12. inter
actum meritor
hoc, ſiquis at
æterna non ſta
tempore, id
actus charit
pore; hoc eſt
augmentum,
perperam aſſ
Ad tertium
eſſe actibus m
præmij ſubſt
actus charitat
ritatis, quanta
etiam intenſio
gumenti nihil
eſt maior inte
ius præmium a
Ad quartum
ma dicit, quod
autem ex parti
pter quodlibe
in inferno. R
etiam in infer
arti. 2. ad octa
conſiſtit in ſepa



Signat.ª Top.ª
Est. 30
Tab. 1ª
Núm. 4

35

Comma Heresis.

Chronicon Sanctum.

813
3104